CONSTITUTIONES
PONTIFICIÆ
ET ROMANARUM CONGREGATIONUM
DECISIONES
AD EPISCOPOS
ET ABBATES UTRIUSQUE CLERI SPECTANTES.

JO: BAPTISTA PITTONO
SACERDOTE VENETO
COLLECTORE.

EXCUDEBAT VENETIIS
Leonardus Pittonus Collectoris Pater
ANNO M.DCCXII.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.
Habentur venales sub Signo Cambii.

ILLUSTRISS. & REVERENDISS. D.D.

PAULO VALARESSO

EPISCOPO, ac DUCI CONCOR-
DIENSI, MARCHIONI COR-
DUBATI, COMITI ME-
TUNI,

NECNON PONTIFICII SOLII PRÆLA-
TO ASSISTENTI, &c.

JO: BAPTISTA PITTONUS SACERDOS VENETUS,
SE, SUUMQUE LIBELLUM
D. D. D.

PLeno Honoribus Viro quid verè dignum valore, & pretio Tibi ego alioquin addictissi-

a 2 mus

mus famulus hoc meo Libello exhibeo, meritissime PRÆSUL? Tanta perfulges luce quæ est solùm Tua, tanta simul Paterna & Domestica, quæ est eorum & rursus Tua, ut vanus propemodum moliar prædicare, & quidem enerviter Tuas quas audio Laudes, Tua quæ specto Merita, Tuas quæ ab omnibus inspiciuntur Virtutes.

Tu primò ex *Canonico* probatissimo *Patavino* in sublimem *Concordiæ* Episcopatum ascendisti: In eo Tu munificè Pius, *Episcopale Palatium* Tuis egregiis sumptibus funditus excitasti: Tu *Clericis educandis* Redditus, Magisteria, Leges constituisti. Parce, rogo; nolo dicere plura: dixi satis de Episcopo incomparabili, & grandi. Alii volo intelligant, quæ, considerata Tua Pietate, & ardore in Ecclesiam, & Deum, etiam

di-

dicenda reliquia intelliguntur.

Hoc unum dicam (amplissimè prius commendato *Procuratore* ex merito Patre Tuo *Zacharia*, Prætore & *Locumtenente* Utinensi, *Præfecto* Patavino, *Generali* Palmæ Novæ, cum sexcentis præclarissimis ejus Titulis, & Præfecturis) videlicet me nihil hisce de Te enumeratis commendationibus posse adjicere quod hac oblatione sit Tibi illustre, cum illud illustris jam habeas, & Tu non modò accipias, sed usque á tota vita præclarum feras.

Hisce de Te obsequentissimè dictis & datis, ecce in Tuo conspectu meam Episcopalium Decisionum collectionem, munus, ut arbitror, ex omni ære censendum Tuum, nam facis tale Tuo Ingenio quo vales, Tua rerum Ecclasiasticarum peritia qua polles, & quod rei est caput, Tua ex-

pectata in illud Benevolentia , quia, Sacra , atque Ecclesiastica promovet , excitat , authorat .

Benè vertas igitur illud , protegas , foveasque , ut me simul in ista Tua Tutela securum , & Te in ista mea humillima exhibitione verum , & honorabilem Dominum fatearis . Vale .

AU:

AUCTORES

Ex quibus collectæ sunt

DECISIONES.

A

ALphonsi Manzanedi Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Romæ. 1673.

Anacleti Reiffenstuel Jus Canonicum Universum in quatuor Tomos divisum. Venetiis. 1704.1709.& 1711.

Angeli à Lantusca Theatrum Regularium. Romæ, Anno Jubilei 1700.

Ansaldi de Ansaldis Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ Tomus primus. Lucæ, 1704.

Ascanii Tamburini de Jure Abbatum tomi tres. Augustæ Vindelicorum, & Coloniæ Agrippinæ. 1691.

ejusdem de Jure Abbatissarum tomus unicus. Coloniæ Agrippinæ, 1691.

Augustini Barbosæ de potestate Episcopi Tractatus in tres partes divisus. Venetiis, 1707.

a 4 ejus-

ejusdem Collectanea Doctorum in Concilium Tridentinum. Venetiis. 1709.
ejusdem de officio, & potestate Parochi. Venetiis. 1705.
ejusdem Tractatus de Canonicis, & Dignitatibus. Venetiis. 1707.
ejusdem Jus Ecclesiasticum Universum in tres partes distinctum. Venetiis. 1706.
Augustini Matthæucci Officialis Curiæ Regularis in duos tomos divisus. Venetiis. 1711.

B

BArtholomæi Gavanti Thesaurus Sacrorum Rituum in duos tomos distributus. Venetiis. 1685.
ejusdem Manuale Episcoporum. Ibidem, eodem anno.

C

CAroli Antonelli de Regimine Ecclesiæ Episcopalis. Venetiis. 1705.
ejusdem Tractatus posthumus de Juribus, & oneribus Clericorum. Romæ. 1699.
Cœlii Bichii Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ in duos tomos distinctæ. Romæ. 1671.
Cordeiri Tractatus de perfecto Parocho.

Deci-

D

Deciſionum recentiorum Sacræ Rotæ Romanæ duodecim ultimi tomi. Venetiis. 1697. & 1703.

Deciſiones Rotales Theatrum Cardinalis de Luca amplectentes, confirmantes, & laudantes, in quatuor volumina diſtributæ. Venetiis. 1707. & 1708.

F

Franciſci Mariæ Pitonii Advocati Romani Diſceptationes Eccleſiaſticæ in duas partes diviſæ. Romæ. 1704.

Franciſci Monacelli Formularium Legale Practicum Fori Eccleſiaſtici in tres partes diſtinctum. Venetiis. 1706. 1707. & 1710.

H

Hieronymi Nicolij Lucubrationes utriuſque Juris. Romæ. Anno Jubilæi. 1700.

ejuſdem Floſculi ex utroque Jure libati. Venetiis: 1694. & cum Additionibus Joſephi Garuffi. 1706.

Hie.

Hieronymi Prioli Nobilis Veneti Decisiones Sacræ Rotæ Romanæ. Romæ. 1681.

I

JAcobi Mancini Practica visitandi Infirmos in duas partes divisa. Venetiis. 1659.

Joannis Baptistæ Ventriglia Praxis præsertim Fori Ecclesiastici in duos tomos distincta, cum observationibus Caroli Antonii de Luca. Venetiis. 1702.

Josephi Crispini Episcopi Ameliensis Tractatus de Visitatione Pastorali, Italicè descriptus. Venetiis. 1711.

L

LAertii Cherubini Magnum Bullarium Romanum in quinque Volumina distributum. Lugduni. 1692. & 1697.

Laurentii de Peyrinis Privilegia Regularium. Venetiis. 1648.

Ludovici Engel Manuale Parochorum. Venetiis 1680.

Mel-

M

MElchioris Lotterii de Re Beneficiaria Tractatus absolutissimus. Patavii. 1700.

P

PEtri Leurenii Societatis Iesu Forum Beneficiale in tres partes divisum. Coloniæ Agrippinæ. 1706.

ejusdem Tractatus Quaternarius de Episcoporum Vicariis, &c. Coloniæ Agrippinæ. 1708, deinde Venetiis. 1709.

Petri Mariæ Passerini Tractatus de Electione Canonica. Romæ. 1693.

Pyrrhi Corradi Praxis Beneficiaria. Venetiis. 1699.

ejusdem Praxis Dispensationum Apostolicarum. ibid. eod. anno.

S

STephani Quaranta Summa Bullarii, & Constitutionum. Venetiis. 1642.

T.

THomæ de Rosa Tractatus de Executoribus Litterarum Apostolicarum. Venetiis. 1697.

Thomæ Pascucci Compendium ad Consultationes Canonicas Jacobi Pignatelli, in duas partes distinctum. Romæ. 1699.

V.

VIncentii Petræ Commentaria ad Constitutiones Apostolicas in duos tomos hactenus redacta. Romæ. 1705. & 1706.

Præter nonnullos alios ab aliquo ex prædictis Auctoribus citatos.

RE-

RERUM OMNIUM

IN HAC DECISIONUM COLLECTIONE CONTENTARUM

ELENCHUS.

A

Ad-

Bac-

G

Gra-

Instru-

Laicus

L

Magi-

N

O

Offen-

P

Re-

S

Scan-

418.

Vo-

CONSTITUTIONES
AC DECISIONES
AD EPISCOPOS
ET ABBATES UTRIUSQUE CLERI SPECTANTES,
EDITÆ
ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni — Numeri

1183. 21. Nov. —— EPiscopi in benedictionibus Abbatum Cistercienſium ſint contenti Profeſſione, quæ noſcitur inſtituta ab initio Ordinis, ſcilicet, quod Abbates tunc debent dicere (ſalvo Ordine ſuo, & Privilegiis Ordinis) nec compellantur aliam tunc facere Profeſſionem, contra Ordinis inſtituta. *Lucius III. apud* Aſcan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.*1. *diſput.* 11. *quæſito* 12. *num.* 5. — 1

1255. 5. Dec. —— Fratres Minores Conventuales Ordinis S. Franciſci, ad Epiſcopatus, & alias Dignitates promoti, Libros, & alia eorum Bona Ordini reſignare tenentur. *Alexander IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *Conſtitut.* 5. *quæ incipit.* Ex parte veſtra. — 2

1263. 13. Sept. —— Abbati pro tempore exiſtenti Congregationis Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti conceditur uſus Mitræ, Baculi, Annuli, Sandaliorum, Chirotecarum, Tunicæ, Dalmaticæ, & facultas Benedictionis ſolemnis ad Populum, ordinandi in minoribus Ordinibus, elargiendi In- — 3

di Indulgentiam quadraginta dierum, & benedicendi etiam Calices, & omnia alia Ornamenta Ecclesiastica, ac cognoscendi de Matrimonio inter Vassallos, in quibus habet spiritualia. *Urbanus IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*1. *Constit.* 6. *qua incipit* Ecclesiæ, §.2.

1268. 9. Jun. —— Fratres Ordinis Prædicatorum ad Archiepiscopatus, Episcopatus, & alias Prælaturas extra Ordinem assumpti, antequam Consecrationis munus recipiant, omnia, quæ ab Ordine habent, Conventui resignent. *Clemens IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 1. *Constit.* 2. *qua incipit* Providentia, §.2. 4

1268. 7. Jul. —— Archiepiscopi, Episcopi, & alii Prælati Gratias, & Privilegia Ordinum Prædicatorum S. Dominici, & Minorum S. Francisci interpretari prohibentur. *Clemens IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*1. *Constit.*12. *qua incipit* Ordinis Vestri, §.2. 5

1297. 17. Jun. —— Prioratus S. Antonii Viennensis, ubi ejus Corpus requiescit, erigitur in Abbatiam, illiusque Prior instituitur in Abbatem Generalem totius Ordinis Canonicorum, & Clericorum S. Antonii, sub Regula S. Augustini. *Bonifacius VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*1. *Constit.*5. *qua incipit* In dispositione, §.4.5. & 7. 6

1418. 22. Febr. —— Damnati sunt à Martino Quinto sequentes Articuli Joannis Wicleff de Anglia, quorum primus, cæteris omissis: *Si Episcopus, vel Sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.* Apud Cherubin. in Bullar. tom.1. Constit. quæ incipit *Inter cunctas*, Artic.4. 7

1418. 22. Febr. —— Secundus: *Nullus Prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus, vel excommunicatus.* Apud eund. ibid. Artic. 11. 8

1418. 22. Febr. —— Tertius : *Nullus est Dominus civilis, nullus est Prælatus, nullusq; est Episcopus, dum est in peccato mortali*. Apud eund. ibid. Artic. 15. 9

1418. 22. Febr. —— Quartus : *Speciales Orationes applicatæ uni personæ per Prælatos, vel Religiosos, non plus prosunt eidem, quam generales, cæteris paribus*. Apud eund. ibid. Artic. 19. 10

1418. 22. Febr. —— Quintus : *Confirmatio Juvenum, Clericorum Ordinatio, Locorum Consecratio reservantur Papæ, & Episcopis propter cupiditatem lucri temporalis, & honoris*. Apud eund. ibid. Artic. 28. 11

1418. 22. Febr. —— Sextus : *Excommunicatio Papæ, vel cujuscumque Prælati non est timenda, quia est Censura Antichristi*. Apud eund. ibid. Artic. 30. 12

1418. 22. Febr. —— Septimus : *Fatuum est credere Indulgentiis Papæ, & Episcoporum*. Apud eund. ibid. Artic. 42. 13

1420. 20. Maii. —— Abbatibus Vallisumbrosæ usum Pontificalium concedit *Martinus V.* & aliis ejusdem Congregationis Abbatibus *Gregor. XI. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 20. *quæsito* 1. *num.* 17. *ubi quod* sic Abbatibus Canonicorum Regularium Lateranensium concessit *Gregorius IX.* 1238. *Urbanus IV.* 1386. *Bonifacius IX.* 1400. *Sixtus IV.* 1485. *Innoc. VIII.* 1489. *& Julius III.* 1551. Quæ Privilegia ad omnes Prælatos Congregationis S. Salvatoris Bononiensis extendit *Innocentius VIII.* 1489. 12. *Nov.* Pro Abbatibus Cassinensibus, aliàs S. Justinæ de Padua, Abbati Monasterii SS. Trinitatis Cavensis, Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis concessit *Urbanus II.* Abbati verò S. Pauli de Urbe concessit *Eugenius IV.* 1442. 26. *Maii* : Abbati Congregationis Camaldulensis concessit *Leo Decimus* : Abbatibus Cistercienfibus concessit *Innocentius VIII.* 1489. 9. *Apr.* Abbatibus Cælestinis concessit idem Institutor *Cælestinus V. & etiam Eugenius IV.* & pro omnibus ejusdem Congregationis Abbatibus *Paulus Secundus* : 14

Abbatibus Montis Virginis concessit *Urbanus IV. in Bullar. tom.1. Constit.6.* Abbatibus denique Præmonstratensibus concessus fuit usus Pontificalium *ex quadam Bulla relata ab eod.* Tamburin. *ibid.n.22.*

1434. 28. Oct. —— Abbates Cælestini possunt à quocumque maluerint Catholico Episcopo Benedictionem suscipere. *Eugenius IV. apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat. tom.1. disput.11. quæsito 10. num.2. ubi* refert per extensum Breve Martini V. idem concedentis Abbati S. Pancratii Florentiæ, Ordinis Vallis umbrosæ, datum *anno* 1420. 8. *Mar.* 15

1436. 31. Jul. —— Prælati Congregationis Monachorum, aliàs de Observantia S. Justinæ Ordinis S.Benedicti, licèt munus Benedictionis non acceperint, perinde tamen Monasteria ipsius Congregationis regere, & administrare, ac omnes actus in ipsis valeant exercere, ac si munus hujusmodi fuerint consecuti. *Eugenius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.1. Const.9. qua incipit* Regularem, §.18. ¶ Infert ex hoc Ascan.Tambur. *de Jure Abbat.tom.2. disp.2. quæsito 3. n.4.* quod possunt etiam minores Ordines conferre, & asserit hoc Privilegium extensum fuisse à Julio II. ad Congregationem Vallis umbrosæ cum expressione, & specialitate conferendi Minores, licèt non sint benedicti, 1507. 15. *Jul.* 16

1438. 12. Dec. —— Quicumque Ordinis Cisterciensis Abbates Apostolica, vel alia quavis auctoritate promoti, nullatenus propter promotiones hujusmodi, ab Abbate Ordinis, Visitatoribus, & Reformatoribus sunt exempti, sed eisdem subjaceant, & omnino subsint. *Eugenius IV. apud* Cherubin. *in Bull. tom.1. Const.14. qua incipit* Ad universalis, §.2. 17

1459. 12. Jun. —— Archiepiscopi, & Episcopi habeant ubique gentium locum à Prothonotariis Apostolicis: & quod in Episcopis sancitum est, ad Ecclesiarum Cathedralium auctoritate Apostolica electos pariter, & confirmatos extendit *Pius II. in* 18

Bullar.

Bullar. apud Cherubin. *tom.*1. *Constit.* 4. *qua incipit* Cùm servare.

1467. 1. Mar. —— Alienanti Bona Ecclesiarum, Monasteriorum, Locorumque piorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, si Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingressus Ecclesiæ sit penitus interdictus: & si per sex menses immediatè sequentes sub Interdicto hujusmodi animo (quod absit) perseveraverit indurato, lapsis mensibus eisdem, à regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, vel Monasterii, cui præsidet, in spiritualibus, & temporalibus sit eo ipso suspensus. *Paulus II. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*1. *Constit.*5. *qua incipit* Ambitiosæ, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Alien. rer. Eccles.* 19

15

16

1485. 23. Aug. —— Quoties aliquem ex Auditoribus Rotæ Romanæ ad aliquam Cathedralem, seu Metropolitanam Ecclesiam promoveri, seu jam promotum transferri contigerit, Officium Auditoriatus hujusmodi, quod sic promotus, vel translatus tunc obtinebit, per provisionem, præfectionem, seu translationem prædictas, vacet, ac vacare censeatur eo ipso. *Innocentius VIII. apud* Cherubin. *in Bull. tom.*1. *Constit.*6. *qua incipit* Circumspecta, §.1. 20

1489. 9. Apr. —— Abbati Cistercii, ac Abbatibus quatuor Monasteriorum principalium Ordinis Cisterciensis conceditur facultas quæcumque Vestimenta, & Ornamenta Ecclesiastica, Corporalibus, Vasculisque ad reponendam Sacram Eucharistiam, ac Imaginibus quibuslibet comprehensis, benedicendi, & Calices consecrandi, tam de dicto Ordine, quàm si ad eos aliunde nonnunquam deferantur. *Innocentius VIII. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.*1. *disput.*23. *quæsito* 12. *num.*1. 21

17

18

1493. 8. Maii. —— Licet Abbatibus Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiensis in Ecclesiis dictæ Congregationis, quoties ipsos Missam celebrare continget, Mitra, Baculo, & aliis Pontifi- 22

calibus Insigniis uti, Benedictionem solemnem elargiri, Indulgentias quadraginta dierum in hujusmodi Missis concedere, ac Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia dictæ Congregationis loca, & Cæmeteria pro tempore quomodocumque polluta reconciliare. *Alexander VI. ad preces Serenissimæ Venetorum Reipublicæ sub Principatu Augustini Barbadici, & ad supplicationes Canonicorum ejusdem Congregationis Monasterii S. Antonii, quod de ejusdem Serenissima Republica Jurepatronatus existit, prout refert* Ascanius Tamburin. *loc. cit. quæsito 9. n. 3.*

1505. 15. Mar. —— Non potest Episcopus admittere in Seminarium Illegitimos, licèt sint dispensati ad Canonicatus, & Dignitates. *Decisum refert* Nicolius *in Floscul. verb.* Seminarium, *n. 2.* 23

1514. 5. Maii. —— Nullus Episcopus, aut Abbas, quovis instante, ac requirente, nisi sibi copia, & facultas legitimæ defensionis permittatur, etiamsi crimina fuerint notoria, diligenterque partibus auditis causa plenariè probata fuerit, privari valeat. *Leo X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 1. Constit. 7. quæ incipit* Supernæ, *§. 7. & refert etiam* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 13. quæsito 2. n. 14.* 24

1516. 19. Dec. —— Episcopi visitent Regulares Mendicantes, & etiam corrigant in concernentibus Parochianorum curam, & Sacramentorum administrationem. *Leo X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 1. Constit. 22. quæ incipit* Dum intra, *§. 3. & referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Privil. Regular. *ac* Peyrin. *de Privil. Regular. tom. 1. Constit. 26. ejusd. Pontif. nec non* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 15. num. 1.* 25

1519. 1. Sept. —— Canonici Regulares S. Augustini in Episcopos promoti, utantur habitu, quo utuntur alii Clerici Sæculares in Episcopos creati. *Leo X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 1. Const. 34. quæ incipit* Dudum, *§. 3. & refert etiam* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 20. quæsito 3. n. 24.* 26

1555. 22. Aug. —— Decanatus Collegii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cum omnimoda præcedentia spectat ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia tempore vacationis præsentem, aut ex causa publica absentem, & per Summum Pontificem extra eam destinatum. *Paulus IV. apud* Cherubin. *in Bullar, tom. 1. Const. 5. quæ incipit* Cùm Venerabiles. 27

1559. 19. Jul. —— Archiepiscopi, & Episcopi cujuscunque Ordinis Professores, ad Claustra suorum Ordinum redeuntes, ad Officia, & Dignitates assumi non possunt. *Paulus IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 1. Constit. 21. quæ incipit* In Sacra, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Electio, *in fine*. 28

23

24

1560. 5. Apr. —— Moniales, & Sorores cujusvis Ordinis in Italia existentes (deductis quatuordecim ducatis auri de Camera pro victu cujuslibet Monialis, seu Sororis) alios redditus non habentes, à quorumcumque Decimarum, Subsidiorum, & aliorum onerum quomodolibet nuncupatorum solutione eximuntur, & liberantur. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit. 5. quæ incipit* De statu Ecclesiarum, *& refert etiam* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat. tom. 3. disp. 10. quæsito 4. n. 7.* 29

25

1560. 26. Maii. —— De rebus Ecclesiasticis nemo potest etiam ad favorem locorum piorum disponere in ultimis voluntatibus absque licentia Sedis Apostolicæ, ideoque irrita sunt Testamenta, Donationes in illis, vel mortis causa factæ, Codicilli, Legata, & quæcumque alia in ultimis voluntatibus disposita per quoscumque Ecclesiarum Prælatos, etiam Patriarchas, Archiepiscopos, vel Episcopos, ac cujusvis Monasterii Abbates, seu Commendatarios, ac Presbyteros, & alias quaslibet Ecclesiasticas Personas, sed hujusmodi Spolia, non habita licentia prædicta, spectant ad Cameram Apostolicam. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar.* 30

26

lar. tom. 2. *Constit. VIII. quæ incipit* Grave, §. 2.

1560. 13. Sept. —— Si quis à Patriarchali, Primatiali Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, nomine, seu jure commissa, legitimo impedimento, seu justis, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Diæcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ, & pauperibus loci per Superiorem Ecclesiasticum applicandorum pænam ipso jure incurrat: Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat: Crescente verò contumacia, ut severiori Sacrorum Canonum censuræ subjiciatur, Metropolitanus Suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens sub pæna interdicti ingressus Ecclesiæ ipso jure incurrenda, infra tres menses per litteras, vel nuncium teneatur Romano Pontifici denunciare. *Pius IV. in Constit. quæ incipit* De salute, *apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 14. *quæsito* 7 *n.* 4. *in fine*, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Residentia. 31

1562. 2. Maii —— Licèt non possit Ordinarius, lite pendente inter electos, vel præsentatos conferre Beneficium, si unus collitigantium cedat, vel decedat: potest tamen admittere, & recipere resignationem Beneficii litigiosi coram se factam: sicuti à simili dicitur, non posse Ordinarium Beneficium reservatum conferre, sed posse resignationem illius admittere. *Rota in Laurien. Archidiaconatus coram Caputaquensi apud* Ventrigl. *in prax. rer. notabil. tom.* 2. *annot.* 10. *num.* 27. 32

1563. 9. Aug. —— Dispensatio Interstitiorum pertinet ad Episcopum Ordinandi, non verò ad Ordinantem. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Ordo in genere, *num.* 20. *ubi num. seq. ait*, *quod* Interstitia ipsa attenduntur secundùm eorum curium, 33

non

non autem per duodecim menses, *ex ead. Congr.* 1591. 15. *Apr.*

1563. 1. Oct. —— Moniales Cisterciensis Congregationis per Abbates ejusdem Congregationis reguntur, & visitantur, ac proinde illis subjiciuntur. *Pius V. in Constit, quæ incipit* In eminenti, *relata ab* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 14. *quæsito* 1. *num.* 2. 34

1564. 16. Febr. —— Locorum Ordinarii quascumque Græcorum Ecclesias, Monasteria, Prioratus, & alia pia loca, tam Sæcularia, quàm cujuscumque Ordinis Regularia, eorumque Prælatos, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, ac majori dignitate præfulgeant, nec non Abbates, Rectores, Ministros, & quasvis alias ejusdem Nationis Personas in suis Civitatibus, & Diæcesibus consistentia, quoties opus fuerit, visitare, ac in illis suam ordinariam jurisdictionem, plenamque, & omnimodam superioritatem in iis, quæ Dei cultum, Sacramentorum administrationem, & animarum salutem, hæresumque extirpationem concernunt, exercere, & exequi liberè, & licite valeant, reliquis ipsorum Græcorum in Divinis celebrandis, aliisque Ritibus à Sede Apostolica approbatis, nec non Privilegiis, & Gratiis Apostolicis intactis remanentibus. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 74. *quæ incipit* Romanus, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Græcor. ritus. 35

1564. 28. Maii. —— Non debet Episcopus cogere Canonicos sub pæna Excommunicationis ad se associandum. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Canonicor. munera erga Episc. *num.* 8. 36

1564. 13. Nov. —— Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Prælati, cæterique utriusque Cleri Superiores, qui præficiuntur Cathedralibus, & superioribus Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, & Domibus quorumcumque Ordinum, etiam Militiarum debent observare formam Professionis Fidei 37

dei

dei Orthodoxæ, quam præscribit *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 89. *quæ incipit* Injunctum. ¶ Hanc Constitotionem quoad Abbates, & Prælatos Regulares non esse in usu pluribus citatis Auctoribus refert Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 8. *quæsito* 3. *num.* 3. contra Navarr. & alios ibid. citatos: *num. tamen* 4. & 5. *ait, quod* Abbates, & Prælati sæculares, quibus Animarum cura commissa est, nec non Abbates Commendatarii perpetui, cum facultate disponendi de fructibus, sicuti veri Beneficiati tenentur prædictam Fidei professionem emittere.

1564. 13. Nov. —— Episcopus non exigens, nec recipiens à Doctoribus, aliisque cujusvis artis, & facultatis Professoribus Fidei professionem, incurrit pænam interdicti ab ingressu Ecclesiæ. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 90. *quæ incipit* In Sacrosancta, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Fidei professio. 38

1564. 25. Nov. —— Patriarchæ Primates, Archiepiscopi, Episcopi, & alii quicumq; quavis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentes, Ecclesias in Commendam, vel Administrationem, aut alio quovis nomine obtinentes, qui juxta tenorem Concilii Trident. personalem in suis Ecclesiis residentiam facere tenentur, resideant personaliter sub pænis in dicti Concilii Decreto contentis, ac etiam privationis eorum à regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, aliisque arbitrio Summi Pontificis imponendis. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 91. *quæ incipit* In Suprema, *& refert etiam* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 14. *quæsito* 6. *num.* 1. *ubi num. seq. ait, quod* Abbas Commendatarius ad personalem residentiam in Abbatia sibi commendata non adstringitur, si Monasterium non habeat curam Animarum sæcularium. 39

1565. 1. Jun. —— Abbas, vel alius Prælatus inferior sæcu- 40

ſæcularis habens territorium ſeparatum cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, poteſt cognoſcere de cauſis Matrimonialibus, & criminalibus, nec comprehenditur ſub decreto Concilii Tridentini *ſeſſ.* *24.c.20.§.Ad hac*, maximè ſi juvetur immemorabili. *Rota in Salamantina Juriſdictionis coram Aldobrandino, & poſtea in Bergen. itid. Juriſdictionis* 1594. 16. *Dec. coram Orano apud* Aſcan. Tambur. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, deciſ.39. & 41.*

1565. 6. Jul. —— Abbatibus Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Juſtinæ de Padua, conceditur, ut poſſint uti Baculo Paſtorali, ac Mitra Pontificali in Eccleſiis Monaſteriorum, in quibus Abbates pro tempore deputati exiſtunt, & Benedictionem Pontificalem poſt Divina Officia Chriſtifidelibus inibi exiſtentibus elargiri, lapideſque Altarium conſecrare pro uſu præfatæ Congregationis, Ordinariorum licentia deſuper minimè requiſita. *Pius IV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.2. Conſtit.97. quæ incipit* Sedis Apoſtolicæ, *§.2. & refert etiam* Aſcan. Tambur. *de Jure Abbat. tom.2. diſp.24. quæſito 5. n.54.* 41

1565. 28. Jul. —— Epiſcopus, modò in Epiſcopatu reſideat, ſolutus eſt à reſidentia Decanatus, vel Canonicatus, & cæterorum Beneficiorum, illàque ratione poteſt & fructus percipere, exceptis in Diaconatu, & Canonicatu diſtributionibus quotidianis, & aliis, ſi quæ fortè ſint, quæ abſentes juſta de cauſa non perciperent. *Congr. Conc. in Cretenſi apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par.2. tit.* de Vicario, *pag.419.* 42

1566. 16. Jan. —— Abbatibus Canonicorum Regularium pro tempore exiſtentibus, tametſi munus Benedictionis non ſuſceperint, conceditur, quod omnibus gaudeant, & ſingulis Privilegiis, Prærogativis, Immunitatibus, Exemptionibus, Favoribus, Gratiis, Indulgentiis, & Indultis, quibus tam præfati Ordinis, quàm aliorum Abbates in Generalibus, & Provincialibus Conciliis utuntur. 43

Pius

Pius V. apud Ascan. Tamburin.*de Jure Abbat. tom.*1. *disput.*11.*quæsito* 13.*num.*2.

1566. 8.Mar. —— Possunt locorum Ordinarii mulctare pæna pecuniaria Medicos illos, qui cùm ad Infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia non monuerint, ut idoneo Confessori peccata sua confiterentur, & ultra tertium diem eos visitaverint, absque eo quod constiterit per fidem Confessoris in scriptis factam, quod Infirmi peccata sua confessi fuerint. *Pius V. apud* Cherub. *in Bullar. tom.*2.*Constit.*3.*quæ incipit* super Gregem, §.3. 44

1566. 1.Apr. —— Monentur omnes Locorum Ordinarii, & in virtute Sanctæ Obedientiæ eisdem præcipitur, ut statuta Tridentini Concilii contra Concubinarios tam Clericos, quàm Laicos edita, districtè faciant observari, reddicturi Deo, ac Summo Pontifici, si id omiserint, rationem: Sicuti etiam eorum arbitrio, vel quoad hoc aliorum Magistratuum (ita ut præventioni locus sit) infligantur pænæ contra non observantes dies Festos, & ipsis sive Ordinariis sive Magistratibus omnibus districtè præcipitur, ut hæc diligenter observari procurent; & illas etiam festivitates, quæ juxta consuetudinem locorum solemniter celebrari consueverunt, juxta laudabilem consuetudinem debita cum reverentia observari faciant, sub pænis arbitrio ipsorum imponendis, & moderandis. *Pius V. apud* Cherub. *in Bullar. tom.*2. *Constit.* 5. *quæ incipit* Cùm primùm. 45

1566. 29. Maii. —— Moniales omnes cujuscumque Religionis, Ordinis, vel Militiarum, tacitè, vel expressè Religionem professæ, etiamsi Conversæ, sub perpetua in suis Monasteriis, seu Domibus de cætero debeant permanere clausura: quod si aliquæ huic Clausuræ resistant, Ordinarii unà cum Superioribus earum, omnibus juris, & facti remediis compellant easdem tamquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundum dictam Clausuram. 46

Pius

Pius V. apud Cher. *in Bullar. tom. 2. Const. 8. quæ incipit* Circa Pastoralis Officii, §. 1. & 2. *& refert etiam* Tamb. *de Jure Abatiss. disp.* 18. *quæsito* 3. *n.* 2. *ac* Peyr. *de Privil. Regul. tom.* 2. *Constit.* 6. *ejusd. Pontific. nec non* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Monaster. Monial.

44

1566. 29. Maii. —— Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seu de pænitentia dicuntur, cujuscumque fuerint Ordinis, in Congregatione viventes, si solemne votum emiserint, clausuræ subjiciantur; sin autem, Ordinarii unà cum Superioribus earum suadeant ad emittendum, & ad Clausuram: Sed ne Moniales, & Tertiariæ prædictæ propter hanc Clausuram incommodum aliquod patiantur maximè quoad victum, Ordinarii, & Superiores curent colligi Fidelium eleemosynas per Conversas non professas, vel professas annorum quadraginta habitantes propè Monasteria, nec exeant ad quæstum, nisi de licentia Ordinarii, vel earum Superiorum: & de cætero nullę alię Conversæ recipiantur, etiam de consensu suorum superiorum, vel Prælatorum: Quod si eleemosynæ à Conversis receptæ non sufficiant, provideant Ordinarii de aliis Personis piis, quæ eleemosynas colligant, vel etiam ex opere manuum ipsarum Monialium; & Mulierum. *Pius V. apud eosd. ibid.* §. 3. 5. 6. *&* 7.

47

45

1566. 29. Maii. —— Ne propter Monialium numerum excessivum Clausuræ observatio violetur, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis districtè inhibendo præcipitur, & mandatur, ne plures in earum Monasteriis recipiant, & admittant, quàm ex propriis redditibus ipsorum Monasteriorum, vel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint: Propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ mandatur Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ut quamprimùm potuerint, Clausuram servari procurent, compescendo contradictores per Censuram Ecclesiasticam, & invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii

48

46

Secu-

Sæcularis. *Pius V. apud eosd. ibid.* §. 8. *&* 9.

1566. 20. Aug. —— Mandatur in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in Civitatibus, & Diæcesibus propriis observari faciant inviolabiliter per quoscumque Prælatos, Capitula, Clericos, Fratres, Superiores, & quaslibet Personas, ne deinceps Presbyteri Greci precipuè uxorati Latino more, & Latini Græco ritu sub quarumcunque licentiarum, & facultatum, aut alio quovis prætextu Missas, & alia Divina Officia celebrare, vel celebrari facere præsumant, sub indignationis Pontificiæ, & perpetuæ suspensionis à Divinis, ac aliis, sibi visis pœnis. *Pius V. apud* Cher. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 12. *qua incipit* Providentia, *& refert etiam* Quarant. *in Sum. Bullar. verb.* Græcor. ritus. 49

1567. — 30. Aug. —— Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, seu Commendatariorum, & aliorum quorumcumque quæcumque, & qualiacumq; Beneficia Ecclesiastica cum Cura, & sine Cura, Sæcularia, vel Regularia obtinentium Bona Sacra ad usum, & cultum Divinum etiam in eorum privatis ædibus, & Capellis, vel Oratoriis destinata, & tempore eorum obitus ex testamento vel ab intestato relicta, non veniunt sub nomine spoliorum ad Cameram Apostolicam pertinetium, sed applicanda sunt Ecclesiis propriis, & Successores propria auctoritate illa apprehendere possunt. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Const.* 42. *qua incipit* Romani. 50

1568. —— Jun. —— Omnes Pensiones assignatæ Suffraganeis super fructibus Ecclesiarum, quibus præficiuntur, transeunt ad Successores, dummodo illis Ecclesiis, quarum sunt Suffraganei, deserviant, vel saltem per ipsos non stet: aliàs statim censeantur extinctæ. *Sanctissimus in Consistorio apud S. Petrum, ut refert* Nicol. *in Lucub. tom.* 1 *lib.* 3 *tit.* 29. *num.* 1. 51

1568. 14. Aug. —— Prælati Regulares, seu alii Religiosi 52

giosi

giosi Confessarii non possunt audire Confessiones Sæcularium, qui sunt de Familia, aut deserviunt ipsorum Monasteriis, absque approbatione, vel licentia Episcopi. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. part. 2. tit.* de Regularibus, *pag.* 304.

1569. 22. Jan. —— Episcopus habet facultatem creandi perpetuos Vicarios in Parochialibus Ecclesiis unitis, seu annexis Collegiatæ Ecclesiæ: & qui admittendi erunt, tam perpetui, quàm amovibiles futuri sint, prius ab Ordinario examinandi sunt, & approbandi. *Congr. Conc. in Aquilejensi apud* eund. *ibid. tit.* de Parocho, *pag.* 201.

1569. 22. Jan. —— Commendatarii Abbatiarum, in iis, quæ spectant ad approbandum Sacræ Confessionis Ministros se interponere non debent, sed hanc cognitionem, & curam Episcopo uti Ordinario, cui hujusmodi data est facultas ex Decreto Tridentini *sess. 23. cap. 15. de refom.* relinquāt. *Con. Conc. in Materana apud eund. ib. tit.* de Regul. *p.* 303.

1569. 1. Febr. —— Nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium cujusvis Ordinis de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum etiam eis subjectorum, aut domorum Parentum, aliorumve Consanguineorum visitandorum, aliàve occasione, & prætextu, nisi ex causa magni Incendii, vel infirmitatis Lepræ, aut Epidemiæ, quæ tamen Infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monasteriorum incuberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresè in scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus, extra illa, nisi ad necessarium tempus stare liceat. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. post Const. 8. ejusd. Pontific. in Constit. quæ incipit* Decori, & honestati, *& refert etiam* Ascan. Tambur. *de Ju-*

re

re Abbatiss. disput. 19. *quæsito* 1 *num.* 3.

1596. 1. Febr. —— Aliter autem, quàm, ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices Personæ, sive laicæ, aut sæculares, vel Ecclesiasticæ, Consanguineæ, vel non, Excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque alia declaratione subjaceant, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant: & insuper tam egressæ, quàm Præsidentes, & alii Superiores prædicti eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus obtentis privantur, inhabilesque redduutur ad in posterum obtinenda: Mandatur igitur Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub obtestatione Divini Judicii, & interminatione maledictionis æternæ, quatenus præsentes litteras in Civitatibus, & Diæcesibus propriis quolibet anno publicent, observari faciant, & procurent, contradictores pœnis compescendo, etiam interdictum Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio Brachii Sæcularis. *Pius V. apud eosd. ibid.* 56

1569. 14. Jun. —— Pro Beneficiis Curatis vacantibus, quorum collatio pertinet ad Abbatem, vel ad alios ea in aliena Diæcesi possidentes, deputatio Vicarii, donec provideatur Parochialis de Rectore, ad Episcopum, in cujus Diœcesi sita est Parochialis, cum congrua arbitrio suo fructuum portionis assignatione spectabit. *Congr. Conc. in Aquilejensi apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concur. Paroch. *pag.* 193. *ad cap.* 18. *sess.* 24. *de reform.* & idem habetur *par.* 2. *tit.* de Regularib. *pag.* 303. 57

1569. 14. Jun. —— Non potest Episcopus in locis alienæ Diœcesis, ubi aliquas habet Ecclesias sibi imme- 58

immediatè subjectas licentiam concedere extraneo Episcopo administrandi Sacramentum Confirmationis, & Ordinis, nec Pontificalia munia exercendi, absque licentia illius Episcopi, in cujus Diœcesi locus est constitutus. *Congr. Conc. in d. Aquilejensi apud d.* Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Episcopis, *pag.* 269.

59 1569. 13. Sept. — Per motum proprium B. Pii V. publicatum 1568. 25. Jul. super residentia Canonicorum habentium Parochialem, non censetur abdicata, & ablata facultas Ordinario concedendi licentiam recedendi à Parochiali per aliquod tempus, dummodo ea utatur intra limites à Tridentino in Decreto *cap.* 1. *sess.* 23. *de reform.* præscriptos, prout censuit *Congr. Conc. in Barchinonensi apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 419.

60 1570. 16. Febr. — Episcopus vicinior tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus debet visitare Ecclesiam Collegiatam nullius Diœcesis. *Congr. Episc. in Conversanensi apud* eund. *ibid. tit.* de Regularibus, *p.* 305. ¶ Notandum, quod cùm Delegatus Delegantem repræsentet in Negotio sibi commisso, *c. sanè, & ibi* Gloss. *in verb. instes idem*; Lancel. *de Attent.* 2. *p. c.* 20. *limit.* 26 *nu.* 6. hinc habetur, quod Delegatus respectu causæ sibi commissę major est Ordinario, prout Canones ipsi apertè asserunt, *cap. sanè, il* 2. *de Offic. del.* & ibi Gloss. *in verb. terminandam*, & cæteri DD. *& cap. Pastoralis*, §. *Præterea, ibi*: ad quod dicimus, quod cùm Delegatus, quantum ad illud, sit major Ordinario, *extra de offic. Ordin.* & latè Merolla *tom.* 3. *disput.* 7. *cap.* 4. *dub.* 11. ut habet de Rosa *de Execut. Litterar. Apostolicar. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. *&* 7.

61 1570. 23. Aug. — Moniales Ordinis S. Dominici in articulo mortis constitutę possunt in Manibus Abbatissæ, seu Priorissæ, vel alterius Superioris Novitiarum ipsius Monasterii Professionem emittere ante annum Probationis expletum, dummodo sint legitimę ætatis. *Pius V. apud* Cherub. *in Bullar. tom.* 2.

Constit. 109. *quæ incipit* Summi Sacerdotis, *& refert etiam* Peyrin. *de Privil. Regular. tom.* 3. *Constit.* 8. *ejusd. Pontific.*

1570. 4. Nov. —— Episcopus pro Visitatione suæ Diœcesis uti potest opera Parochi per quatrimestre singulis annis, modò interim in Ecclesia Vicarium deputet. *Congr. Conc. in Eginaten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultur. Canon. Jac. Pignatel. part.* 2. *tit.* de Vicario, *pag.* 419. 62

1571. 1. Mar. —— Omnibus Archiepiscopis, & Episcopis Regni Siciliæ præcipitur, ut deinceps Inventarium authenticum omnium, & quarumcunque suæ Curiæ querelarum, accusationum, inquisitionum, denunciationum, testificationum, instrumentorum, processuum, cæterorunque actorum, causarum, & negotiorum criminalium, etiam mixtorum, quæ apud Curiæ suæ Notarium fuerint, quotannis in perpetuum conficiant, confectum, & dicti Notarii manu subscriptum penes se custodiant, donec super iis fuerit judicatum: & si eos de vita decedere contigerit, illud universum Sigillo suo obsignatum, fidei Sacerdotis, cui peccata confitentur, morte impendente committant, qui eà secutà protinus ipsum Prælato, ac Domui, seu Conventui digniori Regularium illius Civitatis debeat resignare, ut ab eis tutè, & fideliter asservetur, donec futurus advenerit Præsul, cui illud itidem clausum, & integrum tribuatur. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 121. *quæ incipit* Muneris nostri, *& refert etiam* Quarant. *in Sum. Bul. verb.* Invent. Actor. 63

1571. 1. Sept. —— Clerici Seminarii non possunt promoveri ad aliquem Ordinem Sacrum ad titulum ipsius Seminarii, nisi pro servitio Beneficii uniti Seminario & tunc cum assignatione certi annui redditus, unde sic promoti vivere honestè possint, & prædicta assignatio cessare debebit, postquam ipse aliundè provisus fuerit de congrua sustentatione. *Congr. Episc. in Bononien. apud* Pascucc. *part.* 2. *tit.* de 64

Ordi-

Ordine, & Ordinatione, *pag.* 181.

1571. 6. Oct. — Universi, & singuli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, cęteriq; Ecclesiarum Prælati, & locorum quorũcunq; Ordinarii ubilibet cõstituti, eorumque Vicarii in spiritualibus, & temporalibus, aliquas Ecclesias in suis Civitatibus, & Diæcesibus, seu loca honesta, in quibus Infantes, & Pueri ad audiendum Doctrinam Christianam convenire possint, deputent & Viros ad id idoneos, vita, & moribus approbatos, qui diebus saltem Dominicis eosdem Infantes, & Pueros, ac alias Personas Divinæ legis expertes, in Articulis Fidei, & præceptis Sanctæ Matris Ecclesiæ instruant, confirment, & erigant, atque tot Societates, seu Confraternitates, quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportunæ videbuntur, inibi erigant, & instituant. *Pius V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit.* 137. *qua incipit* Ex debito, §. 2. 65

1572. 30. Dec. — Cùm Moniales, etiam quæ Tertiariæ vocantur, sub solemni Religionis voto, perpetuaque Clausurà degentes, multis ad se sustentandas necessariis egeant; statuitur, ut omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, ac alii Ecclesiarum Prælati, nec non Abbates, Priores, Præpositi, & alii quæcumque Beneficia Ecclesiastica Sæcularia, & quorumcunque Ordinum Regularia obtinentes, aliique singulis annis, mensibus, hebdomadis, vel diebus ex Ecclesiarum, Beneficiorum, vel Monasteriorum redditibus aliquas pauperibus Christi eleemosynas in pane, frumento, farina, vino, eduliis, pecunia, seu aliis ad victum, & vestitum pertinentibus distribuere, & elargiri ab immemorabili soliti, & qui testamento, ultima voluntate, vel alia dispositione, etiam inter vivos, aliquas tales eleemosynas facere obstricti, dimidiam partem omnium, & quarumcumque eleemosynarum hujusmodi quibuslibet prædictarum Monialium etiam Tertiariarum sub solemni 66

Religionis voto, & perpetua clausura de cætero viventibus, & in terris, & locis, quorum pauperibus hujusmodi eleemosynas distribuuntur, dare, atque distribuere omnino teneantur. *Gregorius XIII. in Constit. qua incipit* Deo sacris Virginibus, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disp.7. quæsito 2. num.8. & refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Monaster. Monial.

1572. 30. Dec. —— Universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis mandatur, ut quisque per se, vel alium, seu alios ad præsentium executionem in suis Civitatibus, & Diœcesibus procedens, ab Ecclesiis, Monasteriis, Locis, Ecclesiasticis, ac Laicis Personis prædictis, etiam quomodolibet exemptis, dimidium eleemosynarum hujusmodi exigant, & pro portione, ut Ordinariis ipsis locorum æquum esse videbitur, singulis pauperum Monialium, etiam Tertiariarum Monasteriis hujusmodi suarum Civitatum, & Diæcesum, etiamsi aliis Superioribus subjectæ sint, cum effectu distribuant, & tanquam Sedis Apostolicæ Delegati Contradictores per pœnas pecuniarias eorum arbitrio infligendas, & applicandas, ac in subsidium per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia respectivè compescant, invocato, si opus fuerit, Brachio Sæculari. *Gregorius XIII. apud eosd. ibid.* 67

1572. 30. Dec. —— Insuper quia valde rationi consonum est, ut etiam ii, qui ipsis Monialibus, etiam Tertiariis indigentibus præfatis, Consanguinitate aliqua sunt conjuncti, aliquod in præmissis subsidium conferant, cùm ratio sanguinis, & debitum charitatis, & honestatis id expostulet, singulis locorum Ordinariis committitur, ut omni eos officio, & diligentia monere, eisque persuadere studeant: Parentes verò, & Fratres, ac alios, ad quas illas, si in sæculo permansissent, dotare pertine- 68

tinebat, vel ad quas bona, & successiones devenerunt; & qui, si eas nuptui tradidissent, multò amplius quàm ingredientibus Monasterium dedissent; vel qui, si eas nunc Domi retinerent, vel si ad illorum Domos redirent, eas alere tenerentur, quibuscunque viis ipsis benè visis inducant, ut Monialibus, etiam Tertiariis prædictis juxta eorum facultates charitativè subveniant, scituri id sibi etiam ad Animarum salutem plurimùm profuturum. *Gregorius XIII. apud eosd. ibid.*

69 1572. 30. Dec. —— Quod attinet ad Conversas professas, quas Pius V. sub certis conditionibus permisit posse manere extra Monasteria pro colligendis eleemosynis, eisdem locorum Ordinariis injungitur, ut quibus Monasteriis, prædictarum Monialium quotidianis laboribus computatis, supradicta, vel alia qualibet ratione de sufficienti subventione, & sustentatione provisum esse cognoverint, easdem Conversas sub eadem Clausura cum aliis Monialibus reducant, neque à suis Monasteriis amplius exire permittant: Conversas verò non professas, & profiteri volentes dimisso habitu Domum remittant, neque alias in futurum, nisi professionem suo tempore emissuras, atque sub perpetua Clausura mansuras in Monasteria hujusmodi recipi permittant. *Gregorius XIII. apud eosd. ibid.*

70 1572. 30. Dec. —— Quod idem Pius V. statuit de cætero nullas alias Conversas professas recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum posse, ita esse intelligendum declaratur, præter illas Conversas, quæ extra Monasterium in Domibus contiguis degerent: eleemosynarum verò prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernitur, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus Monialium, etiam Tertiariarum hujusmodi (quem per ipsos locorum Ordinarios etiam in Monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocunque exemptis, cum illarum

Superiorum interventu stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi posse, etiam de consensu suorum Superiorum mandatur) ita diminutus fuerit, ut reliquæ Moniales, & Tertiariæ ex propriis redditibus Monasteriorum ipsorum, vel consuetis eleemosynis se commodè sustentare queant, super quo eorundem Ordinariorum conscientia oneratur, ita tamen ut decentibus singulis ex tribus earundem Monialium partibus, tertiæ quoque earundem eleemosynarum partis distributio, & sic successivè in totum extinguantur, atque in pristinum statum sub debitis, aut solitis oneribus revertantur, & remaneant. *Gregorius XIII. apud eosd. ibid.*

1572. 30. Dec. —— Nullis Monialibus, etiam Tertiariis liceat habere ostium, per quod ex Monasterio introiri possit in ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam Sæcularibus, ad Missas, & Divina Officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruatur: neque itidem liceat Monialibus etiam Tertiariis egredi janua Monasterii, quæ est pro clausura ipsius Monasterii etiam ad claudendum aliam ulteriorem januam, per quam patere solet aditus Sæcularibus venientibus vel ad Rotam, vel ad Crates, seu loca colloquiis destinata, quæ vulgo Parlatoria vocantur, vel ad pulsandum ipsam januam Clausuræ, quæ loca cùm saltem pro causis prædictis patere soleant Sæcularibus, extra clausuram censeri debent, etiam tempore, quo clausa sunt. Ipsis igitur Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis præcipitur, & mandatur, ut has præsentes litteras singuli in sua Civitate, & Diæcesi publicent, easque juxta earum continentiam, & tenorem unà cum aliis constitutionibus, & jussionibus pro integra Clausuræ instauratione, custodia, & firmitate editis inviolabiliter observent, & observari faciant. *Gregorius XIII. apud eosd. ibid.*

1573.

1573. 7. Febr. —— Si in aliquo Monasterio sit necessitas Ministrorum, quæ Patrum consilio judicetur sufficiens causa quoad dispensandum in Interstitiis cum Regularibus ordinandis, ordinaturo Episcopo ea referri debet: ipse autem de illa judicabit. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abb. tom.2. disp.2. quæsito 22. n.1.* 72

1573. 14. Jul. —— Decreta, quæ in Conciliis Provincialibus conduntur, non debent publicari, inconsulto Romano Pontifice. *Congr.Conc. in Januensi apud* Pascucc. *in Comp.ad Consult,Canon.Jac. Pignatel. par.2. tit.* de Synodo, *pag.*404. 73

1573. 24. Oct. —— Commendatarius Abbatiæ exemptæ existentis intra fines alicujus Diæcesis, & habens jura quasi Episcopalia, non potest facere concursum Beneficiorum Curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum, in cujus Diæcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo, mittet eundem ad Commendatarium pro collatione. *Congr. Conc. in Palentina apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.3. disp.9. quæsito 20. num.1.* 74

1574. 1. Apr. —— Potest Episcopus per textum Concilii Tridentini *cap.8. sess. 7.* visitare Præpositum, qui ab immemorabili tempore prætendit se subjectum Sanctæ Sedi Apostolicæ, & receptum sub protectione B.Petri, juxta *cap. si Papa, de Privileg. in 6.* quia textus in loco supracitato dat hanc facultatem Episcopis etiam ut Sedis Apostolicæ Delegatis, non obstantibus consuetudinibus etiam immemorabilibus. *Congr. Conc. in Cremonen. apud* Pascucc. *par.1. tit.* de Equitibus, *pag.*275. 75

1574. 16. Apr. —— Si Moniales Ordinis Cassinensis S. Benedicti per duo scrutinia non convenerint in electione Abbatissæ, Visitatores, ac Abbates, seu Prælati respectivè, sub quorum regimine Moniales existunt, possint, & valeant duas, vel tres ejusdem Monasterii aptiores Moniales proponere, ut una ex illis, quæ plura Monialium vota, sive suf- 76

fragia in sui favorem habuerint, sit, & censeatur canonicè electa in Abbatissam ipsius Monasterii. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit. 15. quæ incipit.* Ex nostri.

1574. 2. Jul. —— Episcopus constituere tenetur Vicarium perpetuum, aut temporalem in Prioratu, cui Cura Animarum incumbit, assignata ei congrua fructuum illius portione. *Congr. Conc. in Januensi apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Parocho, *pag.* 201. 77

1574. 20. Aug. —— Episcopus per Vicarium suum Generalem visitare non potest Ecclesiam exemptam, sed per seipsum solum, vel illis, quibus videbitur adjunctis ex *cap. 4. sess. 6.* Si verò ex aliis Concilii decretis visitare voluerit, id per Vicarium, aut Visitatorem adimplere poterit, si legitimè impeditus sit. *Congr. Conc. in Polentina apud* eund. *ibid. tit.* de Visitatione, *pag.* 437. 78

1575. 15. Apr. —— Episcopus in alterius Diæcesi de licentia Ordinarii loci eos tantùm ordinare potest, qui à suis Ordinariis Dimissorias generales habent: nec potest sine prædicta licentia in alterius Diæcesi Chrisma ministrare. *Congr. Conc. in Mediolanensi apud* eund. *par. 1. tit.* de Episcopis, *pag.* 269. 79

1575. 28. Apr. —— Absentibus per longum tempus antequam Episcopus Dimissorias concedat, vel debet quoad mores certum testimonium habere ab Ordinario loci, ubi morati sunt: vel in litteris (& hoc tutius erit) nullam de moribus fidem facere, & solùm dicere, quod Ordinandus est legitimis Parentibus natus, in legitima ætate constitutus, non contumax, nec censuris irretitus, quod sciatur: quo verò ad mores, propter illius longam absentiam nullum testimonium reddere posse. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 4. form. 2. num. 3.* 80

1575. 12. Jun. —— Revocantur quæcunque licentiæ, & facultates ingrediendi Monasteria, Domos, & Loca 81

& Loca Monialium, ac etiam Virorum quorumvis Ordinum quibusvis etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, aliisque cujuscunque status, & conditionis Mulieribus, ac etiam quæcumque licentiæ ingrediendi Monasteria, Domos, & Loca ipsarum Sanctimonialium quibuscumque Viris etiam ejusdem status, & dignitatis concessæ, confirmatæ, ac etiam iteratis vicibus renovatæ: Abbatissis verò, nec non Abbatibus, & aliis Monasteriorum utriusque sexus Superioribus præcipitur sub Excommunicationis pœna, super qua à nemine, nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri, nec non privationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, Domos, & Loca sua quemquam prætextu hujusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. *Gregorius XIII. in Constit. qua incipit* Ubi gratiæ, *apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abbatiss. disp.* 22. *quæsito* 1. *num.* 4. *& referunt etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Monaster. Monial. *ac* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 29.

1575. 31. Aug. —— Nullo Concilii Decreto prohibetur, quominus Puellæ in Monasteriis Monialium educentur, si tamen eadem Monasteria ante Concilium consueverint hujusmodi Puellas recipere, sique à Superioribus Monasteriorum scriptam licentiam impetraverint, atque Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit: tunc verò hæ ipsæ Puellæ eo vestitu in Monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conveniat, nullamque secum famulam adducant, nec manere in eis possint, nisi usque ad ætatis suæ annum vigesimumquintum, atque in eis dum erunt, eandem servent Clausuræ legem, quam Moniales ipsæ: & si semel exierint, nullam habeant ad ea revertendi facultatem. *Congr. Conc. Episcopo Hieracensi apud* Bonac.

de

de Clausura, quæst.4.punct.4.num.15.aliosq.citatos ab Ascan.Tamburin.*de Jure Abba iss.disput.1.quæsito 1. num.6.ubi quæsito 2.num.5.ait ex eod.*Bonacin.*loc.cit. num.19.quod* hodie prærequiritur ante consensum Superioris licentia Sacræ Congregationis.

1576. 24. Jul. —— Verba Concilii in cap.1. sect. 23. de reform. *usq;ad privationem*, intelliguntur inclusivè, dum tamen præcesserint tria edicta publica,& elapsi sint sex menses, juxta *cap.Ex tua, de Cler.non resid.* dictumque caput habet locum in iis tantùm, qui Parochialem obtinent, & non in Beneficiis simplicibus. *Congr, Conc. in Tridentina apud* Pescucc. *in Compend. ad Consult, Canon. Jac. Pignatel. tom. 2.tit.* de Vicario, *pag.* 419. 83

1576. 18.Dec. —— Decretum factum pro Parochorum residentia tempore Pestis, & editum à Sacra Concilii Congregatione 23. Sept. ejusdem anni, multò magis debet procedere in Episcopis ob majorem eorum obligationem: qui tamen poterunt in locis tutioribus manere, & inde providere. *Gregorius XIII.apud eund.ibid.tit.* de Residentia,*pag.*355.*& refert etiam* Nicol. *in Lucubr, tom.2. lib.3.tit.4.num.9.* 84

1577. 22. Jan. —— Episcopus non debet prætermittere dare Candelas in die Purificationis Beatissimæ Virginis, & non debent recipi de manu Sindicorum, vel aliorum Laicorum,sed Episcopi.*Congreg.Episcopor.*ideoque provideat Episcopus expensis propriis de quantitate ceræ pro congrua distributione juxta solitum, *ead. Congr.*1596.1. *Apr.* nec gravet Parochos pro aliqua insolita contributione, *ead.Congr.* 1578.15.*Jan.*ubi tamen facultates Ecclesiæ non suppetunt, datur facultas Episcopo diminuendi solitum pondus, *ead.Congr.*1616.25.*Jul. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Candelæ, *num.*1.2.*&* 5. 85

1577. 3. Sept. —— Debent Episcopi per seipsos ordinare, & si sint impediti, debent prius examinare, & approbare pro Ordinibus eos, quibus concedunt Dimissorias, ut possint aliunde dictos Ordines suscipe- 86

ſcipere. *Congr. Epiſc. in Oſtunen. apud* Paſcucc. *part. 2. tit.* de Patrimonio, *pag.* 221.

1577. 3. Sept. —— Epiſcopus non debet arripere curam diſpenſationum Romæ expediendarum, ſed ſinere, ut partes quibus velint ſolicitatoribus utantur. *Congr. Epiſc. in d. Oſtunen. apud* Nicol. *in Lucubr. lib.* 1 *tit.* 10. de Nuptiis, *pag.* 79. 87

1578. 8. Mar. —— Poteſt quidem Epiſcopus Parochorum Hieroſolymitanorum Eccleſias viſitare, ſed non ab ipſis procurationem exigere. *Congreg. Conc. in Senenſi, & antea in Peruſina* 11. *Jan. ejuſd. anni,* declarando Conſtitutionem Pii V. incipientem *Expoſcit*, la 136. *apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſut. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Equitibus, *pag.* 276. 88

1578. 8. Mar. —— Epiſcopus provideat, ſi Commendatarius Hieroſolymitanus infra terminum, &c. non præſentet idoneam Perſonam inſtituendam ad Parochiam. *Congr. Epiſc. in d. Senenſi apud* Nicol. *in Floſc. verb.* Hieroſolymitani, *num.* 7. 89

1578. 23. Mar. —— Epiſcopus viſitans clauſuram Monialium Regularibus ſubjectarum, poteſt ſermonem habere ad Moniales intra, vel extra ad Crates, & Sacramenta miniſtrare. *Congr. Conc. in Mediolanen. apud* Paſcucc. *par.* 2. *tit.* de Monialib. *pag.* 81. 90

1578. 6. Jun. —— Cùm quilibet poſſit renunciare juri, & beneficio ſibi competenti tam in Spiritualibus, quàm in temporalibus, *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.* ſequitur, quod etiam Abbates, aliique Prælati poſſunt eorum renunciare Prælaturis: hujuſmodi autem renunciatio fieri debet in manibus Generalis, vel Definitoris, aut alterius, qui habet poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi ſimul invitum juſtis de cauſis, adeo ut fieri nequeat in manibus illius, qui jus conferendi tantùm habet, invitum autem deſtituere nequit, ut ex Gloſs. *in Clem.* 1. *verb. in manibus, de renunciat. & in Clem. etiam* 1. *de rer. permut. dixit Rota in Nolana Abbatia apud* Aſcan. Tambur. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 13. *quæſito* 1. *n.* 3 91

1578.

1578.17.Jun. —— Episcopus in electione Abbatissę debet tenere Assistentes duos Sacerdotes moribus, & ætate graves, qui testimonium reddere possint illius actionis. *Congr. Episc. in Antuerpien. apud* Nicol. *in Flosc.verb.* Abbatissa, *num.* 5. 92

1578. 4. Sept. —— Prælati Nullius Commendatitias indistinctè concedunt, licèt concedere non possint Dimissorias. *Cong.Ep.apud eund.ib.verb.* Nullius, *n.* 4. 93

1579. 17. Jan. —— Non potest dici usus sordidus, si Ecclesia profanata convertatur in Dormitorium Monialium *Congreg. Episcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat.tom.*1. *lib.*2. *tit.*1. *num.*36. 94

1579. 6. Febr. —— Si ultra Sponsalia Sponsus cum Sponsa copulam habuerit, & ob id inter eos, & Consanguineos odium, & inimicitiæ exortæ fuerint, tunc Judex à coactione, & Censuris abstinere non debet: quia magis verisimile est, quod ex Nuptiis sequatur reconciliatio: & nisi sponsus compellatur, ex dolo suo commodum reportaret, tum quia Sponsam defloravit, tum quia fidem non adimplevit. *Rota in Valentina Matrimonii coram Clemente VIII. apud* Antonell. *de regim.Eccles.Episc.lib.*5. *cap.*2. *num.*7. *ex* Mantic. *de tacit. lib.*3. *tit.*17. *num.*15. 95

1579. 24. Febr. —— Tolerari non debet, quod Puellæ licèt parvulæ ingrediantur Monialium Monasteria, & exeant ad libitum ad ediscendum legendi, vel acu pingendi modum. *Congr.Episc.in Pistorien.apud* Nicol. *in Floscul. ver.* Clausura, *num.* 30. *& refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Moniaiibus, *pag.*97. 96

1579. 7. Apr. —— Non obstante *Clem. dudum, de sepult.* fieri potest Concio quacumque hora in aliis Civitatis Ecclesiis eo tempore, quo vel concionatur Episcopus, vel ipse facit coram se solemniter prædicare, servato in reliquis Concilio Tridentino cap.2. sect.5. §. Regulares. *Congr. Episc. in Maceraten. ex sententia Congreg. Conc. apud* d. Pascucc. *part.*1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 180. 97

1579. 14. Apr. —— Episcopus in Monasteriis Monialium suæ Diæcesis alteri Episcopo subjectis, ex Concilio Tridentino habet jus visitandi quoad Clausuram, & eandem potestatem quoad alia, quam habet in Monasteriis subjectis Regularibus. *Congr. Conc. in Mediolanen. apud* d. Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.*81. 98

1579. 14. Maii. —— Si Moniales consecratæ fuerunt à simplici Sacerdote, reiteranda est Consecratio: secus si ab Episcopo, vel Abbate etiam ante Professionem. *Congr. Episc. in Colonien. & antea in Parmen.* 1577. 17. *Apr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Consecratio Monialium, *num.* 2. 99

1579. 2. Sept. —— Non conceditur, quod Conversæ exeant ad quæstuandum, nisi tempore messium, & recollectionis fructuum, nec ad hujusmodi questum potest Ordinarius concedere licentiam mittendi Professas. *Congr. Episc. in Papien. apud* eund. *ibid. verb.* Eleemosyna, *num.* 12. & 13. 100

1579. 1. Dec. —— Moniales cogi, & compelli possunt, & debent ad servandam Clausuram, sed non ad eam expresse vovendam. *Congr. Episc. in Camerinen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Votum, *num.* 10. 101

1579. 5. Dec. —— Clericus, qui certo loco non est adscriptus ab Episcopo suo, invitus retineri non potest ne à sua Diæcesi recedat, & alibi Parochialem accipiat: Adscriptus verò retineri potest invitus. *Congr. Conc. in Ariminen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Residentia, *pag.* 351. ubi etiam limitat, quando necessaria esset persona Clerici absentis ad utilitatem alicujus Ecclesiæ in Diæcesi, quo casu assignari debet illi congrua sustentatio, *ex Congreg. Episc. in Cotronen.* 1592. 19. *Oct.* tunc enim non solùm potest Episcopus ei denegare Dimissorias, sed etiam illum cogere ad redeundum per sequestrationem Patrimonii, *ex ead. Congr. ibid.* 102

1579. 8. Dec. —— Episcopus Gubernator potest extra suam 103

suam Diœcesim portare Rocchetum cum Mozzetta, sed Mantelletto cooperta. *Congr. Episc. in Macer. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Gubernator, *num.* 3.

1580. 15. Jan.—— Si Episcopus vult visitare Capitulum in communi, tenetur accedere ad locum Capitularem: quando verò vult visitare singulos de Capitulo, potest eos vocare, & visitare in suo Palatio ad suum beneplacitum. *Congr. Conc. in Abulen. juris visitandi apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Visitatione, *pag.* 426. 104

1580. 17. Jan. —— In omni eventu nullus debet cogi ad majorem solito contributionem pro Subsidio Charitativo. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 10. quæsito 3. num. 9. ex* Barbosa *de Jure Ecclesiast. lib. 3. cap. 21. numer. 7.* 105

1580. 15. Mar. —— Non potest Ordinarius unire Seminario Beneficia Curata, sed simplicia, & eorum supportatis oneribus. *Congr. Episc. in Rossanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatell. par. 2. tit.* de Seminario, *pag.* 387. 106

1580. 10. Maii. —— Cùm Episcopus sine justa causa recusat exequi aliquod Breve, mandatur alteri executio. *Congr. Episc. in Bituntina, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Executio, *num.* 1. 107

1580. 26. Jul. —— Potest Ordinarius compellere Curatos Hierosolymitanos ad executionem Decretorum Visitationis Apostolicæ etiam in Bulla Pii V. non comprehensorum, aliàs ea Visitatio quoad ipsos rarò haberet effectum. *Congr. Conc. in Papien. apud eund. ibid. verb.* Hierosolymitani, *num.* 10. 108

1580. 12. Sept. —— Poterit Metropolitanus cognoscere de prætenso excessu in corrigendo, modò interim nihil innovet. *Congr. Conc. in Salernitana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 2. tit. 28. num.* 85. 109

1580. 30. Sept. —— Episcopus dispensare non potest, ut Missæ relictæ à Testatore in una Capella, dicantur, vel remittantur in alia, quando satisfieri possunt in propria. *Congr. Conc. in Hispalen. apud* eund. *in Flosc. verb.* Missa, *num.* 18. 110

1580. 11. Oct. —— Causæ Matrimoniales, etiam Uxorum à Marito fugentium, spectant ad forum Ecclesiasticum, etiam inter Hebręos: & Episcopus debet has aufugientes cogere ad suos Viros redire: nisi Uxores Hebrææ à Viris aufugissent, ut Christi fidem amplecterentur: quo casu essent protegendæ, & adjuvandæ. *Congr. Episc. in Cremonen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 39. num.* 114. — 111

1580. 25. Nov. —— Locorum Ordinarii, tanquam Sedis Apostolicę Delegati, etiam extra Visitationem, quando, & quoties opus fuerit, inquirere possunt de excessibus, criminibus, & delictis Vicariorum, Capellanorum, Ministrorum, & inservientium Ecclesiis Fratrum Militum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, juxta dispositionem Concilii Tridentini *sess. 24. cap.* 11. eosque possunt visitare, & corrigere tanquam ipsorum Ordinariorum jurisdictioni plenè in prædictis subjectos; exceptis tamen iis, qui Ecclesiis, aliisque locis dictorum Militum actu serviunt, & intra eorum septa, & Domos resident, ac sub eorum obedientia vivunt, quæ omnia debere simul concurrere intelligantur; sive iis, qui legitimè, & secundùm Regulam prædictæ Religionis professionem fecerint, de qua loci Ordinario constare debeat. *Gregorius XIII. apud* Cherub. *in Bullar. tom. 2. Constit. 67. qua incipit* Circumspecta, §. 2 — 112

1581. 21. Mar. —— Episcopus conferens Beneficia incompatibilia, privari debet facultate conferendi Beneficia ad arbitrium Sanctissimi. *Congr. Ep. in Alatrien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. l. 3. tit. 4. num.* 23. — 113

1581. 26. Apr. —— Abbates proprium, & separatum Territorium, ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, possunt approbare Confessarios etiam pro Sæcularibus, tam subditis, quàm confluentibus, sicuti cæteri locorum Ordinarii. *Congr. Episc. in Caven. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Abbas, *n. 8. ubi quod* possunt etiam concedere Dimissorias ad Ordines, *ex ead. Congr. in Neapolitana* 1601. 16. *Iun.* — 114

Jun. ¶ Quoad primam partem extant etiam tres Decisiones Rotales *in Calaguritana Jurisdictionis* 1604. 26. *Jun. coram Ortembergo*, *&* 1611. 6. *Jun. ac* 1615. 22. *Maii coram Ubaldo*, quas citat Asc. Tamb. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disp.* 6. *quæsito* 11. *nu.* 2. & refert per extensum in fine 3. tomi, *dec.* 46. 49. *&* 50.

1581. 16. Maii. —— Episcopus Feudum, seu Jurisdictionem Laicam habens, potest deputare Officialem Laicum pro expediendis causis profanis inter Laicos sibi subjectos, quem tamen non expedit deputare perpetuum: imo quandoque per seipsum, vel suum Vicarium, aut alios Clericos à se delegatos debet causas terminare. *Congr. Episc. in Mantuana*, *apud* Petram *in Comm. ad Const. Apost. tom.* 1. *Const. unic. Callisti II. sect.* 5. *n.* 13. *&* 14. *pag.* 457. 115

1581. 23. Maii. —— Incæstuosis, qui ad obtinendam dispensationem pænitentiati fuerunt ad laborandum in fabrica S. Petri, non potest Ordinarius imponere aliam pænitentiam. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubr. t.* 1 *lib.* 1 *tit.* 10. de Nuptiis, *n.* 78. *ubi quod* neque impositam à Papa alterare, vel commutare sine ejus licentia, *ex ead. Congr. in Alerien.* 1602. 20. *Aug. & antea in Mariana* 1601. 16. *Jan.* 116

1581. 29. Aug. —— Ordinarii negligentes à Litterarum Magistris, etiam Grammaticæ, Fidei professionem exigere, sunt puniendi. *Congr. Conc. in Terracinen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag.* 418. 117

1581. 8. Nov. —— Prohibere non potest Episcopus, ne Regulares in Processionibus pileum deferant. *Congr. Episc. in Salernitana*: neque Dominicanis, ne faciant Processionem Rosarii, *ead. Congr.* 1582. 24. *Apr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Processio, *n.* 3. 118

1581. 23. Dec. —— Prælati omnes tam Sæculares, quàm Regulares, quibus cura Monialium incumbit, in casibus tantummodo necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati, 119

mitati,

mitati, Monasteria sibi subjecta ingredi possunt, sicque ipsi quoque regulam à Concilio Tridentino præscriptam servare debent, quæ ait, *ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis septa Monasteriorum ingrediendi concedatur licentia*, sub pæna pro prima vice, si Pontificalis dignitatis fuerint, ab ingressu Ecclesiæ interdicti, pro secunda à munere Pontificali, & à Divinis suspensi, ac ipso facto excommunicati existant. *Gregorius XIII. in Bullar. tom. 2. post Const. 28. qua incipit* Dubiis, *& referunt etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Monaster. Monial. *ac* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disp.* 24. *quæsito* 11. *num.* 6. *nec non* Monacel. *in Formular. leg. pract. in addit. ad par.* 1. *pag.* 396.

1582. 20. Febr. —— Si extra Cathedralem soleant Populi solvere eleemosynam pro Concionatore, & per tempus immemorabile consueverint Prædicatorem nominare, debent manuteneri in eorum quieta quasi possessione, dummodo proponant Episcopo personam idoneam, & ab eo approbatam: ideoque si Universitas, quæ hujusmodi eleemosynam solvit, nolit acceptare Concionatorem ab Episcopo electum tanquam idoneum, vel faciat Episcopus, ut alter idoneus sibi ab eadem Communitate præsentetur, vel ipse subministret Prædicatori eleemosynam. *Congr. Episc. in Nolana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 179. 120

1582. 27. Mar. —— Non debent poni Censuræ, ut solvantur Ecclesiæ debita litigiosa, licèt essent Decimæ. *Congreg. Episcopor. in Avellinen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Censura, *n.* 3. 121

1582. 15. Maii. —— Episcopus alienus Sacramentum Confirmationis administrans, debet ab Episcopo Diæcesano provideri. *Congr. Episc. apud* Barbos. *de Iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 42. 122

1582. 5. Jul. —— Prælatus Episcopo inferior in ea parte Diæcesis, quæ jurisdictioni suæ subjecta est, 123

habet facultatem reservandi sibi aliquos casus, quemadmodum Ordinariis licet in suis Diœcesibus, si tamen habeat jurisdictionem quasi Episcopalem in eo loco, & nulli Diœcesano ipse subsit, nec ejus subditi. *Congr. Conc. in Veronen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Casus reservati, *num.*5.

1582. 21. Aug. —— Consensus Superioris intelligitur de Abbate, Priore, vel alio Monasterii Monialium Gubernatore, non de Abbatissa, quæ comprehenditur, quando dicitur, quod interveniat consensus Monialium. *Congr. Episcop. in Novarien. apud* eund. *ibid. verb.* Educandæ, *n.*9. 124

1582. 23. Aug. —— Si Delictum, ex quo provenit Irregularitas, esset publicum, & actus, quo incurritur, occultus, veluti si publicè excommunicatus, vel notoriè fornicarius, occultè exercitasset actum Ordinis, Episcopus non posset dispensare: quod si Delictum occultum esset, actus verò, ex quo Irregularitas incurritur, publicus, tunc benè reum absolveret, ut respondit *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 3. *n.* 30. 125

1582. 21. Sept. —— Personæ Societatis Jesu à quocunque Antistite, etiam extra tempora, de licentia suorum Superiorum, ad Sacros Ordines possunt promoveri. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Const.* 77. *qua incipit* Pium, & utile, *& refert etiam* Cordeirus *de perfecto Parocho, part.* 1. *de oblig. Cleric. tract.* 1. *quæst.* 12. *n.* 4. 126

1582. 23. Nov. —— Si Subditus nominatim excommunicatus transiret ad aliam Diœcesim, Ordinarius, in cujus Diœcesi permanet, debet prohibere, ne cum aliis conversetur. *Congr. Episc. in Tropien. juxta Concilium Nicenum, apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 3. *in prælud. n.* 58. *pag.* 19. 127

1582. 1. Dec. —— Episcopus extra suam Diœcesim existens non potest sibi in Confessarium eligere Sacerdotem non subditum, & à proprio Ordinario non approbatum. *Gregorius XIII. apud* Nicol. *in* 128

Lucu-

Lucubrat. tom. 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *num.* 10.

1582. 7. Dec. —— Non potest Episcopus cogere Clericos ad servitium Ecclesiæ sub pœna Excommunicationis, sed aliis pœnis. *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Clericus, *n.* 36. 129

1582. 9. Dec. —— Facultate concessa Episcopis à Decreto Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. uti non licet etiam inferioribus jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus in locis suæ Jurisdictionis. *Congr. Conc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 81. 130

1582. 16. Dec. —— In fundatione novi Jurispatronatus in Ecclesiis exemptis reservari non potest institutio alteri, quàm Episcopo, nisi Rector ejus Ecclesiæ fuerit Ordinarius, ordinariaque fungatur auctoritate. *Congr. Conc. in Neapolitana ad cap.* 12. *sess.* 14. *apud* Nicol. *in Lucubr. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 2. 131

1583. 1. Jan. —— Abbatissæ, aut aliæ Præfectæ non amplius perpetuæ, seu ad vitam, sed triennales tantùm à conventu cujuscunque Monasterii eligantur, & præficiantur, quæ postmodum, elapso triennio, suis officiis perfunctæ, præesse desinant, omnique prorsus careant auctoritate, ac à regimine, & administratione Monasterii per triennium à die finitæ administrationis inchoandum, abstineant; quo elapso, servata forma Concilii Tridentini, iterum, & pluries eligi possint. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 81. *quæ incipit* Exposcit, *& referunt etiam* Matthæucc. *tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. *ac* Ascan. Tamb. *de Iure Abbatiss. disput.* 30. *quæsito* 1. *num.* 2. *ubi num.* 1. *ait, quod* antea eligebantur quovis anno ex Bulla Nicolai V. quæ incipit *Digna*, edita 1447. 7. Mar. 132

1583. 1. Febr. —— Non potest Episcopus in aliquo casu adstringere Canonicos, ut Domi suæ Capitulum convocent, si fuerit solitum, ut fiat in Sacristia, vel in alio Ecclesiæ loco. *Congr. Episcop. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 35. *n.* 11. 133

1583. 15. Mar. —— Non debet Episcopus excommunicare eos, qui non audiunt quotidie Concionem in Quadragesima. *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Excommunicatio, *n.* 34. 134

1583. 29. Apr. —— Præceptoriæ Militiæ, & Ordinis S. Joannis Hierosolymitani vacant per promotionem ad Episcopatum. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit.* 82. *qua incipit* Controversia. 135

1583. 24. Maii. —— Non debet exigi majus Subsidium Charitativum, quàm importent expensæ pro expeditione Bullarum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubr. tom. 2. lib. 1. tit. 30. n. 1. ad I. ubi etiam* qui eam expeditionem habuit gratis, nullum subsidium exigere potest ex *ead. Congr.* 1586. 4. *Nov.* neque qui post expeditas Bullas, antequam possessionem apprehenderet, translatus fuit ad aliam Ecclesiam, *ex ead. Congr.* 1586. 14. *Jan.* & generaliter nullo casu ante possessionem adeptam, *ex ead. Congreg.* 1657. 20. *Jul.* 136

1583. 24. Maii. —— Potest Episcopus Beneficiorum permutationes facere in Mense Apostolico. *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Beneficiorum permutatio, *n.* 5. 137

1583. 3. Jun. —— In levibus vitiis, seu defectibus Episcopus dispensare potest ad effectum promotionis ad Ordines, etiamsi culpa præcesserit. *Rota in Romana Pensionis coram* Seraphino, juxta *cap.* 1. *& ibi* Gloss. *in verb. suscepit, de corpor. vitiat. apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episc. lib. 2. cap. 5. n.* 7. 138

1583. 7. Jun. —— Episcopus tenetur providere de illis Paramentis, quæ deserviunt pro sua Persona, vel pro Altari majori, sed pro aliis Altaribus, & Sacristia providebuntur decenter à Capitulo. *Congr. Episc. in Maceraten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 26. n.* 6. 139

1583. 7. Aug. —— Non potest Episcopus idem Prædicatores semel examinatos iterum examinare sine 140

nova

nova causa, puta si haberet aliquod contra Prædicatorem, vel ejus doctrinam. *Congr. Episc. in Camerinen. apud* eund. *ibid. tit.* 31 *n.* 6. *verb.* Examinati.

1583. 13. Sept. —— Monasteria Monialium non sunt erigenda, nisi Ordinariis Locorum consentientibus, & nisi in iis dumtaxat locis, quæ muro munita sunt, & in quibus adest Presbyterorum Secularium, vel Regularium copia ad audiendas earum Confessiones, nisi in facultatibus haberent Moniales, ut Confessarium aliunde ascitum sustentare valerent. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbatiss. disput.* 21. *quæsito* 10. *n.* 3. 141

1583. 13. Sept. —— Qui Puellam habitu Regulari induit, sive sit Superior, sive Confessarius, non ingrediatur Monasterium. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. disp.* 4. *quæsito* 4. *num.* 2. *ubi quod* imponendum est nomen Sanctæ, non verò Gentilis Fæminæ, *ex Conc.* 2. *Mediolan.* 142

1583. 17. Sept. —— Non permittatur accessus Secularium ad Monasteria Monialium sub prætextu eas docendi sonum cimbalorum, vel alterius Instrumenti, aut etiam Musicam, vel cantum, etiam ad Crates. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 90. 143

1583. 29. Oct. —— Episcopus non potest compellere Universitatem ad prȩstandam solitam eleemosynam Prædicatori, si ipse Prædicatorem voluerit deputare: secus verò, si sinat Universitatem, uti consuevit, eligere sibi Prædicatorem, ab ipso tamen approbandum: Si verò adesset consuetudo immemorabilis, quod Universitas solvat, & Episcopus eligat, tunc ea servanda erit. *Congr. Episc. in Ariminen. apud* d. Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 179. 144

1583. 1. Nov. —— Non potest Episcopus ordinare Juvenes sui Seminarii exteros sine licentia propriorum Ordinariorum. *Congr. Episc. in responsione ad* 145

Venetiarum Patriarcham, apud d. Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Patrimonio, *pag.* 221.

1583. 20. Dec. —— In locis Diœcesis distantibus, & difficilis itineris debet Episcopus aliquem deputare, qui det approbationem, & benedictionem Concionatoribus. *Congr. Episc. & postea Congr. Conc.* 1635. 10. *Maii, apud eund.* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 180. 146

1584. 17. Jan. —— Episcopus concionari potest in Ecclesiis Regularium, *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Concio sacra, *n.* 1. *ubi n. seq. ait, quod* si concionatur Episcopus in propria Ecclesia, non potest prætendere eleemosynam dari solitam aliis Concionatoribus, *ex ead. Congr.* 1615. 30. *Ian.* 147

1584. 28. Apr. —— Potest Episcopus interrogare Moniales Regularibus subjectas de pertinentibus ad Clausuram, & idcirco Monasteria ingredi. *Cong. Episc. apud* Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 102. *n.* 8. 148

1584. 4. Maii. —— Abbates, & alii Prælati inferiores excusantur à residentia, & faciunt fructus suos, si absint propter evidentem Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitatem, *ex cap. cùm non deceat, de elect. in* 6. *& cap. ex parte, il* 2. *de Cleric. non residen. ac ex Conc. Trident. sess.* 23. *cap.* 1. *de reform.* Rota *in Burgen. Iurisdictionis coram Seraphino, & ex ea* Ascan. Tamb. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 14. *quæsito* 4. *n.* 8. 149

1584. 31. Jul. —— Promittens Matrimonium contrahere, potest Censuris, & carceribus cogi, & si in sua pertinacia perstiterit, non cogatur, sed Puella congruenter suo statui, convenienterque ab eodem promittente est dotanda. *Congr. Episc. in Pistorien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Cons. Canon. Iac. Pignatel par.* 2. *tit.* de Matrimonio, *pag.* 24. 150

1584. 24. Aug. —— Episcopi, & alii curent semel in hebdomada Concionem fieri Judæis in terris, & locis, ubi sunt Sinagogæ, pro eorum ad Christum conversione. *Gregor. XIII. apud* Cherubin. *in Bull. tom.* 2. *Const.* 92. *quæ incipit* Sancta Mater Ecclesia, §. 1. 151

1584. 11. Sept. —— Episcopus, quando abest in obsequium Summi Pontificis, non gaudet Alternativa. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Alternativa Beneficialis, *n.7.* 152

1584. 20. Nov. —— Religiosi Societatis Jesu etiam Sacris Ordinibus non initiati, possunt ubique Verbum Dei prædicare, nec ideo impediendi sunt, vel molestandi à locorum Ordinariis, & quibusvis aliis quacunque dignitate, & auctoritate fungentibus. *Gregorius XIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit. 95. quæ incipit* Vigore Privilegii. 153

1584. 11. Dec. —— Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet, si Episcopus velit. *Congr. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Beneficiorum Parochialium provisio, *n.40.* 154

1585. 5. Jan. —— Tam Episcopi, & Prælati superiores, ac alii Ordinarii locorum, quàm Inquisitores hæreticæ pravitatis diligenter inquirant, procedant; & severè Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitrio animadvertant tam in Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque Judiciariæ Astrologiæ artem, præterquam Agriculturam, Navigationem, & rem Medicam in posterum exercentes, aut facientes judicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur; quàm contra alios utriusque sexus, qui damnatas, vanas, falsas, & perniciosas divinandi artes, sive scientias exercent, profitentur, aut discunt, quive illicitas divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, incantationes, & detestanda scelera, & delicta faciunt, aut in eis sese quomodolibet intromittunt. *Sixtus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 2. Constit. 17. quæ incipit* Coeli, & Terræ, *& referunt etiam* Ascan. Tambur. *de Iure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. ac* 155

Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Astrolog. judiciar.

1585. 29. Jan. —— Viduam non convenit admitti ad Habitum Monachalem Virginum. *Congreg. Episcopor. apud* d. Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. disp. 8. quæsito 3. n. 7.* 156

1585. 5. Febr. —— Cùm Larvarum usûs Clericis expresè vetitus sit à Sacris Canonibus, *cap. cùm decorem de vit. & honest. Cleri. cap. nullus 44. dist. cap. nullus de consecr. dist. 5.* talis prohibitio potest ab Episcopo extendi etiam ad Regulares. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 5. form. 9. n. 7.* 157

1585. 14. Febr. —— Episcopus ex justa causa potest transferre Dedicationis Ecclesiæ Festum in diem magis congruam, ex Speculat. *conf. 4. par. 3. rub. 52.* Ecclesiæ autem possunt consecrari sine Altaribus, & è contra, ex Gloss. *in cap. 1. de Consecr. Eccles.* Host. & DD. *in cap. Proposuisti, eod. tit.* ut respondit Suffraganeo Brixinonen. *Congr. Rit. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit 13. form. 2. num. 17. ad 1. & 2.* Hoc tamen videtur intelligendum de actu Consecrationis inter Missarum solemnia quoad mutationem diei, cùm extra hujusmodi actum non possit amplius Consecrator mutare diem, inconsulta Sancta Sede Apostolica, prout censuit *ead. Congr. 1604. 16. Oct. apud* Gavant. *in Thesaur. Sacror. Rit. par. 2. sect. 8. cap. 5. num. 4.* & hoc Decretum ostendi ego Brixinæ (in Comitatu Tyrolensi) Reverendissimo Domino tunc Provicario Generali Jo: Antonio de Zephyris, qui cupiebat, ut Celsissimus, & Reverendissimus Episcopus, & Princeps Jo. Franciscus Kuen (cui requiem æternam Deus donet piissimus) mutaret ultimam Julii in aliquam ex Dominicis præfati Mensis. 158

1585. 14. Febr. —— Suffraganeus, ubi per Diœcesim pro Pontificalibus exercendis proficisci contigerit, expensas ab Episcopo habere debet. *Congreg. Rit. apud* eund. *ibid. ad 3. ubi ad 4. dictum fuit, quod* Sacramen- 159

cramentum Confirmationis est administrandum cum Pluviali, Mitra, Amictu, & Stola.

1585. 19. Febr. — Abbates, & Commendatarii illi, qui sunt nullius Diœcesis, & non possunt ab Episcopo visitari, etiam tanquam Delegato à Concilio Tridentino, debent per seipsos facere, ut subditi Decreta facta à Visitatore Apostolico in locis eorundem Abbatum exequantur. *Congr. Episc. in Brixien. & antea in Taurinen.* 8. *Ian. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2, *tit.* de Visitatione, *pag.* 438. 160

1585. 1. Mart. — Locorum Ordinarii cogere, aut compellere non possunt Clericos Regulares Congregationis S. Pauli Decollati ad interessendum quibuscunque Processionibus, & aliis quibuslibet actibus publicis quocunque tempore, de more, vel consuetudine, aut aliàs pro tempore fiendis, & celebrandis, ac ab Ordinariis locorum indicendis. *Sixtus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 2. *Constit.* 5. *qua incipit* Rationi, §. 1. & 3. 161

1585. 14. Mar. — Abbas Nullius non potest visitare, vel aliquam jurisdictionem exercere in Beneficiis, quæ sunt extra suum Territorium, licèt eorum collatio, vel institutio spectaret ad ipsum Abbatem. *Congr. Episc. in Nullius S. Laurentii in Campo, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. *vers.* V. amplia, ead. S. C. 162

1585. 1. Jun. — Omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi totius orbis, antequam administrationi se immisceant, jurent, se Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli limina visitaturos ad reddendam Pontifici pro tempore existenti rationem de statu suarum Ecclesiarum: Ad hoc autem debitum Visitationis officium commodè explendum, præscribitur tempus in perpetuum observandum, ut quolibet vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel decimo anno juxta locorum distantiam fiat Visitatio, sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, 163

clesiæ,

clesiæ, ac etiã ab administratione tã spiritualium, quàm temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum. *Sixtus V. apud* Cherub. *in Bullar. tom. 2. Const. 15. quæ incipit* Romanus, *& referunt etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. l. 5. tit. 31. num. 4. ac* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Apostol. limina.

1585. 7. Jun. — Antequam Episcopus indicat, & publicet Synodum Diæcesanam, requirere debet saltem consilium Capituli, juxta regulam *cap. Quantò, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capit.* Rota *in Barbastren. Iurisdictionis coram Pamphilio apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Synodo, *pag.* 402. 164

1585. 27. Jun. — Judice Ordinario existente in partibus, nequit Auditor Cameræ procedere in prima instantia, nec de consensu Ordinarii, si partes non conveniant. *Congr. Conc. apud* Gratian. *discept.* 837. *nu.* 22. *citatum à* Petra *in Comment. ad Const. Apostol. tom. 1. Const. tit. 2. Leonis IX. sect. 5. num. 9. pag.* 271. 165

1585. 9. Jul. — Clerici potius per secretas admonitiones, quàm per publica edicta sunt corrigendi. *Congr. Episc. in Aquilana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 1. num.* 34. 166

1585. 18. Jul. — Potest Episcopus præstituere terminum Archidiacono ratione suæ dignitatis visitanti ad expediendam Visitationem, nec non præscribere comitatum, & equitatum, ne gravis sit Ecclesiis visitatis. *Congr. Episc. in Palentina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Visitatio ordinaria, *n.* 3. *ad* 4. 167

1585. 23. Jul. — Non debet Episcopus pro exercenda cura Animarum in Ecclesiis sibi subjectis uti opera Regularium, nisi ob penuriam Presbyterorum sæcularium idoneorum, & non nisi ad breve tempus, ut respondit *Congr. Episc. in Albinganen. apud* Monac. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 10. form. 14. num. 1.* 168

1585. 20. Nov. — Si discordent Moniales in electione Abbatissæ, Episcopus assignet certum tempus, quo elapso, ipse potest nominare quam voluerit. *Congr. Episc.* 169

Episc. apud Gavant. *in Manuali, verb.* Monialium Officiales, *in addit. num.6.*

1585. 2. Dec. —— Solus Papa potest ad vitam commendare Abbatias. *Rota in Terracinen. Prioratus coram Pamphilio sen. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.1. disput.4. quæsito 3. nu.6. ubi num. seq. ait ex d. Rota, quod* Provisio facta per Prælatum Papa inferiorem, qui usus fuerat verbo *Commendamus*, intelligenda est de concessione in titulum juxta illius facultatem *ex regula* Actus adscribitur facultati agenti concessæ, *l. quædam mulier, ff. de rescind. vendit. l.2. C. de acquir. possess.* 170

1585. 2. Dec. —— Nulla ratione Episcopo licet, Abbatiam sive ad tempus, sive in perpetuum à Summo Pontifice commendatam rursus commendare, quia eo ipso, quod Papa in ea manum apposuit, manet affecta, & habetur pro reservata, & Sedi Apostolicæ, ac ipsius potestati adeo subjecta, ut in posterum nemo, absque ejus auctoritate, illam possit conferre. *Rota in d. Terracinen. apud* eund. *ibid. quæsito 6. num.1. ubi num seq. ait, quod* cessante Commenda, non inducitur nova vacatio per obitum Commendatarii, sed Beneficium vacat semper ut prius, & quodamodo resurgit prima vacatio, adeo quod non est attendendus mensis, in quo Comendatarius obierit. 171

1585. 12. Dec. —— Præsupposito, quod sint duo in solidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quod contra unum tantùm possit ad executionem realem, vel personalem procedi, non possunt ad instantiam Creditoris in subsidium relaxari Censuræ contra alterum, contra quem non potest fieri executio realis, vel personalis. *Congr. Episc. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Const.1. Leonis IX. sect.3. num.62. pag.*208. 172

1585. 12. Dec. —— A nemine, præter Summum Pontificem, possunt conferri Abbatiæ, & Beneficia administrationem habentia, nisi professis juxta Canones. *Congr. Conc. teste* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar.* 173

gloss.

gloss. 8. *num.* 78. *citato ab* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 5. *quæsito* 11. *num.* 4.

1586. 4. Feb. —— Nominatio Curati in Ecclesia Regularibus subjecta spectat ad eorum Superiores, ad Episcopum autem sola approbatio. *Congreg. Episcopor. in Mutinen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Cura Animarum, *numer.* 72. 174

1586. 13. Mar. —— Episcopus, seu Deputatus Clausuram non ingrediatur ad electionem Abbatissæ, sed ante Cancellorum fenestrellam secreta singulorum vota vel audiat, vel accipiat, contraria consuetudine etiam immemorabili non obstante. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3 *tit.* 1. *num.* 23. 175

1586. 10. Maii. —— Potest Archiepiscopus per appellationem cognoscere de causis cognitis ab Ordinariis, & Abbatibus Nullius Diæcesis, sitis intra Provinciam, si tales Ordinarii, & Abbates non sunt immediatè subjecti Sedi Apostolicæ, ut facit de causis Suffraganeorum Episcoporum, salvis tamen Indultis, & Privilegiis, ac præscriptionibus dictorum exemptorum, si quæ habent. *Cong. Episc. in Salernitana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par.* 1 *tit.* de Appellationibus *pag.* 485. 176

1586. 13. Maii. —— Ubi essent impetrandæ litteræ declaratoriæ super gradu propinquiori non expresso in prima dispensatione, interim, si sit periculum alicujus scandali, non cogat eos Episcopus ad separationem, dummodo, quoad fieri poterit, res sub secreto teneatur. *Congr. Episc. in Savonen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 78. 177

1586. 22. Maii. —— Excommunicatus, elapso anno à declaratione, citatur tanquam suspectus de Fide, absque alia monitione præmissa. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Excommunicatio. *num.* 26. *ubi quod* si in Paschate absolutionem obtinuit, non potest dici insordescens, licèt absolutus fuisset ad reincidentiam, & statim reincidisset, *ex ead. Congr. in Perusina.* 178

1586.

1586. 10. Jun. — Si ex quacunque causa quis visitet iterum ante annum expletum ab altera Visitatione, nullam recipere potest procurationem, sed omnes Visitationes post primam intra annum fieri debent sine ulla visitatorum impensa. *Congr. Episc. in Larinen. apud* eund. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 30. num. 21. vers.* Limitate VIII. *ubi etiam quod* sic corrigitur *cap. cùm Venerabilis*, permittens Episcopis recipere procurationes bis in anno. 179

1586. 3. Aug. — Deputatio Prædicatoris in Cathedrali ad solum Episcopum pertinet, nulla habita ratione consuetudinis etiam immemorabilis, quæ competeret Capitulo, vel de consilio Capituli. *Congr. Conc. in Abul. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Concionatoribus, *pag.* 179. 180

1586. 4. Sept. — Sedes Archiepiscopalis ære proprio Archiepiscopi, non ex Sacristiæ sacris vestibus ornanda. *Congr. Conc. in Messanen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Sedes, *num.* 3. 181

1586. 10. Oct. — Regulares, & etiam Clerici sæculares, licèt privilegiati, pulsantes Campanas in die Sabbati Sancti antequam Campana Cathedralis, vel majoris Ecclesiæ pulsetur, possunt conveniri coram loci Ordinario. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 3. disput. 5. quæsito* 11, *num.* 102. *ubi limitat*, nisi privilegio sint muniti. 182

1586. 14. Oct. — Synodus fieri debet ante Visitationem, quando habita non fuit à multo tempore *Congr. Episc. in Tarentina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Synodus, *num.* 1. 183

1587. 28. Jan. — Licet Episcopo adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas *cap. Omnes utriusque sexus, de pœnit, & remiss.* contemnunt, etiam ad Excommunicationem procedere, nisi fortè de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa Communio ad tempus dilata fuerit: & potest pro hujusmodi excommunicatorum emendatio- 184

datione eleemosynas injungere alicui pio loco applicandas: non tamen expedit talium absolutionem sibi reservare. *Congr.Conc.apud* Monacel. *in Formulan leg.pract.par.2.tit.13.form.1.num.17.pag.42.*

1587. 9. Apr. —— Metropolitanus semel electus ab Episcopo exempto, non potest eum compellere ad observandas Constitutiones Concilii Provincialis, nisi in eodem Concilio cautum sit, quod ipsemet Metropolitanus sit executor. *Congr.Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Metropolitanus; *num.5.* 185

1587. 9. Apr. —— Regularium Superiores non possunt absolvere Subditos suos ab Excommunicatione, in quam inciderunt ex accessu ad Monialium Monasteria sine licentia Episcopi sibi hujusmodi absolutionem reservantis, nisi Regulares sint ita Privilegiati, ut non possint excommunicari. *Congr.Episc. apud* Suarez, *tom.4.de Relig.tract.1.lib.1.cap.10.num.27.quem citat* Peyrin. *de Privil. Regular. tom.2. circa Constit.6.Pii V.§.10.num.37.& refert etiam* Tambur. *de Iure Abbatiss.disput.25.quaesito 9.num.1.* 186

1587. 8. Jun. —— Praelati in eorum Diaecesibus, & Administratores Ecclesiarum tenentur facere Archivium Bonorum Ecclesiasticorum. *Sixtus V.in Constit. quae incipit* Provida *apud* Quaranta *in Sum. Bullar.verb.*Archivius, *ubi quod* per hanc Constitutionem determinatur quaestio disputata per Abb. *in sua quaest.3.dub.4.sub num.16.& per* Cov.*in cap.2. de test.n.9.*an Episcopus, seu Praelatus teneatur facere Repertorium, seu Inventarium rerum Ecclesiae. 187

1587. 8.Oct. —— Licèt Cathedraticum non fuerit sublatum à Concilio, non tamen est exigendum in Visitatione, sed in Synodo, ut declaravit *Congr.Conc. in Messanen.& Terulen.apud* Nicol. *in Lucubrat.tom.1.lib.2.tit.6.num.15.vers.* Hoc tamen. 188

1587. 13. Nov. —— Facultas procedendi contra singulos Canonicos pertinet ad Episcopum sine Adjunctis, quando totum Capitulum delinquit, modò delictum non sit in personam Episcopi, vel in contem- 189

temptum ipsius, vel ubi Episcopus habeat interesse, tunc enim facultas contra Capitulares devolvitur ad proximum Superiorem. *Congr. Conc. in Abulen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 102.

1587. 1. Dec. — Non debet Ordinarius prohibere, ne dum fit Processio, vel cantatur Missa Sanctissimi Sacramenti qualibet tertia Dominica Mensis, pulsentur Campanæ, vel celebrentur Missæ, maximè quia adest in contrarium Decretum impressum Sacræ *Congr. Episc. in Nucerina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Eucharistia, *num.* 28. 190

1587. 2. Dec. — Archivista Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ non est eligendus cum consensu, & approbatione Episcopi, quia cùm ex jure communi non dubitetur, Archivium esse privatum Ecclesiæ Collegiatæ, illiusque Capituli, ad dictum Capitulum spectat ejus libera administratio, cura, & custodia, per text. *in cap. relatum, de testam. cum aliis allegatis à Rota in Valentina Administrationis coram Bubulo apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 130. 191

1588. 14. Jan. — Episcopo existente notoriè hæretico, facultas concedendi Dimissorias pertinet ad Capitulum. *Congr. Conc. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 2. *Leonis IX. sect.* 5. *num.* 27. *pag.* 276. *ubi quod* etsi Episcopus hæreticus non moriatur naturaliter, quia tamen privatur Episcopatu, ipso jure dicitur Sedes vacare æquè, ac si mortuus fuerit naturaliter, ex Fagnan. *in cap. ad abolendum, num.* 37. *in fin. de haret. & cap. quia diversitatem, num.* 24. 192

1588. 11. Febr. — Uniones factæ Pænitentiario dicuntur factæ auctoritate Concilii Tridentini: unde non comprehenduntur sub regula revocatoria Unionum, *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Unio, *numer.* 6. 193

1588. 27. Mar. — Licentia pro Medicis, Chirurgis, & Ope- 194

& Operariis, veluti Fabrilignariis, Molitoribus, Puteariis, Potatoribus, Fabricatoribus, Hortulanis, & similibus Artificibus, sicut & Fratribus deputatis ad servitium Monialium, nempe laicis concedi solita, singulis quibusque trimestribus à Superioribus Monialinm renovari debet. *Congr. Episc. apud.* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput. 24. quæsito 6. num. 7.*

1588. 28. Mar. —— Dotales Monialium Eleemosynæ solventur in ęre, nec assignatio bonorum stabilium, aut censuum permittatur. *Congr. Episc. apud d.* Tamb. *ibid. disput. 5. quæsito 7. num. 2.* — 195

1588. 21. Maii. —— In generali Visitatione potest Episcopus solus sine Conjudicibus imponere Canonicis pænā extraordinariam, tendentem magis ad correctionem morum, quàm ad punitionem. *Congr. Conc. in Abulen.* & dixit *in Astoricen.* ita servandum, non obstante quacunque contraria consuetudine immemorabili adhibendi Adjunctos, quæ tametsi non fuerit sublata per *cap. 4. sess. 6.* fuit tamen sublata per *cap. 6. sess. 21.* ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Visitatione, *pag. 426.* — 196

1588. 24. Maii. —— Regulares existentes in aliqua Domo erectioni Monasterii destinata, licèt ibi existant de licentia suorum Superiorum, si tamen non habeant in Domo Priorem, sive Guardianum, & non vivant juxta institutum Regulæ, comprehenduntur in Decreto Tridentini *cap. 3. sess. 6. de reform.* & ab Ordinario puniri, possunt. *Congr. Conc. apud* eund. *ibid. tit.* de Regularibus, *pag. 309.* — 197

1588. 31. Maii. —— Non possunt cogi Episcopi subire Judicium Archiepiscopi in Civilibus. *Congreg. Episcopor. in Rhegien. apud* Petram *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constitut. 2. Leonis IX. sect. 5. n. 8. pag. 271. ex plurib. Auctorib. hoc loco citatis.* — 198

1588. 28. Jun. —— In ingressu Episcopi non potest ille indulta facere Reis, quæ faciunt Principes, sed — 199

Rei

Rei sunt puniendi. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant *in Manuali*, *verb.* Forum Episcopale, *num.*1.

1588. 4. Oct. —— Non debet Ordinarius impedire Matrimonium eorum, qui nesciunt capita necessaria Doctrinæ Christianæ. *Congr. Episc. in Aquinaten. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Doctrina Christiana, *num.*1. 200

1588. 6. Oct. —— Decretum Tridentini *cap.* 10. *sess.* 24. non habet locum quoad appellationem, quando Episcopus, compilato processu, ad pœnam ordinariam procedit, eo quod tunc suspectus allegari poterit, & dabitur appellatio. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.*433. 201

1588. 6. Dec. —— Episcopus impediat cum omni diligentia, ac Pastorali solicitudine Gentilitatis abusum, quod Fœminæ in funere suorum liberorum, Parentum, aut Maritorum, capillos vellant, non tamen imponat pœnam excommunicationis. *Congr. Episc. in Mariana, & antea in Ieracen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Sepultura, *n.*19. 202

1588. 6. Dec. —— Clausula, quæ apponi solet in Donationibus fieri solitis pro titulo Clericorum ordinandorum, id est, quod res donata debeat redire ad donantem, quotiescunque promotus consequatur Beneficium, valida est, & non vitiat Donationem. *Congr. Episc. in Carpen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Ordine, & Ordinatione, *pag.*179. 203

1588. 6. Dec. —— Licèt Ordinarius, & etiam Inquisitor procedere possit contra eum, qui sine licentia, vel causa legitima vescitur cibis vetitis, diebus ab Ecclesia prohibitis, eo quod redditur suspectus de Lutheranismo, neuter tamen procedere debet contra non jejunantes, sed id soli foro pœnitentiali relinquere: cùm multę sint causę, quę Rusticos prę̨sertim excusare possunt à jejunio. *Congr. Episc. in Mariana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 46. *num.* 7. 204

1589. 5. Jan. —— Si Parochia esset populosa, & unus Rector, & Parochus non posset sufficere Sacramentis diligenter ministrandis, Episcopus illum cogat sibi alium, vel alios adjungere Sacerdotes, quot ad hoc munus peragendum judicaverit necessarios juxta Concilii Tridentini dispositionem *cap. 4. sess. 21. de reform.* ab hac enim provisione non datur appellatio, neque aliqua inhibitio attendenda est, sed Decretum de Coadjutore adjungendo exequendum venit, ut respondit Episcopo Abulensi *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 1. n. 41.* 205

1589. 20. Febr. —— Abbas Monasterii in Monte Cassino Ordinis S. Benedicti pro tempore existens nullius est Diœcesis, & nemini subest, sed omnimodam jurisdictionem Episcopalem, ac proprium Territorium; & jus congregandi Synodum habet, ac ideo potest concursum constituere, examinare, approbare, OEconomos deputare, & Sacramentum Chrismatis prius per Catholicum Antistitem consecrati conferre, & quascunque litteras Apostolicas tam justitiam, quàm gratiam, etiam quoad Matrimoniales dispensationes suam jurisdictionem concernentes, liberè, & licitè executioni demandare. *Sixtus V. apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbat. tom. 1. disput. 3. quæsito 4. num. 2. ex Venerabili Archivio Cassinensi.* 206

1589. 12. Maii. —— In collatione Episcopi ad multa requiritur præsentia duorum testium. Rota in Verdunen. *Canonicatus coram Gypsio apud* Barbos. *de Canon. & Dignitatib. cap. 14. n. 42.* 207

1589. 23. Maii. —— Occidens, vel mutilans, defendendo vitam suam, non incurrit Irregularitatem, & consequenter nulla indiget super hoc dispensatione, juxta terminos Clementinæ *si furiosus, de homic.* idque declarare etiam poterit Ordinarius, ut censuit *Congr. Episc. in Ianuen. & antea in Sebenicen.* 1587. *& in Lucerina* 1580. *apud* Pascucc. 208

par.

par. 1. *tit.* de Irregularitate, *pag.* 573.

1589. 6. Iun. —— Ordinans, solam litteraturam in Subditis alienis inquirere debet. *Congreg. Episcopor. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Examen, *n.*3. 209

1589. 13. Iul. —— Ordinarii Locorum permittant Oleum Sacrum apud Regulares ad eorum usum tantum. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Olea Sacra, *n.*9. 210

1589. 28. Aug. —— Non approbatur pœna pecuniaria, præsertim gravatoria, contra declaratos Interdictos. *Congreg. Episcopor. in Caven. apud* Nicol. *in Flosicul. verb.* Pascha, *n.*3. 211

1589. 28. Sept. —— Episcopus instituens concursum ad formam Concilii, non potest ut suspectus recusari, sed qui se existimaverint gravatos, appellare poterunt à mala Ordinarii electione, seu judicio quoad effectum devolutivum, non suspensivum. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubr. tom.*2. *lib.*3. *tit.*5. *num.*19. 212

1590. 20. Febr. —— Non potest Episcopus ordinare ad titulum Mensæ Episcopalis. *Congr. Episcopor. apud* Gav. *in Manuali, verb.* Ordines majores, *n.*21. 213

1590. 21. Mar. —— Archiepiscopus, & Episcopus non convocans Synodum, de jure communi est suspendendus *ex cap. sicut olim, de accusat.* & Concilium in hoc nihil innovavit, vel addidit. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Iac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Synodo, *pag.*404. 214

1590. 27. Mar. —— Ad sublevandum Diœcesanos ab incomodis itineris, & ne pro rebus levibus cogantur Civitatem petere, tenetur Episcopus deputare in locis Diœcesis Vicarios Foraneos. *Congr. Episc. in Trojana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.*1. *form.*4. *n.*1. 215

1590. 4. Maii. —— In Beneficiis Monasterio unitis non potest Episcopus deputare Vicarios perpetuos, sed debet permittere, quod deputentur Vicarii Presbyteri sæculares ad nutum Superiorum Re- 216

D 2 gula-

gularium amovibiles approbati tamen, ab Ordinario. *Congreg. Conc. in Assisien. & antea in Aurien.* 1576. 24. *Iul. ac in Perusina* 1578. 18. *Ian. apud* Pascucc. *par.2. tit.* de Parocho, *pag.* 218.

1590. 15. Maii. Potest Episcopus concedere pro Ordinibus, Dimissorias legitimè absentibus, dummodo constet de bonis eorum qualitatibus, & aliis requisitis necessariis. *Congr. Episc. in Casenaten. apud* eund. *ibid. tit.* de Patrimonio, *pag.* 221. 217

1590. 18. Maii. —— Episcopus, in cujus Diœcesi Beneficia erecta, & reparatione indigentia reperiuntur, potest sequestrare fructus eorundem Beneficiorum, etiamsi sint Militum Hierosolymitanorum, ut respondit *Congr. Conc. in Ieracen. apud* Monacel. *in Formul. leg. tract. par.2. tit.* 15. *form.* 1. *n.* 28. 218

1590. 22. Maii. —— Pro Patrimonio, de quo est dubium, an sit validum, vel sufficiens, potest recipi fidejussor: non verò pro eo, quod est certum non esse validum, vel sufficiens. *Congr. Episc. in Eugubina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num.* 25. *ubi etiam quod* Patrimonium est exemptum ad instar bonorum Ecclesiasticorum. 219

1590. 15. Iun. —— Episcopus præcipere potest Dignitatibus, Canonicis, Præbendatis, ac Portionariis Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, ne maneant extra residentiam ultra unum diem, & in temporibus permissis, ac cum sua licentia, *Congr. Episc. apud* eund. *in Lucubr. tom.2. lib.3. tit.4. n.7.* 220

1590. 3. Iul. —— Curent Episcopi, ne Universitates eleemosynam Prædicatorum moderentur. *Congr. Episc. in una Neapolitana apud* eund. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.* 21. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali, verb.* Concio Sacra, *n.* 56. 221

1590. 10. Iul. —— Recipi non possunt in Seminario Clerici sine licentia Ordinarii, *Congr. Conc. in Salernitana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Can. Iac. Pignatel. par.2. tit.* de Seminario, *pag.* 387. 222

1591. 22. Jan. —— Episcopus, vel ejus Vicarius potest 223

teſt aliquid recipere juxta antiquiſſimam conſuetudinem ab Abbatiſſis in ingreſſu officii, & etiam nomine totius Monaſterii in aliquibus ſolemnitatibus. *Congr. Epiſc. in Antuerpien. apud* Nicol. *in Lucubr. tom. 1 lib. 2. tit. 7 n. 13. verſ.* notandum ſecundò, *ubi etiam quod* hoc hodie quoque habet locum propter moderationem Pauli II. factam ab Urbano VIII.

1591. 31. Jan. —— Coadjutori Epiſcopi cum futura ſucceſſione non licet ingredi Civitatem Pontificaliter, quia licèt ſit Coadjutor cum futura ſucceſſione, ex quo tamen non habet jus in re, ſed ad rem, non debet recognoſci tanquam Superior, & caput, ſed uti Coadjutor, & eo magis, quia contingere poteſt, ut non ſuccedat in Epiſcopatu, ſed prior moriatur. *Congr. Rit. apud* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Archiepiſcopi authoritas, *num. 12. in addit. lit. B. ad I.* 224

1591. 31. Jan. —— Coadjutor Epiſcopi non debet uti Cruce in Divinis, nec in functionibus Pontificiis, nec dum incedit per Urbem, cùm Crux ſit ſignum, & ornamentum dignitatis, & juriſdictionis, & Coadjutor utrâque careat. *Congr. Rit. apud eund. ibid. ad II.* 225

1591. 31. Jan. —— Coadjutor Pontificalia in Eccleſia exercens, abſente Epiſcopo, uti poteſt Cappa, cùm ea ſit tantùm ornamentum Dignitatis Epiſcopalis: præſente autem Epiſcopo, uti debet Mantelletto, & Rochetto: neque licet unquam Coadjutori uti Mozzetta, & Rochetto, etiam abſente Epiſcopo, cùm hoc proprium ſit ejus, penes quem eſt dignitas, & juriſdictio. *Congr. Rit. apud eund. ibid. ad III.* 226

1591. 31. Jan. —— Coadjutor Epiſcopi ſolemniter celebrans, & Pontificalia exercens debet habere Canonicorum aſſiſtentiam, alioquin indecorum videretur, ſi Epiſcopus ſine Canonicorum aſſiſtentia celebraret, nec non videretur eſſe contra Decre- 227

tum Concil. Tridentini, quod extensivè huic etiam casui accomodari potest. *Congr. Episc. apud eund. ibid. ad V. ubi etiam dixit, quod* Circuli ante eum non sunt faciendi.

1591. 31. Ian. —— Quoad Confessionem faciendam cum Celebrante solemniter, decet, ut Coadjutor Episcopus confessionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & ut idem quoque benedicat in fine Missæ, ne Populus præsens Divinis, Benedictione Episcopali defraudetur, & jam est usu receptum, ut Episcopus benedicturus in fine Missæ faciat etiam confessionem cum Celebrante. *Congr. Episc. apud eund. ibid. ad V.* 228

1591. 31. Ian. —— Licet Coadjutori, de licentia tamen Episcopi, benedicere Populo, dum per Civitatem incedit: non habet tamen facultatem largiendi Indulgentias, & sic ex Episcopi nomine, si quas Episcopus concedere voluerit, sunt publicandæ. *Congr. Episc. apud eund. ibid. ad VI. & VIII.* 229

1591. 15. Mar. —— Abbas Monasterii SS. Trinitatis de Cava Ordinis S. Benedicti omnimodam habet jurisdictionem Episcopalem, nec alicui Subditus est, sed immediatè subjectus Sedi Apostolicæ, nulliusque est Diœcesis, & proprium habet Territorium. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom.1. disput.3. quæsito 4. num.18.* 230

1591. 13. Apr. —— Decretum Tridentini *sess. 24. c. 14. de Regular.* quoad delicta Regularium punienda, instante Episcopo, comprehendit, & procedit etiam in Equitibus Hierosolymitanis, ut censuit *Congr. Conc. in Mediolanen. laudante Sanctissimo, die 17. Jun. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag.308.* 231

1591. 24. Maii. —— Visitatio Ecclesiæ Cathedralis, illiusque Personarum in pertinentibus ad correctionem morum non potest impediri, vel retardari per appellationem, dum non docetur de aliqua particulari 232

ticulari

ticulari exemptione, prout ex mente Sacræ Congregationis Concilii resolvit *Rota in Oscen. Iurisdictionis coram Blanchetto apud* eund. *ibid. tit.* de Visitatione: *pag.*426.

1591. 20. Aug. —— Episcopus in sua Diæcesi concedere debet facultatem etiam Vicariis Foraneis, & Archipresbyteris, ut de consilio Medicorum impertiri possint indigentibus licentiam vescendi cibis vetitis: quæ detur omnino gratis, ita ut nec pro scriptura quidquam accipere liceat. *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Quadragesima, *n.*1. — 233

1591. 26. Aug. —— Non potest Episcopus prohibere Curatis, ne accedant ad concursum aliarum Parochialium. *Congr. Episc. apud* Barbos. *de potest. Paroch. par.*1. *cap.*2. *n.*48. *& refert etiam* Antonel. *de regim. Eccles. Episc. lib.*3. *cap.*5. §.2. *n.*15. *ac* Lauren. *in Foro Benefic. par.*1. *cap.*3. §.3. *quæst.*182. *n.*2. *ex* Lamber. *par.*1 *lib.*2. *qu.*7. *annot.*5. — 234

1591. 12. Nov. —— Episcopus, qui etiam Canonicatum, & Præbendam Mensæ Episcopali perpetuò unitos obtinet in sua Cathedrali, non potest Distributiones quotidianas lucrari, nisi divinis horis intersit: Secus verò de fructibus Præbendæ Massæ communis, quam aliqui Canonistæ grossam appellant; quia eos omnino sibi deberi censuit *Congr. Episc. in Antuerpien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.*2. *tit.*1. *num.*62. — 235

1591. 2. Dec. —— Abbates Regulares sunt verè, ac propriè Ecclesiæ Prælati; quia in Monasteriis ipsi propriè præferuntur aliis Monachis, iisdemque revera præsunt, & quia jurisdictionem ordinariam habent. *Rota in Atherontina Fructuum coram Pamphilio apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat. tom.*1. *disput.* 1. *quæsito* 3. *num.* 3. *ubi num. seq. ait, quod* etiam Abbas Commendatarius, maximè perpetuus, hodie est Prælatus, cùm habeat plenariam administrationem Abbatiæ in spiritualibus, & temporalibus. — 236

1592. 12. Ian. —— Episcopus non potest prohibere, — 237

vel restringere Confraternitatibus præsertim aggregatis solita exercitia. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confraternitas, *n.*24.

1592. 18. Febr. —— Non potest apponi pœna excommunicationis, vel alia gravis contra non audientes Missam in die festo, sed inducendi sunt suavioribus mediis, per exhortationes præcipuè Concionatorum, & Confessorum. *Congr. Episc. in Vestana, & antea in Ostunen.* 1577. 12. *Iul. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*2 *lib.*3. *tit.*41 *n.*8. *in fine*. 238

1592. 21. Febr. —— Episcopus remittere potest Denunciationes, non solùm quando subest suspicio, quod Matrimonium possit malitiosè impediri, verùm etiam ex alia rationabili causa ejus arbitrio: potest item Ordinarius secundùm suam prudentiam, & judicium remittere aliquas Denunciationes ob vicinitatem temporis, quo Nuptiæ prohibentur: sed non potest jubere fieri in diebus non festis. *Congreg. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatal. par.* 2. *tit. de* Matrimonio, *pag.*42. 239

1592. 2. Mar. —— Ad prædicandum Monialibus mitti potest quilibet Regularis, modò non alloquatur separatim aliquam ex ipsis Monialibus. *Congreg. Episc. in Ieracen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.*13. 240

1592. 16. Mar. —— Clausula illa, quæ poni solet in dispensatione impedimenti publicæ honestatis, *Antonia ejus Sponsa intacta, & in nullo penitus attentata remanente*, intelligenda est de actibus carnalem copulam importantibus: quare si constet de Virginitate Sponsæ, vel quod nunquam sola cum Sponso fuerit in loco apto, nihil obstat, quo minus dicta dispensatio possit, & debeat executioni demandari. *Congr. Episc. in Mileten. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*1 *lib.*1 *tit.*10 *n.*54. *in fine*. 241

1592. 27. Apr. —— Abbates Regulares facultatem habentes conferendi Tonsuram, & Ordines mino- 242

res Regularibus sibi subditis, non possunt conferre Personis sæcularibus licèt habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis; nec possunt litteras dimissorias Clericis sæcularibus suæ jurisdictionis, ut ab aliis ordinentur, concedere, sed tantùm pro Regularibus sibi subditis. *Rota jussu Clementis VIII. coram Seraphino apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito 7. n. 6.*

1592. 27. Apr. —— Ordinatio Clericorum Sæcularium ad solos Episcopos pertinet, non autem ad Abbates, nec potest Papa ei, qui non est ordinatus, licentiam dare conferendi Ordines Sacros, quia nemo dat, id quod non habet. *Rota apud eund. ibid.* 243

1592. 2. Maii. —— Non potest Episcopus recipere procurationes, dum visitat Civitatem, non obstante consuetudine, & quacunque alia re in contrarium. *Congr. Episc. in responsione ad Venetiarum Patriarcham, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2 tit.* de Visitatione, *p.* 438. & refert etiam Crispin. *in tract. de Visit. Pastor. par. 1. §. 16. numer. 36.* 244

1592. 15. Jun. —— Potest Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis Monialium celebrentur Missæ non tantùm à sæcularibus, sed neque à Regularibus Sacerdotibus: quod procedit etiamsi illis ex præcepto Testatoris reperiretur injunctum, nam tunc onus esset transferendum ad illorum Ecclesiam, vel alibi, prout *Congr. Episc. prohibitionem laudando rescripsit Venetiarum Patriarchæ, ut refert* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 1 form. 3. num. 6.* 245

1592. 20. Jul. —— Licet Episcopis tolerare, quod debitores non solventes, ad Ecclesias confugiant ad effectum evadendi laicos Birruarios, sed non ad hoc, ut ibi diu morentur: & propterea ab Episcopis sunt licentiandi, ut in aliam partem proficiscantur. *Congr. Episc. in Rossanen. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Immunit. Eccles. *pag. 362.* 246

1592. 12. Oct. —— Si Episcopus, seu Superior aliquam nominaverit Abbatissam ratione discordiæ inter Mo-

Moniales, priusquam illam deputet sic electam, tempus competens Monialibus ad se accordandum assignet, quo elapso, ad deputationem poterit devenire. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 28. *quæsito* 6. *num.* 5.

1592. 27. Oct. —— Conversæ tenentur & ipsæ legibus Clausuræ, ideoque neque possunt exire ad ornandum Altare in Ecclesia exteriori. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. disput.* 7. *quæsito* 2. *num.* 12. 248

1592. 29. Oct. —— Quando Ordinandus est exterus, semper Episcopus in Testimonialibus debet exprimere Ordinem contulisse vigore litterarum Dimissorialium; de quibus si postmodum non appareat, adhuc Ordinanti credendum esset, ut respondit *Congr. Episc. in Tarraconen. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1 *tit.* 3. *form.* 19. *num.* 1. 249

1592. 14. Nov. —— Nulla Excommunicatio fieri debet ab Episcopo Pontificaliter induto, neque debet pingi Excommunicatus inter Dæmones. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Excommunicatio, *num.* 39. 250

1592. 22. Nov. —— Potest Episcopus per viam præcepti pœnalis, non autem sub pœna peccati mortalis obstringere Parochos ad docendum Doctrinam Christianam. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Doctrina Christiana, *in addit.* 251

1592. 23. Nov. —— Prohiberi debet, ne quis dormiat in Ecclesia, propter multa, quæ exinde sequi possunt, inconvenientia. *Congreg. Episcopor. in Nolana, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ecclesia, *num.* 9. 252

1592. 14. Dec. —— Nullus Prælatus, præter Episcopum, etiam quod Jurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam, & voluntariam habeat, potest Clericis sæcularibus litteras dimissorias pro Ordinibus suscipiendis impertiri. *Rota in una Urbinaten. Parochialis coram Blanchetto*; nisi hujusmodi Prælatus esset Ordinarius privativè ad Episcopum, ac haberet jus visitandi, & Synodum congregandi, con- 253

contra quem non intrat dispositio Concilii Tridentini *sess.23.cap.10.* ut decisum fuit *in Salamentina Iurisdictionis 1594. 9. Maii coram Seraphino apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.2. disput.2. quæsito 26. num. 1. & 2.*

1592. ——— Potest Episcopus compellere Canonicos, & alios Presbyteros Beneficia, & alia Officia Ecclesiastica obtinentes, ut accedant ad omnes, & quascunque Processiones publicas, vel indictas pro honore, vel bono publico. *Congr. Conc. in Caven. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.2. tit.* de Residentia, *pag.353.* 254

1593. 22. Ian. ——— Monitiones, & capitula revelationum non possunt decernere, nec condere Abbates, aliique Prælati inferiores quasi Episcopalem Jurisdictionem exercentes, sed pro illis obtinentibus debent eorum Subditi Sedem Apostolicam adire, ut declaravit *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.1. tit.6. form.15. num.13.* 255

1593. 25. Jan. ——— Non debet Ordinarius præcipere Coniugi, ut domum redeat, ne à Coniuge separatus vivat, nisi ad alterius instantiam. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.1. lib.1. tit.10.* de Nuptiis, *num.100.* 256

1593. 10. Febr. ——— Reprobatur Edictum Episcopi prohibens, ne Confessarius, Medicus, vel Barbitonsores ordinarii possint ingredi de nocte pro quolibet casu, absque licentia speciali. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* eund. *in Floscul. verb.* Clausura *n.35.* 257

1593. 9. Mar. ——— Archiepiscopus non defert Crucem in visitatione Nuncii Apostolici: & debet rogare Nuncium, ut suo Populo benedicat, qui hoc remittat deinde Archiepiscopo. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Archiepiscopus, *in addit. num.1. & 2.* Nuncius verò Apostolicus non debet exercere Divina in Ecclesia Archiepiscopi, sine ejus licentia; *ead. Congr. in Taurinen. apud* Pascucc. *par.2. tit.* de Nunciis Apostolicis, *pag.126.* 258

1593.

1593.9.Mar. — Episcopus non debet amovere Arma, seu Insignia, & Monumenta, seu Memorias suorum Prædecessorum ab Ecclesia, vel Palatio Episcopali, maximè constructa ipsorum propriis expensis. *Congr. Episc. in Messanen. apud* d. Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Armis Gentilitiis, *ubi etiam ait, quod* neque potest amovere de Paramentis, non obstante Concilio Provinciali, si in Metropolitana tolerantur, *ex ead. Congr.* 1604.26. *Ian. pag.* 29. 259

1593. 16. Mar. — Potest Episcopus ordinare ad titulum Massæ tot Clericos, quot congruenter sustentari possunt, & Clerici illi tenentur inservire Ecclesiæ, ac si essent Beneficiati. *Congr. Episcop. apud* Gavant. *verb.* Ordines majores, *num.* 20. 260

1593. 16. Mar. — Si de Punctatoris fidelitate, aut de illius negligentia dubitetur, tunc Episcopus poterit eligere, & deputare Contrapunctatorem sibi benè visum, ut rescripsit Episcopo Fundano *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 7. *form.* 5. *numer.* 2. 261

1593. 5. Maii. — Exigat Episcopus à petente copias revelationum juramentum, quod illis non utetur, nisi in judicio civili. *Congr. Ep. in Perusina, & antea in Marsicana* 1589. 21. *Mar. apud* eund. *ibid. tit.* 6. *form.* 15. *num.* 11. 262

1593. 18. Jun. — In nullo casu Pensio reservata ab Episcopo transit ad Successorem, sed tantùm tenetur ad eam primus oneratus, quia Episcopus non Ecclesiam, seu Beneficium, sed Personam tantùm onerare potest: & ideo onus Pensionis, mortuo Beneficiario, seu amoto à Beneficio, extinguitur. *Rota in Calaguritana Beneficii coram Gypsio, & antea in ead.* 1583. 28. *Mar. coram Lancellotto, apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episc. lib.* 3 *cap.* 11 *num.* 19. *ex* Bonac. *in tract. de Simon. disput.* 1. *quæst.* 4. §. 15. *num.* 5. 263

1593. 30. Iun. — Regularibus nullibi potest Episcopus præscribere horam cantandi, vel privatim celebrandi Missam. *Congr. Episcop. in Concordien. & antea* 264

tem in una S. Angeli 1581. 2. *Aug. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Missa, *num.* 30.

1593. 6. Iul. —— Non potest Episcopus cantare Missam in Ecclesiis Regularium, ipsis invitis, ubi non est solitum. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Missa, *num.* 17. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali, verb.* Functiones Episcopales, *in addit. num.* 2. 265

1593. 14. Iul. —— Prælatus loci exempti siti intra fines Diæcesis, tenetur intervenire ad Synodum. *Congr. Conc. in Iuvenacen.* nisi ipse esset in quasi possessione eam congregandi, *ead. Congr. in Mileten.* 1645. 22. *Sept. & antea in ead.* 1620. 10. *Nov. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Synodus, *num.* 3. 266

1593. 19. Iul. —— Non potest Episcopus statuere, ut Decanus primam obtinens Dignitatem in Ecclesia Collegiata teneatur contra consuetudinem dictæ Ecclesiæ inservire in Diaconi officio Sacerdoti celebranti, nisi Decanus ultra Dignitatem Decanatus obtineret in eadem Ecclesia etiam Præbendam onus hoc canendi Evangelium annexum habentem, tunc enim ad onus prædictum etiam subeundum cogendus esset. *Congr. Conc. in Calaguritana apud* Garc. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *sub num.* 504. *& ex eo* Barbosa *de Canon. & Dignitat. cap.* 31 *num.* 7. 267

1593. 9. Aug. —— Si inter loca Diæcesis visitanda, esset contentio quis eorum videatur esse major, & quisnam debeat ab Episcopo primo loco visitari, sorte ex bussulo loca extrahantur. *Bongr. Episc. in Interamnen. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 2. *num.* 19. 268

1593. 9. Aug. —— Episcopus Ordinator non potest dispensare super Interstitiis cum non Diæcesano, nisi hoc in Dimissoriis expresse concedatur. *Congr. Conc. apud* Anton. *de regim. Eccles. Episc. lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 1. *ubi tamen quod* cum Regularibus non Prælatus Regularis, sed Episcopus ordinans in hoc dispensat, qui tamen quoad causam dispensationis judicium formare debet ex attestatione Prælati Regularis, *ex plurib.* 269

plurib. Auctorib. hoc loco citatis.

1593. 23. Aug. —— Curet Ordinarius, ut omnes tam Sæculares, quam Regulares, cùm in Processionibus publicis, tum privatis, ac in eis, quæ fiunt in tumulandis Defunctorum corporibus, & aliis similibus, bini cum modestia, & decentia incedant, & Ordines ipsi minimè confundantur. *Congr. Episc. in Toletana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 2. tit.* de Processionibus, *pag.* 271. 270

1593. 28. Aug. —— Potest Episcopus in sua prima Visitatione testimoniales Ordinum, & Bullas Beneficiorum collatorum exquirere, non obstante regula de triennali possessore, ut respondit *Congr. Episc. in Avenionen. apud* Monacel. *par. 1. tit. 5. form. 2. n.* 28. 271

1593. 27. Oct. —— Abbas Commendatarius non utitur habitu, & insignibus Episcopalibus. *Congr. Episc. in Messanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 13. 272

1593. 8. Nov. —— Cùm Dimissoriæ ad Ordines conceduntur absenti, examen remittitur vel Episcopo ordinanti, vel Personę, cui confidenter transmittuntur ipsæ Dimissoriæ. *Congr. Episc. in Syracusana apud eund. ibid. verb. Ordo, num.* 22. 273

1593. 9. Nov. —— Ordinarius non potest præcipere renunciari sibi numerum locorum vacantium in Monasteriis Regularibus subjectis, quia in his non potest se ingerere, nisi circa ea, quæ respiciunt clausuram, & administrationem bonorum. *Congr. Episc. in Casalen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Gubernator, *numer.* 10. 274

1593. 17. Nov. —— Si concedatur Episcopo applicatio pœnæ pecuniariæ pro Episcopatu, & Sacrario; sub nomine Episcopatus intelligitur Ecclesia Cathedralis, Palatium Episcopale, & omnes Fabricæ, quibus Episcopus providere tenetur: sub nomine verò Sacrarii non solùm supellex, quæ inservit pro Ecclesia Cathedrali, sed etiam quælibet alia necessaria pro aliis Ecclesiis, Oratoriis, vel Capellis ab ipso Episcopatu, vel Cathedrali dependenti- 275

dentibus. *Congr. Episc. in una Montis Pelusii, & antea in Assisien.* 1592. 17. *Maii, apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Legatis piis, *pag.* 10.

1593. 21. Nov. —— Non debet Episcopus inponere pœnam peccati mortalis contra Presbyteros, qui non docent Doctrinam Christianam: nec prohibere absolutionem ejus, qui non solvit pœnam incursam ex eo, quod amittit eam docere: sed procedere per præcepta contra solos Curatos, qui tenentur ad eam docendam. *Congr. Episc. in Bergomen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Doctrina Christiana, *num.* 4. 276

1593. 1. Dec. —— Episcopus providere debet, ut in principalibus Carceribus, etiam Laicalibus, adsit Capella, vel Oratorium ad celebrandum. *Congr. Episc. in Burgen.* Benevolis tamen, & urbanis monitionibus quoad Laicales, *ead. Congr. in Agrigentina* 1602. 23. *Apr. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. 277

1593. 6. Dec. —— Non potest Episcopus, ponere Puellas ad explorandam voluntatem in Monasteriis subiectis Regularibus, nec aliis licentiam ingressus dare sine consensu Superioris earum. *Congr. Episc. in Rhegien.* & antea *in Pisana* 1582. 22. *Maii, ac in Ferrarien.* 1581. 12. *Decemb. apud* eund. *part.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 278

1593. 14. Dec. —— Novitia infirma morbo contumaci remittitur curanda domum, *Congr. Episc. in Neapolitana:* eo pacto, ut reversa reincipiat Novitiatum à capite, *ead. Congr. in una Venetiarum* 1605. 14. *Decem.* absque tamen cæremoniis ad evitendas expensas, *ead. Congr. in d. Neapolitana* 1624. 26. *Nov. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Novitius, *numer.* 39. *ubi numer. seq. ait, quod* si Novitiatus annum expleverat, postea quam ex causa supradicta de consensu Monialium, & Superioris exiit, potest, cùm rediit, admitti sine novo Novitiatu, *ex ead. Congr. in d. Neapolitana* 1619. 8. *Nov.* 279

1594. 3. Jan. —— Pœnæ criminales non sunt applicandæ fabricæ Palatii Episcopalis. *Congr. Episcop. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Forum Episcopale, *num.* 53. 280

1594. 10. Jan. —— Ordinarius pro collatione Beneficiorum, tam in vim litterarum Apostolicarum quàm auctoritate ordinaria in suis mensibus facta, nihil recipere potest pro se, vel Vicario. *Congr. Conc. in Recanaten. & antea in Placentina* 1577. 25. *Jan. apud* Nicol. *in Fl. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *n.* 15. 281

1594. 10. Jan. —— Potest fieri Decretum, sed sine adjectione pœnarum, ut Confessarii Sæculares adhibeant Cottam, & Stolam: Regulares verò saltem Stolam. *Congr. Episc. apud* eund. *ib. verb.* Confessarius, *num.* 18. 282

1594. 10. Jan. —— Non potest Ordinarius præcipere Parocho, ut denunciet sibi delicta publica, quæ quotidie committuntur in sua Parochia, cum nominibus delinquentium, ob permulta, quæ exinde sequi possunt, inconvenientia. *Congr. Episc. in Tranen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 7. 283

1594. 17. Jan. —— Eremitæ non subsunt Ordinario, si vivant in communi, ut resolvit *Congr. Episc. in Fundana apud* del Bene, *in addit. verb.* Eremitæ, *citatum à* Petra *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *Constit. unic. Alexand. II. sect.* 2. *num.* 4. *pag.* 297. *ubi quod* hoc intelligendum, quatenus vivant sub aliqua Regula approbata à Sede Apostolica, & Religio sit exempta ab Ordinario. 284

1594. 27. Febr. —— Episcopus non potest applicare, vel taxare Legata pia pro Seminario, *Congr. Conc. in Barchinonen.* maximè si habeant annexum onus celebrationis Missarum, *ead. Congr. in Larinen.* 1629. 17. *Nov.* ex quibus neque fit contributio Decimis Papalibus, *ead. Congr. in Cassinen.* 1612. *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 5. *ad* 13. 285

1594. 2. Mar. —— Causę unius Episcopatus non debent cognosci in alio Episcopatu, licet amborum sit unus Episcopus. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Forum Episcopale, *numer.* 6. 286

1594. 15. Mar. —— Dotales Monialium eleemosynæ nullatenus apud Monialium Consanguineos sunt relinquendæ; sed antequam Puellæ habitum suscipiant, penes Mercatorem, aut virum fide, & facultatibus idoneum, actualiter sunt deponendæ (ubi non sunt Banchi) qui ad omne Monialium mandatum absque aliqua exceptione soluturum se obliget. *Congr. Episc. in responsione ad Episcopum Camerinensem, apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbatiss. disp. 5. quæsito 6. num. 3. ex* Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 44. num. 36.* 287

1594. 16. Mar. —— Nuncius se non ingerat in constituendis OEconomis pro cura Animarum in Parochialibus vacantibus: sed Episcopus pœnis, & censuris coercere potest eos, qui sine sua licentia in ea sese ingerunt. *Congr. Episcopor. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* OEconomus, *n. 7.* 288

1594. 30. Mar. —— Ad contribuendum Seminario cogi non debet Abbas, qui in suo Territorio, & Jurisdictione prius Seminarium erexerat, & provisum retinebat. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. 387.* 289

1594. 9. Maii. —— Abbas, qui exercet jurisdictionem ordinariam in aliquo Territorio, ex consuetudine immemorabili confirmata à Sede Apostolica, potest concedere litteras dimissoriales ad Ordines: & ei Concilium Tridentinum in *cap. 10. sess. 23. de reform.* non obstat. *Rota in Salmaticen. Iurisdictionis coram Seraphino apud* Tambur. *de Iure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 117.* 290

1594. 20. Maii. —— Prælatus alienans res Ecclesiæ potest alienata recuperare. *Rota in Papien. Bonorum coram Millino, apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag. 17.* 291

1594. 26. Maii. —— Episcopus dispensare potest in Interstitiis etiam cum suo Familiari, quia si ei contulit Beneficium, jam fuit effectus Subditus. *Congreg.* 292

Conc. apud Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.1. tit.11. n.7. vers.* Notandum 4.

1594. 26. Maii. —— Sufficit, quod Episcopus det Familiari suo, qui secum per triennium commoratus fuerit, Beneficium simplex in aliena Diœcesi, ad hoc, ut ritè, & rectè eum possit ordinare. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Familiaris Episcopi, *num.*10. 293

1594. 7. Jun. —— Episcopus, qui in vim testamenti declaravit deberi diversas summas variis creditoribus, non potest declarationem suam exequi per Censuras, sed sinere debet, Creditores per viam ordinariam actiones ex testamento competentes intentare. *Congr. Episc. in Monopolitana apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Executio, *n.6.* 294

1594. 22. Jun. —— Episcopus, licèt Titularis, si simul sit Canonicus, præcedit omnes alios Canonicos, & Dignitates, tam quoad Stallum, quàm quoad functiones cantandi Missas, & alia. *Congr. Rit. in Ragusina apud* eund. *in Lucubrat. tom.2. lib.1. tit.33. n.1. vers.* Hinc est. 295

1594. 4. Aug. —— Episcopus manutenendus est in sua quasi possessione instituendi, donec Inferior coram Judice competente legitimè probaverit, jus cogendi Synodum habere, aliàsque coegisse, in eaque Examinatores ad præscriptam Concilii formam deputasse. *Decisum refert* Barbosa *in Collect. ad Concil. Trident. sess.24. cap.18. nu. 54. ubi alia præcedens Decisio, edita 1585. 17. Ian.* 296

1594. 9. Aug. —— Si reperiretur alicubi introducta aliqua Puella educationis gratia absque licentia Sacræ Congregationis, Superior, aut Episcopus, qui id permiserit, esset incursus excommunicationem, prout Archiepiscopum Pragensem monuit *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.1. tit.11. form. 11. num.17.* 297

1594. 9. Aug. —— Potest Episcopus cogere Confessarios sæculares, ut intersint lectioni de Casibus Conscien- 298

scientiæ. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Clerici Conventus, *n.3.*

1594. 12. Sept. —— Potest Episcopus Regulares incedentes per Civitatem, & loca sine Socio, vel de nocte; aut indecenter vestitos, & sine debita modestia mancipare in carceribus tanquam delinquentes extra Claustra; servata tamen forma Concilii Tridentini sess.25. cap.14. de Regular. *Congr. Episc. in Ravenaten. & antea in Andrien.* 1584. 15. *Dec. apud* Monacel. *par.1 tit.6. form.20. num.13.* 299

1594. 14. Sept. —— Ordinarii prohibere non possunt, ne Sancta Catherina de Senis depingatur cum Stigmatibus, ut fit etiam Romæ. *Congr. Episc. in Nullius Altamuræ apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Sanctitas, *n.4.* 300

1594. 4. Oct. —— Moniales ex illegitimo thoro procreatæ eligi possunt ad officium, & dignitatem Abbatissæ, vel Priorissæ, & alia Monasterii munia, & ideo non comprehenduntur in Constitutione Sixti V. edita contra illegitimos. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamb. *de Iure Abbatiss. disp.28. quæsito* 11. *n.2.* 301

1594. 12. Nov. —— Possunt Episcopi prohibere, ne Regulares permittant Sacerdotes exteros in eorum Ecclesiis celebrare, nisi ab eisdem Episcopis, visis litteris commendatitiis seu testimonialibus, admissi fuerint. *Congreg. Conc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Regularis, *num.26.* 302

1594. 28. Nov. —— Non est permittendus Judæis accessus ad Moniales, ut declaravit *Congreg. Episcopor. in Ravennaten. apud* eund. *ibid. verb.* Judæus, *n.10.* 303

1594. 28. Nov. —— Tabernaculum Sanctissimi Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari majori, propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis renibus ad Altare. *Congr. Episc. in Casertana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.1. tit.* de Eucharistia, *pag.283.* 304

1594. 29. Nov. —— Si tempore concursus, nullus sit Examinator, potest Episcopus deputare novos sine Synodo. *Rota coram Litta apud* Ricc. *in prax. resol.* 305

355. *in edit.2. relatum à* Gavanto, *in Manuali, verb.* Examinatores, *n.12.*

1594. 14. Dec. —— Pœna pro transgressione Festorum imposita non debet excedere quinque, vel sex Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro executoribus, licèt quis deprehensus fuerit in fragranti post publicatum Edictum. *Congr. Episc. in Terracin. apud* Pascucc. *par.1 tit.* de Festis diebus, *p.297.* 306

1595. 15. Febr. —— Ad curandas Monialium infirmitates non plures Medici ad contentamentum earundem sunt concedendi, sed unus tantùm ordinarius pro omnibus, cùm non sit tolerandum, quod unaquæque habeat suum. *Congr. Episc. in Cathacen. apud* Monac. *in Form. leg. pract. par.1. tit.11. for.17. n.1.* 307

1595. 15. Mar. —— Abbatissæ debet concedi licentia liberè alloquendi quoscunque. *Congr. Episc. in Engubina, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *n.12.* 308

1595. 2. Maii. —— Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest visitare Ecclesias Parochiales Monasterio Canonicorum Regularium unitas, licèt Generalis habeat in eo loco Sedem ordinariam principalem. *Decisum refert* Barbosa: *de Iure Eccles. lib.1. cap.14. n.21.* & Crispin. *in tract. de Visit. Pastor. par.1. §.13. n.21.* 309

1595. 25. Maii. —— Tertia Soror non admittatur Monialis, sine licentia Sedis Apostolicæ. *Congr. Episcopor. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disp. 5. quæsito 1. num.2.* 310

1595. 25. Aug. —— Quoad abusus Græcorum, Inquisitor relinquat cognitionem Ordinario, nec contra ipsos pœnis procedat, sed tantùm, si aliquid contra fidem faciant. *Congr. Inquisit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ritibus, *pag.373.* 311

1595. 31. Aug. —— Episcopi Latini Infantes, seu alios baptizatos à Presbyteris Græcis de facto Chrismate in fronte consignatos confirment, & tutius videtur, 312

ut cum

ut cum cautela, & sub conditione id faciant, præsertim verò cùm verisimiliter dubitari potest, quod ab Episcopis Græcis fuerint baptizati. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.3.Constit.34. quæ incipit* Sanctissimus, §. 1. *& refert etiam* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Græcor. ritus,

1595. 31. Aug.—— Tollatur abusus tundendi, vel etiam miscendi Sacro Oleo, ac iterum coquendi, vel aliàs exsiccandi species Sacramenti Sacræ Eucharistiæ feria quinta Cœnæ Domini, ut deinde illud asservent: Si verò Græci velint accipere Altaria portatilia ab Episcopis Latinis consecrata, benè erit; sin minus, tolerentur eorum thioni, sive troni super Altaria lapidea ponendi, cùm celebrant. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* §.2. 313

1595. 31. Aug.—— Non sunt cogendi Presbyteri Græci Olea Sancta, præter Chrisma, ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere, cùm hujusmodi Olea ab eis in ipsa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur: Chrisma autem, quòd non nisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum, benedici potest, cogantur accipere: Prohibeantur verò ab Episcopis Græcis externis Scismaticis, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ communionem non habentibus illud accipere, vel eo uti. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* §.3. 314

1595. 31. Aug.—— Ordinati ab Episcopis Schismaticis, aliàs ritè ordinatis servata debita forma, recipiunt quidem Ordinem, sed non executionem: Proinde ordinati ab Episcopis Schismaticis, correcti vel emendati reconciliandi sunt, & absolvendi cum pænitentiis salutaribus, dummodo errores, vel saltem schisma Ordinatoris abjurent in judicio, vel publicè, vel secretò pro qualitate facti: in Ordinibus autem per eos aliàs ritè susceptis ministrare non permittantur, nisi cum ipsis super Irregularitate hujusmodi occasione contracta, authoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ fuerit dispensatum. *Cle-* 315

mens VIII. apud eosd. ibid. §. 4.

1595.31.Aug.—— Non sunt admittendi Episcopi schismatici, sive pro Ordinibus, sive pro aliis Sacramentis conferendis, sed detinendi quoad Sancta Sedes Apostolica desuper consulatur, & responsum habeatur: Græci verò sine litteris dimissoriis Episcopi Latini Diœcesani ad sacros Ordines promoti, suspensi sunt. et si suspensi in suis Ordinibus ministraverint, efficiuntur irregulares, sicut & Latini: super hujusmodi autem, & similibus Irregulatitatibus dispensandi facultatem à Sancta Sede Apostolica obtineri oportet. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 316

1595.31. Aug. —— Si Episcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui à Presbytero Græco in Baptismo Chrismate in fronte de facto fuerit consignatus, debet illum antea confirmare, saltem sub conditione. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* 317

1595.31. Aug. ——Curent Ordinarii Locorum, ut Decretum Sacri Generalis Concilii Tridentini de reformatione Matrimonii vertatur in linguam græcam vulgarem, & in locis, & Parochiis Græcorum, Albanensium evulgetur, & publicetur: Matrimonia verò inter Conjuges Græcos dirimi, seu divortia quoad vinculum fieri nullo modo permittant, aut patiantur, *Clemens VIII. apud eosd. ib.* §.5. 318

1595.31. Aug. —— Nunquam Monachis Græcis, seu Calogeris Animarum Cura committatur, nisi ex necessitate, vel alia justa causa: Presbyteri verò sæculares Græci, abjuratis schismate, & erroribus, atque in fide Catholica benè instructi, in Parochialibus, seu Curatis Ecclesiis Græcorum institui possunt. *Clemens VIII. aqud eosd. ibid.* §.6. 319

1595.31. Aug. —— Habendus est Romæ Episcopus Græcus Catholicus, qui Græcos Episcopis Latinis Italiæ, & Insularum adjacentium subjectos, ab Episcopo Græco ordinari volentes, cum illorum Dimissoriis ad id tantùm concedendis, ritu Græco ordinet. *Clemens VIII. apud eosd. ibid.* §.7. 320

1595.

1595. 18. Sept. —— Altaria in loco incommodo, vel indecenti, puta ad columnas sita, profanari debent, & demoliri, vel interdici, eorumque onera per Ordinarium transferri ad alia ejusdem Ecclesiæ jam erecta, vel quamprimùm erigenda. *Congr. Episc. in Neapolitana apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Altaria, *n.9.* 321

1595. 22. Dec. —— Archiepiscopus titularis non potest ante se Crucem portari facere, maximè si est Suffraganeus alterius, nisi haberet de hoc speciale Privilegium à Sede Apostolica. *Congr. Episc. in Policastren. apud* eund. *ibid. verb.* Archiepiscopus, *n.5.* 322

1596. 10. Jan. —— Conversæ antequam recipiantur ad habitum, admittuntur ad Clausuram, ut ibi in habitu sæculari per duos, vel tres menses experiantur. *Congr. Episc. in Cremonen. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 5. n. 9. ubi quod* Hodie tamen ad cauthelam solet impetrari licentia, quam cæteroquin Episcopo Æsino concessit *ead. Congr. 1675. 15. Febr.* 323

1596. 10. Febr. —— Omnibus, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, & cæteris Ecclesiarum Prælatis præcipitur, & mandatur, ut Pontificale Romanum nuper restitutum, ceteris omissis, recipiant, illoque posthac perpetuò utantur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 3. Const. 38. qua incipit* Ex quo, §. 7. 324

1596. 25. Febr. —— Omnibus, & singulis cujusque Ordinis Superioribus præcipitur, ut juxta Decr. Concilii Tridentini sess. 25. cap. 4. quilibet ipsorum Regularem non subditum Episcopo, intra Claustra degentem, & extra ea ita notoriè deliquentem, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat: Ceterum si Superior in Regularem delinquentem non animadverterit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi Diœcesim transmiserit, Superior prædictus, instante Episcopo, intra 325

terminum ab Episcopo pręfigendum, ipsum Regularem delinquentem à loco, ad quem transmissus fuit, revocare, & in quo deliquit, constituere, seu sistere teneatur: Quod si hoc etiam facere prętermiserit, Ordinarius loci, ad quem Regularis deliquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, aut aliàs de illius delicto informatus, tanquam Sedis Apostolicę Delegatus, prędictum Concilii Decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem severè animadvertere possit, & debeat. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bull. tom. 3. Const. 39. quę incipit* Suscepti, §. 3.

1496. 6. Mar. —— Potest Episcopus non solùm quando Beneficia permutata sunt inęqualia, ex officio mandare, cessante pacto, quod recipiens Beneficium pinguius, solvat aliquam pensionem ad coęquãdos fructus utriusque Beneficii permutati, ex trad. per Anchar. *cons. 279.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. num. 38.* Navar. *cons. 43. num. 4. de Sim. in nov. edit.* sed etiam in alijs casibus ex juxta causa in collatione Beneficiorum per obitum vacantium, & ad ipsius collationem spectantium, super fructibus eorumdem Beneficiorum pensionem imponere, ut pro bono pacis, vel studio alicujus Scholaris pauperis, vel ex alia rationabili causa, *Rota in Mileten. Canonicatus coram Millino, & antea in Algarbien. itid. Canonicatus 1579. 9. Iun. coram Lancelloto sen. apud* Antonell. *in tract. posthum. de jurib. & onerib. Clericor. lib. 1. par. 3. cap. 31. nu. 7. ubi quod* in his casibus est necessarius consensus ejus, cui Episcopus Beneficium confert, ex Jordan. *elucubr. divers. vol. 2. l. 9. tit. 1. de Dispens. nu. 489. & seq.* 326

1596. 6. Mar. —— Non debet Episcopus recipere donativa à suo Clero, aliàs tenetur ad restitutionem non solùm recepti, sed ętiam damnorum, & interesse. *Congr. Epis. in Reatina, & antea in Castellaneten. 1581. 2. Aug.* nisi à spontè dantibus de proprijs, non de massa communi, *ead. Congr. in Hydruntina 1629.* 327

25. *Iun.* vel nisi adesset antiqua consuetudo, *ead. Cong. in Orien.* 1616. 29. *Apr. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1 *lib.* 2. *tit.* 7 *num.* 14.

1596. 15. Mar. —— Superiores Regulares possunt suo Subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis, Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diæcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus Famila ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: & si Diæcesanus absfuerit vel non esset habiturus Ordinationes (vel Sedes Episcopalis vacaret) ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diæcesanus vel absfuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes: Verùm cùm à Snperioribus Regularibus, Episcopo Diæcesano absente, vel Ordinationes non habente, Litteræ Dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causa absentiæ Diæcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum erit exprimenda, sub pænis privationis Officii, & Dignitatis, seu Administrationis, ac vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrio Papæ reservatis. *Congr. Conc. de mandato Clementis VIII. apud* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Ordo, *pag. mihi* 392. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 11 *num.* 33. Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 2. *disput.* 2. *quæsito* 25. *num.* 3. Nicol. *in Lucubrat, tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 11 *num.* 7. *vers. Quod supra, ac* Petra *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Const. unic. Urbani II. sect.* 2. *num.* 5. *pag.* 335. *nec non*, Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in fine*, *pag.* 412. 328

1596. 28. Mar. —— Episcopi promoti, vel translati ad aliquam Ecclesiam Regni Neapolitani, nullo modo subscribere debent capitulationem gratiarum generalium ad instantiam cujuslibet Universitatis, 329

vel Cleri Civitatum, & Diæcesum suarum, nisi consideratione matura præhabita, & licentia obtenta à Sacra *Congr. Ep. in Matherana, & anta in ead.* 1594. 2. *Mar. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Episcop. *n.* 9.

1596. 22. Apr. —— Potest Episcopus cogere Canonicos pœnis, & censuris, ad sibi præstandam copiam Actornm Capitularium. *Congr. Episcop. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Capitulum, *in addit. num.* 5. 330

1596. 22. Maii. —— Dum proprius Episcopus recusat aliquem promovere, prætertim ad Sacerdotium, nec informare vult, committitur alteri Episcopo, ut illum promoveat, etiam absque Dimissoriis. *Congr. Episcop. in Marsicana, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num.* 23. 331

1596. 25. Jun. —— Potest Episcopus visitare Clausuram Monialium non sibi subditarum sine assistentia Superiorum Monasterii. *Cong. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 81. 332

1596. 26. Jul. —— Cùm Itali ex Italia recedunt ad morandum, seu inhabitandum in locis Hæreticorum, ubi tamen aliqua Ecclesia cum Parocho, seu Sacerdote Catholico existat, id significent suis Ordinariis, vel Inquisicoribus Locorum, à quibus seriò admoneantur, ut in eis perpetuò Catholicam, & Orthodoxam Fidem constanter retinentes, & profitentes, piam & Catholicam vitam ducant; Dominicos, & festos dies, abstinentias, & sacra jejunia ab Ecclesia pręcepta religiosè colant, atque omnem hæresim, & errores, hæreticos, schismaticos, & in Orthodoxa Fide aberrantes fugiant, & evitent, ac ut saltem singulis annis de eorum Sacramentali peccatorum Confessione, & Sanctissimæ Eucharistiæ perceptione per eos facta fidem, seu testimonium ipsis Ordinariis, vel Inquisitoribus in Italiam transmittant: quod si quis propriæ salutis immemor, contra præmissa facere præsumpserit, possit adversus eum per locorum Ordinarios, & Inquisitores 333

sitores hæretitæ pravitatis, uti de hæresi suspectum procedi. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.3. Constitut.42. qua incipit* Cùm sicut, §.3.& 4. *& refert etiam* Ascan. Tamburin.*de Iure Abbat.tom. 1.disput.15.quæsito 7.num.53.*

1596. 2. Aug. —— Episcopus vicinior dicitur, cujus Cathedralis Ecclesia proximior est Abbatiæ, non autem loco Abbatiæ subjecto. *Congr.Episc.apud* Nicol.*in Floscul.verb.* Nullius, *numer. 9.* 334

1596. 30. Sept. —— Quando circa situm Carcerum discordant Episcopus, & Clerus, prævalere debet designatio Prælati, *Cõgr. Epic.in Andrien.apud* eund. *ibid. verb.*Carcer, *num.1. & refert etiam* Pascucc. *in Compend.ad Consult.Canon.Iac. Pignatel.par.1.tit.* de Carceribus. *pag. 135. ubi etiam quod* Campanile, si est idoneum, potest inservire pro Carcere, *ex ead. Congr.in Alifana* 1691.20.*Febr.* 335

1596. 30. Sept. —— Antequam Puella à Capitulo Monialium ad Habitum, vel Professionem admittatur, debet Episcopus certiorari, ad hoc, ut illius voluntas exploretur, & post explorationem licentia in scriptis obtineri, etiam pro Monasteriis, quę Regularibus subiiciuntur. *Congreg.Episcopor. in Vicentina apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.1 tit.11. form.11.numer. 14.* 336

1596. 6. Nov. —— Abbates Regulares in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis possunt cognoscere de causis matrimonialibus, & criminalibus, nec in Decreto Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 20. §. Ad hac* comprehenduntur. *Rota in Burgen. Iurisdictionis coram Orano, & postea in ead. Burgen. coram Pamphilio* 1598. *6.Mar.apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbat. in fine 3. tomi, decis.* 43. *&* 44. 337

1596. 23. Nov. —— Patres S. Joannis Evangelistæ in Portugallia possunt ordinari extra tempora, & per quemcunque Episcopum tribus Dominicis, vel Festis continuis, sive interpolatis, non servatis interstitiis à Concilio Tridentino designatis. *Clemens* 338

mens VIII.apud eund.*tom.2.disput.2.quæsito 24.num.6. ubi ait, quod* cùm hæc sit amplissima, & magna concessio pro hac materia, ideo illam mente teneant Regulares, & Domini Episcopi, ex Laurentio Portello *in dub.Regul.verb.Ordines Sacri, num.4.& refert etiam* Cordeirus *de perf.Parocho, par.1. de oblig. Clericor.tract.1.quæst.12.num.8.*

1596. 4. Dec. —— Presbyteri pro debitis civilibus non cogantur per Censuras, nisi in casibus à Jure permissis, puta, cùm Bona stabilia eò loci non possideant, & sunt de fuga suspecti. *Congreg. Episc.in Arianen.*juxta *cap.*Odoardus, *apud* Nicol. *in Lucub. tom.2.lib.3.tit.23.num.3. ubi quod* neque in criminalibus carcerari debent ex causa levi, putà ex eo solo, quod non interfuerunt Congregationibus, *ex ead. Congr.1603.18.Mar.* 339

1597. 27. Jan. —— Licèt Episcopus nihil contribueret pro manutentione Seminarii, non potest propterea Seminarium prætendere aliquam exemptionem ab ejusdem jurisdictione. *Congr.Conc. in Aquilejen. apud* Pascucc.*in Compend. ad Consult. Canon: Iac: Pignatel.par.2.tit.* de Seminario, *pag.* 387. 340

1597. 24.Mar. —— Episcopus residere tenetur, licèt habeat Coadjutorem, *Congr. Episc. in Neapolitana:* Aliàs ei sequestrantur fructus, *ead.Congr.in Minervina 1601.20.Aug.* etiam tempore Contagii: vel alteri relinquere fructus, *ead.Congr..in Murana 1602.23. Iul.apud* Nicol.*in Flosc.verb.*Episcopus, *num.92.ubi num.seq.ait, quod* Episcopus admitti non debet ad permutandum propter aeris intemperiem, dum in Diœcesi adest aliquis locus puri aeris, *ex ead.Congr. in Terracinen.1601.18.Dec.* 341

1597. 13. Maii. —— Ordinarius non potest prohibere Confessariis, ne audiant Confessiones eorum, qui per viam Justitiæ prosequuntur vindictam injuriæ sibi illatæ. *Congreg. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb.* Confessarius, *num.* 10. 342

1597. 31. Maii. —— Monialis Novitiæ Professio potest 343

test differri ad arbitrium pii, & prudentis Prælati Superioris, interveniente justa causa, etiam ultra annum, ut si non rectè Officium Divinum recitet, si Dotem competentem Monasterium adhuc non receperit: *Congr. Episc. apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbatis. disput. 6. quæsito 6. num. 4.*

1597. 25. Jun. —— Quandocunque super Decimis adest transactio, Episcopus non potest exequi de factoe sed si quid amplius prætendit, mittat Romam sua jura. *Congreg. Episcopor. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Decimæ, *num. 5.* 344

1597. 25. Jul. —— Ordinarius permittere debet etiam Ecclesiasticis, qui non sint Regulares, ut ire possint ad alloquendas Moniales consanguineas eodem modo, quo id permittit Sæcularibus. *Congr. Episc. in Eugubina apud* eund. *ibid. verb.* Consanguineus, *n. 2.* 345

1597. 15. Aug. —— Metropolitanus non potest, Episcopis invitis, dare votum decisivum in Concilio Provinciali Abbati etiam habenti usum Mitræ, & Baculi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 6. n. 4.* ¶ Notandum, quod obtinens in una Diæcesi Abbatiam habentem curam jurisdictionalem in commendam, & in alia Beneficium simplex, non tenetur ratione Beneficii simplicis accedere ad Synodum Provincialem, ut habet Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Synodo, *pag.* 404. 346

1597. 3. Sept. —— Abusus est non ferendus, quod aliquæ Moniales exeant ad audiendam Missam in Ecclesiam exteriorem, sub prætextu quod interior non sit omnium capax. *Congr. Episc. in Camerinen.* quæ tamen licentiam habent extra Clausuram degendi, ire possunt ad Missas, & alias Devotiones per Ecclesias Civitatis, ea modestia, & comitatu, quæ habitum minimè dedeceant, *ead. Congr. in Tiburtina* 1586. 15. *Aug. apud d.* Pascucc. *ibid. tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 347

1597. 6. Oct. —— Non possunt Ordinarii cogere Regulares 348

gulares ex institutione, aut facultate Sedis Apostolicæ mendicantes ad petendam licentiam eleemosynas per Diæcesim quærendi, cùm in erectione Monasteriorum eis licentia tacitè ab Ordinariis impertita censeatur *Congr.Episc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur.Reg.tom.2.cap.18.num.4.*

1597.20.Oct. —— Subhastatio farinæ, & id genus alia, quæ difficulter fieri possunt diebus ferialibus, permittenda sunt diebus festis, & Ordinarius debet esse facilis ad præstandam licentiam, sive conniventiam. *Congr.Episc. in Nicoteren. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Festis diebus, *pag. 296.* 249

1597. 18. Nov. —— In causis criminalibus non debet Episcopus impedire, quin Judex Laicus conficiat Processus, vel ad capturam Rei non procedat in die festo, prout *Congr.Episc.in Larinen. & antea in ead. 17.Sept.ejusd. anni, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract.par.1 tit.5.form.7.num.15.* 350

1597. 4. Dec. —— Biennium ad terminandam causam à Concilio præfixum habet locum in causis coram Ordinario vertentibus. *Congr.Conc.apud* Nicol. *in Lucubrat.tom.2. lib.2. tit.28. num. 29. ubi etiam quod* hoc Biennium computatur à die citationis, *ex ead. Congr. in Patavina 1602.15. Dec.* 351

1598.12.Jan. —— Cancellaria Episcopalis non debet locari, nec vendi, nec ex ea Episcopus aliquod emolumentum habere. *Congr.Episcopor.apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Forum Episcopale, *in addit. num.1.* 352

1599. 8.Febr. —— Si Patroni de Jurepatronatus, sive de ejus possessione contendant, Episcopus debet expectare Laicos per quatuor menses, intra quos lis finienda est: quo tempore elapso, & causa minimè terminata, Episcopus potest liberè in tali Beneficio instituere Rectorem sine præjudicio evincentis. *Rota in Dertonen.Iurispatronatus coram Penia,* juxta *cap. quoniam 3. & cap.eam te, de Iurepatr. apud* Antonell. *de regim.Eccles.Episc.lib.3.cap.6.§.10.num.72.* 353

1599. 24. Mar. —— Archiepiscopi, & Episcopi Oleum San- 354

Sanctum exhiberi faciant Ordini Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, pro ministranda extrema Unctione ejusdem Ordinis infirmis. *Clemens VIII. apud* Cherub. *in Bullar. tom. 3. Constitut. 57. quæ incipit* Exponi.

1599. 5. Apr. —— Episcopus occasione Ecclesiæ vacantis, ad quam Abbas habet jus conferendi, tantùm nominandi ab Abbate examinandi erunt, & probandi per concursum, & Episcopus magis idoneum Abbati nominabit, cui Ecclesiam conferat. *Congr. Conc. in Vicentina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par. 1 tit.* de Concursu Paroch. *pag. 193. ubi etiam ait, quod* cùm vacaverint Beneficia Curata provisioni Abbatis spectantia, Episcopus Ordinarius Loci Edictum Concursus proponere debet, & Abbas collationem facere approbato ab Episcopo, & Examinatoribus ordinariis. 355

1599. 8. Jun. —— Si Episcopus olim residere solebat in aliquo Diæcesis Oppido, potest cogere Clerum illius ad subministrandam procurationem, non obstante, quod in præteritum non solverit. Congr. Episc. & antea sæpius *Congr. Conc. apud* Fagnan. *in cap. Venerabili, de Censib. num. 14. & seqq. ut refert* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 21.* 356

1599. 12. Jul. —— Episcopus non debet Administratores Locorum Piorum Diæcesis accersire ad Civitatem, sed eò loci aliquem deputare. *Congreg. Episc. in Cajetana apud* eund. *ibid. tit. 36. num. 7.* 357

1599. 16. Jul. —— Si Episcopus prædecessor Beneficium simplex, non servata forma Concilii, ac per consequens nulliter Seminario univit, non potest Successor illud eidem Seminario validè unire, servata forma Concilii, quia Concilium non videtur dare facultatem uniendi Beneficia devoluta. *Congr. Conc. apud d.* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 5. num. 5. ad XXVIII. & refert etiam* Pascucc. *par. 2. tit.* de Seminario, *pag. 389.* 358

1599. 24. Jul. —— Abbati Cistercii Generali totius Ordinis, ut possit deputare, & deligere Vicarios per Pro- 359

Provincias, qui Benedictionem novis Abbatibus, & Abbatissis dicti Ordinis impendant, concedit *Clemens VIII. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 11. quæsito 11. num. 1. ubi ait, quod* Innocentius VIII. hoc antea concessit prædicto tantùm Abbati, anno 1489. 9. Apr.

1599. 6. Aug. —— Facultas concedendi licentias ingressus in Clausuram reservatur Episcopo, quia per eum non potest delegari, nisi Vicario Generali. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 3. num. 10.* 360

1599. 20. Sept. —— Abbatissa, quæ sponsalium Instrumentum cum Educanda fieri permittit ad Crates, deponitur ab Officio, voceque activa, & passiva. *Congr. Episc. in Assisien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Sponsalia, *num. 5.* 361

1599. 1. Oct. —— Non potest Ordinarius cogere ad cōtributionem Seminarii Provisos de Beneficiis Seminario unitis unione effectuanda, cùm primùm vacaverint. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. 387.* 362

1599. 8. Nov. —— Episcopus non debet consecrare ea Altaria, sub quibus recondita sunt Cadavera Mortuorum. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Altare, *numer. 9.* 363

1600. 11. Jan. —— Visitator Apostolicus potest edicere, ut qui celebrat Missam Parochialem in aurora, recitet vernacula lingua Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum, & Præcepta. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Doctrina Christiana, *num. 3.* 364

1600. 17. Jan. —— Episcopus non potest suspendere Presbyterum sub prætextu ignorantiæ, quando fuit approbatus Romæ, & ab ipso quoque Ordinario ad Ordines, & Beneficium admissus. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Suspensio, *num. 1.* 365

1600. 24. Maij. —— Inter Abbates diversæ Religionis, qui 366

qui sunt antiquioris Religionis in institutione, præferuntur alijs. *Rota in Romana Præcedentiæ coram Lancellotto apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. to. 1 disput. 25. quæsito 6 num. 5. ubi num. 3. & 4. ait, quod* Abbas exemptus Abbati non exempto ejusdem Ordinis est præferendus, ex Franc. *in cap. ut Apostolica de privil. in 6.* cæteris verò paribus prior ad titulum Abbatis assumptus, posteriùs promotum in eodem Ordine præcedit, per text. *in lib. 1. Ç. de Consult. lib. 2. l. 1. ff. de alb. scrib. cap. 1.*

1600. 9. Jun. —— Non est Simonia, redimere, oblata pecunia, vexationem ab injustè vexantibus, etiam antequam in re jus acquisitum sit, si tales obesse tantùm possunt, & non prodesse: verbi gratia, si quis injustè Abbatem, vel Prælatum electum infamaret, vel in carcerem truderet, ne ad Capitulum accederet, vel detineret aliquem Electorem, ne prædicto electo suffragaretur. *Rota in Lunen. Sarzan. Confidentia coram Pamphilio apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 10. quæsito 4. num. 10.* 367

1600. 24. Jul. —— Ordinarius intervenire potest in Congregationibus Confraternitatum, & electionibus Officialium, modò non faciat novitates. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confraternitas, *num. 7. ubi reddit rationem, quia scilicet* Episcopus habet jurisdictionem in Confratres, etiam extra Visitationem, *ex Congr. Conc. 1629. 12. Jan.* 368

1600. 16. Oct. —— Metropolitani, Archiepiscopi, Primates, aut Patriarchæ, in Suffraganeos, eorumve Subditos jus non dicant, sive non judicent, nisi in casibus à jure expressis: ijdem, nec alij Superiores, etiam Nuncij, vel Legati de latere specificam facultatem majorem non habentes, causas in Curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Judicum pendentes ad se non advocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum Tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum jurisdictionibus quoad alias causas eximere non possint. *Cong. Episc.* 369

Episc. apud Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Archiepiscopi authoritas, *pag. mihi 68.*

1600.16.Oct. — Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, prius constiterit appellationem à sententia diffinitiva, vel habente vim deffinitivæ, aut à gravamine, quod per deffinitivam sententiam reparari non possit, in casibus à jure non prohibitis, per legitimam Personam, & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosequutam: nec dum causæ coram inferioribus Judicibus pendent, ante deffinitivam sententiam, vel vim diffinitivæ habentem, de gravamine illato Superiores cognoscere valeant, licèt citra præjudicium cursus causarum, se id facere contestentur: nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia Processus transmittatur, etiam expensis appellantis. *Congr. Episc. apud eund. ibid.* 370

1600.16.Oct. — Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam, non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris Sententiæ, aut Decreti deffinitivi, aut vim deffinitivi habentis, vel damnum per deffinitivam irreparabile continentis; aliàs inhibitiones, & Processus, & inde sequuta quęcunque, sint ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat: Si appellans verò afferat, sententiæ, aut appellationis exemplum culpa Judicis à quo, vel Actuarij habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantùm, ad quos pertinet, injungi poterit, ut solutà condignà mercede actorum exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur: Caveat tamen Iudex à quo, ne si verè appellatum fuerit in casu appellabili, interim aliquid in præjudicium appellantis attentet; & si per actum publicum, aut per testium depositiones constiterit acta denegari appellanti, tunc mandato tradendi acta possit Iudex appella- 371

pellationis adijcere, ne interim aliquid novi contra appellantem attentetur. *Congr. Episc. apud eund. ib.*

1600.16.Oct. —— Ab executione Decreti Sacri Concilij Tridentini, aut Visitationis Apostolicæ appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute ejusdem Sacri Concilij procedunt ut Sedes Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum, & Nunciorum Apostolicorum authoritate: In causis verò Visitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantùm admittantur, nisi de gravamine per deffinitivam irreparabili agatur, vel cùm Visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit; tunc enim appellationi locus erit etiam quoad effectum suspensivum. *Congr. Episc. apud eund. ibid.* 372

1600.16.Oct. —— Cùm à gravamine, quod per deffinitivam reparari nequit, ut indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, non nisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel provisio aliqua concedatur. Causa verò appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur, carcere permanebit, quoad Iudex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreverit, & tunc si à Iudicis ad quem decreto vim deffinitivę habente fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per Iudicem Superiorem aliud fuerit ordinatum: Acta autem originalia Processuum primæ instantię ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspicio incidat, quæ judicialiter objiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad Ordinarium, ut in suo Archivio conserventur. *Cong. Episc. apud eund. ib.* 373

1600.16.Oct. —— Censura Ecclesiastica in appellantem 374

prolata relaxari, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causa cognita, tuncque si constiterit eam justam esse, ad Judicem, qui excommunicavit, appellans remittendus est, ut ab ipso juxta Sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit debitamque emendationem præstiterit, obtineat: Si verò injustam esse clarè appareat, Superior absolutionem impendat: Si dubitetur, honestius est, ut ad Excommunicatorem intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum absolvendus remittatur, licèt etiam Superior hoc casu idipsum per se præstare jure possit. *Congr. Episc. apud eund. ibid.*

1600.16.Oct. —— Absolutio ad cauthelam non nisi parte citata, & visis actis, cùm dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à jure si occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, tuncque ad tempus breve cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantùm, & si juxta formam à jure præscriptam apparebit, quem ob manifestam offensam excommunicatum fuisse, debitam etiam satisfactionem præstare, & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere, & cavere de judicio sisti coram Excommunicatore quis tenebitur, priusquam ad cauthelam absolvatur: A sententia etiam deffinitiva contra verum contumacem prolatâ appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quævis provisio, quamdiu appellans in hujusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur. *Congr. Episc. apud eund. ibid.* 375

1600.21.Nov. —— Mulctæ, & pęnę delinquentium in una ex duabus Diœcesibus unitis applicandæ sunt pijs locis Diœcesis, cujus sunt delinquentes. *Cong. Epis. in Venusina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consul. Can. Iac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Cathedralibus, *pag.* 141. 376

1600.21.Nov. —— Puella, quæ non complevit annum duodecimum, recipi poterit interim pro Educanda. *Congr. Episcopor. in una Venetiarum apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Novitius, *numer.* 25. 377

1600.29.Nov. —— Episcopus exequi potest mandata suo Prædecessori directa. *Congr. Episc. in Brundusina apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 14. *ubi quod* potest etiam exequi sententias justas ejusdem, *ex ead. Congr. in Verulana* 1601. 5. *Febr.* 378

1600.5.Dec. —— Clavis Clausuræ Nonialium ad custodiendam januam à parte interiori per Abbatissam tenendam debet fieri diversa ab exteriori, quam tenet Confessarius. *Congr. Episc. in Marsicana apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 96. 379

1601.5.Ian. —— Omnes Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, ac quivis Ecclesiarum Prælati, seu inferiores Ordinarij, eorumque Vicarij, & Officiales in causis, & negotijs Sancti Officij, pro examine testium, seu principalium Reorum, pro Sportulis Sententiarum, pro quovis Decreto, seu actu, seu quacunque expeditione nihil omnino exigant, & recipiant, etiam à sponte dantibus, sed gratis omnia expediant, & cùm aliquid eis significatur nomine Sanctæ, & Universalis Inquisitionis Romanæ, quamprimùm litteris rescribant, & negotia injuncta exequutioni demandent. *Congr. Inquis. coram Clem. VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constit.* 76. *quæ incipit* Sanctissimus, §. 1. & 3. 380

1601.16.Ian. —— Non potest Episcopus cogere Presbyteros non Curatos ad Congregationem Casuum Conscientiæ. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Clerici Conventus, *numer.* 4. 381

1601.22.Ian. —— Charitativum Subsidium exigi non potest ab Episcopis Ecclesiarum habentium redditus pingues; ab Episcopis autem illarum Ecclesiarum, quæ habent redditus tenues, exigi potest in ingressu pro necessitate expeditionis Bullarum, nisi illas gratis obtinuerint. *Congr. Episc. in Hydruntina* 382

apud Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. part.* 1 *tit.* de Episcopis, *pag.* 264. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 30. *n.* 1. *ad VII.*

1601. 5. Febr. —— Quoad Defunctorum Officia, & præcedentiam Episcopus cogere debet etiam Regulares ad observandum solitum. *Congr. Episc. in Potentina apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Sepoltura, *num.* 16. 383

1601. 5. Febr. —— Subscriptio Episcopi fieri debet cum nomine Ecclesiæ, non cum cognomine Familiæ. *Congr. Episcop. in una Venetiarum, & postea in Vulturana* 1602. 25. *Oct. apud* eund. *ib. verb.* Subscriptio, *n.* 3. 384

1601. 14. Febr. —— In illis Monasterijs, in quibus non fit Professio trium votorum, teneri non possunt Educandę. *Congr. Episc. in Lycien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Educandæ, *num.* 1. *ubi etiam* nec in illis, quæ sunt extinguenda, *ex eàd. Congr. in Cajetana* 1603. 27. *Mar.* Nec in illis, in quibus non habetur locus separatus, maximè pro Dormitorio, *ex eàd. Cong. in Neapolitana* 1648. 11. *Dec.* neque in Monasterijs non solitis, *ex eàd. Congr. in Parmen.* 1603. 27. *Oct.* neque sine licentia ejusdem *Congr. in Feltren.* 1602. 4. *Jun.* sub pęna violatę clausurę, *ex eàd. Congr. in Neapolitana* 1647. 1. *Febr.* 385

1601. 2. Maij. —— Episcopus in Censurarum publicatione non debet uti eò apparatu, & forma, quibus Romæ Bulla Cęnę. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Censuræ, *num.* 12. 386

1601. 10. Maij. —— Secretò capiuntur informationes de conversationibus minus honestis, vel delictis carnalibus Monialium. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Informatio, *numer.* 7. 387

1601. 4. Jun. —— Non potest Ordinarius, sed benè Nuncius visitare, & corrigere Regulares exemptos. *Congr. Episcopor. in una S. Spiritus apud* eund. *ibid. verb.* Obedientia, *numer.* 3. 388

1601. 6. Jun. —— Chrisma Monialibus ministrari potest ad fenestellam Communionis: unde propterea non datur licentia egressus, vel ingressus. *Congr. Episc. in Ce-* 389

in Cesenaten. apud eund. *ib. verb.* Clausura, *num.* 49.

1601.16.Iun. —— Licèt Episcopus habeat annexum Canonicatum, non tamen tenetur obire functiones Canonicales. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Canonicorum munera, & præsertim in Choro, *numer.* 7. 390

1601.16.Iun. —— Episcopus, qui etiam Canonicatum, & Præbendam Mensæ Episcopali perpetuò unitos obtinet in sua Cathedrali, capta possessione Episcopatus, non tenetur dictorum Canonicatus etiam, & Præbendæ possessionem specialiter adipisci. *Congr. Episc. & antea in Antuerpien.* 1590.2. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 62. 391

1601.1.Iul. —— Moniales consecrare si spectet ex Privilegio ad Superiores Regulares, debent servari in earum consecratione omnes Cæremoniæ, quæ in consecratione Virginum ab Episcopo facienda præscribuntur. *Congr. Rit. in Camaldulen. apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbatiss. disp.* 27. *quæsito* 5. *num.* 8. *ubi addit, quod* hoc maximè ab Abbatibus animadvertendum est, ut in re tanti momenti sint uniformes.¶ *Abbas Generalis Congregationis Vallisumbr. Moniales sibi subjectas ab immemorabili tempore consecrat.* 392

1601.3.Iul. —— Non potest promoveri ad aliquem Ordinem Sacrum Doctor insignis Universitatis titulo Doctoratus, de quo suspicio non possit esse, quod mendicare cogatur. *Congr. Episc. in Ostunen. & antea in Vulturarien.* 1597.6. *Oct.* Hinc negata fuit licentia alienandi suum Patrimonium D. Augustino Barbosæ noto ex Voluminibus editis Viro, ut æs alienum, quod contraxerat, solvere posset, *ead. Congr.* 1637.13. *Sept. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult.* Canon. *Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Ordinatione, *pag.* 181. *ubi quod* Concilium Tridentinum expressè petit pacificam Beneficij possessionem, & Patrimonium verè ab eis possideri: Graduatus autem solam spem habet, quæ multis modis impediri potest. 393

1601.12.Iul. —— Crimen incestus, postquam delinquentes obtinuerunt dispensationem matrimonialem, non potest amplius puniri, neque componi. *Congr. Episc. in Arimenen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 18. num. 76.* 394

1601.13.Iul. —— Abbates Mitræ usum habentes debent locum cedere Prothonotarijs Apostolicis Participantibus in Capella Summi Pontificis. *Congr. Rit. apud* Barbos. *in Collect. Bull. verb.* Prothonotarius, *citatum à* Corrado *in prax. dispens. Apost. l. 5. c. 6. n. 45.* 395

1601.20.Aug. —— Carceres Episcopales non debent esse diuturni, præsertim cum Ecclesiasticis, si delictum non sit valde grave. *Congr. Episc. in Mutinen. & antea in Lucen. 2. Maij ejusd. anni, apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Carcerib. Episc. *pag. 135. ubi etiam ait, quod* non convenit, Carceratum ex causa Civili retinere in compedibus, *ex ead. Congr. in Meliten.* 1621. 22. Jan. 396

1601.20.Aug. —— Episcopus, cui conceditur facultas ordinandi, vel dandi Dimissorias exemptis, non ideo potest exercere Pontificalia in eorum locis exemptis, nisi ab ipsis invitatus: nec ibi affigere Edictum Ordinationum, nisi de ipsorum consensu. *Congr. Ep. in Nullius, apud* Nic. *in Fl. ver.* Episc. *n. 54.* 397

1602.7.Sept. —— Retentis antiquissimis, & communibus Litanijs, quæ in Breviarijs, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litanijs de Beata Virgine, quæ in Sacra Æde Lauretana decantari solent, quicunque alias Litanias edere, vel jam editis in Ecclesijs, sive Oratorijs, sive Processionibus uti voluerit, eas ad Sacram Rituum Congregationem recognoscendas, & si opus fuerit, corrigendas mittere teneantur, neque sine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publicè recitare præsumant, sub pęnis (ultra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris severè infligendis. *Clemens VIII. in Congreg. Inquis. apud* Cherubin. *in Bullar.* 398

lar. tom. 3. *Const.* 122. *qua incipit* Sanctissimus.

1601. 9. Sept. —— Inhibitio ab Archiepiscopo decreta contra præceptum Episcopi, quo Rectores Ecclesiarum cogit ad debitam residentiam, ab eodem Episcopo jure merito sperni potest. *Congr. Conc. in Feltren. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Inhibitio *num.* 2. 399

1601. 1. Oct. —— Non debet Episcopus concedere exemptionem à Decimis in præjudicium Curati. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 45. 400

1601. 2. Oct. —— Legato præsente in Civitate, Episcopus non potest uti Mozzetta, neque Rocchetto discooperto, neque benedicere Populo, sed intra Ecclesiam, eo absente, vel annuente, potest benedicere. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Legatus, *in addit.* 401

1601. 7. Nov. —— Non probatur, quod Episcopus deputet Commissarium cum provisione continua pro revidendis Ecclesiarum oneribus. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Obligatio, *num.* 4. 402

1601. 7. Nov. —— Promoveri possunt homines parvę staturæ, modò non sint Nani. *Congr. Episc. in Castellaneten. & antea in Savonen.* 1596. 10. *Dec. apud* eund. *ibid. verb.* Ordo, *num.* 15. 403

1601. 20. Nov. —— Non potest Episcopus cogere aliquem ad comparendum personaliter in causis, in quibus quis comparere potest per Procuratorem. *Congreg. Episcop. in Camplen. apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *numer.* 43. 404

1601. 20. Nov. —— Non potest Episcopus generaliter prohibere, ne quis prędicet in Ecclesiis suorum Ordinum, sed solùm in aliquo casu particulari: quia non potest contradicere sine justa causa, quam licèt ipsis Regularibus explicare non teneatur, non tamen præsumitur pro quolibet tempore, & respectu quorumcunque subjectorum unius Religionis. *Congr. Episc. in Salernitana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 26. 405

1601. 5. Dec. —— Episcopus non potest supernumerarias 406

rias recipere; *Congr.Episc.in Imolen.& antea in Brundesina* 12.*Mar.ejusd.anni*, *ac in Fulginaten.*1578.18. *Nov.*neque sub conditione Beneplaciti Sanctissimi, *ead.Congr.in Panormitana* 1600.12.*Dec apud* eund.*in Flosc.verb.*Supranumeraria, *num.*1.

1602. 12. Jan. —— Testes, qui inducuntur ad probandum, aliquem esse solutum, ad effectum contrahendi Matrimonium, non examinentur per Notarios Urbis Vicarii solos, sed cum interventu Judicis, & per Vicesgerentem considerentur depositiones testium, an concludenter probent. *Congr. Inquis.apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par.*2.*tit.* de Matrimonio, *pag.*32. — 407

1602. 15. Jan. —— Non debet Episcopus imponere nova Missarum onera Beneficiis, vel Rectoribus. *Congr. Episcop. in Tropien.apud* Nicol.*in Floscul.verb.* Episcopus, *num.* 36. — 408

1602. 22. Jan. —— Episcopus Græcus non potest ordinare in Ecclesia Latina secundùm suum ritum, & Vicarius id ei concedere nequit. *Congr. Episcop. in Tranen.apud* eund.*ibid.tit.*de Ordine, & Ordinatione, *pag.*173.*ubi quod* Pro Græcis subditis debet habere Episcopus Latinus Vicarium Græci ritus, qui eos Græco ritu ordinet, ut *ex cap. quoniam de offic. Jud. ord.* — 409

1602. 5. Febr. —— Allegari potest suspectus Episcopus, quando indebitè vexat eum, qui obtinuit Beneficium à Sede Apostolica. *Congr.Episcopor.in Casalen. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*1. *lib.*4. *tit.*6. *numer.* 28. *vers. Amplia III.* — 410

1602. 5. Mar. —— Voluntatis exploratio ex justa causa fieri potest absque eo quod Monasterio Puella egrediatur, non obstantibus Decretis Concilii Provincialis. *Congr. Episc. in Neapolitana*, *apud* eund. *in Flosc.verb.* Voluntas, *num.* 4. — 411

1602. 5. Apr. —— Possunt Ordinarii statuere, ne Regulares Sæcularium Confessiones audiant, antequam Patentes suæ approbationis Confitentium, seu — 412

seu Locorum Parochis ostenderint. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 38. num. 11. ubi etiam* Si verò dubitent, quod Regulares audiant Confessiones absque sua approbatione, cautè debent sine rumoribus ipsius Patentis ostensionem postulare, *ex ead. Congr. 1601. 21 Jan.*

1602. 10. Apr. —— Extravagans *Injunctæ, de elect. inter comun.* non comprehendit Episcopos Cardinales. *Rota in Hispalen. Beneficii coram Justo, apud* Piton. *disceptat. Ecclesiast. par. 1. disceptat. 12. num. 13. ubi num. seq. probat. quod* neque illos comprehendit *Regula secunda Cancellariæ* veluti fundata in dispositione dictæ Extravagantis, ideoque Episcopi Cardinales statim ac sunt provisi, possunt conferre Beneficia ante captam possessionem. 413

1602. 17. Apr. —— Potest Episcopus punire excessus commissos in Visitatione à Capitulo, Archidiaconis, Decanis, & aliis inferioribus jus habentibus visitandi, eosque ad restitutionem cogere, si quid acceperunt ultra victualia. *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 7. ubi etiam* non tamen punire potest delinquentes ab ipsis inferioribus visitatos, & sufficienter punitos, *ex Congreg. Concil.* 1594. 414

1602. 17. Apr. —— Non potest Episcopus Instituta Hospitalis alterare. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosculverb.* Hospitale, *numer.* 4. 415

1602. 17. Apr. —— Episcopus non potest applicare Punctaturas Fabricæ, vel alteri pio usui. *Congr. Episcop. in Meliten. & antea in Castellaneten.* 1589. 13. *Jun. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag.* 124. 416

1602. 22. Apr. —— Potest Episcopus aliquem admittere ad concursum, etiamsi terminus ab ipso præfixus, fuerit elapsus, & Adversarius, qui comparuerat durante termino, contradicat: *Rota in Calaguritana dimidii Beneficii coram Ottembergo, apud* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. alleg. 60. num. 46. & referunt* 417

Lau-

Lauren. *in Foro Benef. par. 1. sect. 1. c. 3. §. 3. quæst. 182. num. 3.* & Antonel. *de regim. Eccles. Episc. lib. 3. cap. 5. §. 2. num. 9. ubi quod* præsertim si legitimè impeditus fuit, vel justam habuit causam excusationis, vel ratione ignorantiæ, vel absentiæ, seu alterius impedimenti, *ex Rota in Firmana Parochialis 1592. 6. Mar. coram Pamphilio sen.*

1602. 26. Apr. —— Episcopus extra suam Diæcesim non potest Populo solemniter benedicere, nec Aras, Altaria, Ecclesias, vel Cæmeteria consecrare, nec pollutas Ecclesias reconciliare, nec Ornamenta, & Vasa ad celebrationem Missarum, & Divinum cultum peragendum benedicere; nec Confessorem ab Ordinario non approbatum sibi eligere, nec Confessiones alienorum Subditorum audire. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 13. n. 4.* 418

1602. 8. Maii. —— Episcopus licentiam celebrandi Matrimonium Domi, existente justa causa, concedere debet, aliàs ad Ecclesiam eos accedere æquum est. *Congr. Episc. in Sarzanen. & antea in Sutrina 1580. 31. Maii, ac in Fulginaten. 1578. 6. Jun. apud* eund. *ibid. tom. 1. lib. 1. tit. 10.* de Nuptiis, *num. 60. in fine.* 419

1602. 9. Maii. —— Non potest Episcopus se ingerere in eligendo Procuratore Capituli. *Congreg. Episcop. in Castellaneten. apud* eund. *in Floscul. verb.* Episcopus, *numer. 17.* 420

1602. 10. Maii. —— Novitii ad Habitum Regularem recipi nullatenus possint, vel admitti, nisi prius à Congregatione Reformationis Apostolicæ, vel à propriis locorum Ordinariis, aut ab illis, in quorum Diæcesi Novitiatus existunt, in quibus Novitii recipiendi fuerint, expressè, & nominatim Novitii ipsi recipiendi approbati fuerint, & ut recipi, & admitti possint, licentiam in scriptis (gratis tamen in omnibus, etiam quoad scripturam concedendam) obtinuerint. *Clemens VIII. in Constitut. qua incipit* Sanctissimus *apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. post Constit. 28. Urbani VIII. qua incipit* Sacra, *&* 421

refert etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.2. circa Constitut.*10. *Urbani VIII.*§.78.

1602. 10. Maii. —— Monentur tamen iidem Ordinarii, omnem curam, & diligentiam adhibere, ut circa ætatem, conditionem, educationem, scientiam, vitam, & mores, cæterasque qualitates in ipsis Novitiis requisitas, observentur institutiones ab eadem Reformationis Congregatione factæ, & publicatæ, neque aliter, nec alio modo aliquem ad Habitum recipi permittant: Ordinariorum ipsorum conscientiam onerando, si quempiam approbaverint, vel admitti permiserint, qui non sit idoneus, & juxta Constitutiones prædictas approbandus, & admittendus. *Clemens VIII.apud eund.ibid.* 422

1602. 31. Maii. —— Nec Episcopus, nec Cardinales exempti sunt à contributione pro Seminario. *Congr. Episcop. & antea sæpissimè apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Seminarium, *numer.* 5. 423

1602. 4. Jun. —— Prohiberi non potest Monialibus, ne ad ornandam earum Ecclesiam in die propriẹ Solẽnitatis accipere possint commodato Paramenta. *Congr. Ep. in Messanen. apud* eund. *ib. verb.* Festum, *n.*7. 424

1602. 10. Jun. —— Non potest Episcopus cogere Parochos, ut subministrent necessaria Presbyteris volentibus celebrare in Parochiali. *Congr. Rit. apud* Barbos. *de potest. Paroch. par.*1. *cap.*11. *numer.*52. 425

1602. 9. Jul. —— Consuetudo, quod ad emittendam Professionem exeant Novitiẹ in Ecclesiam exteriorem, non est irrationabilis. *Congreg. Episcopor. in una Venetiarum apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Clausura, *numer.* 52. 426

1602. 23. Jul. —— Licèt Episcopus se ingerere non debeat in administratione bonorum Capitularium, nisi alterum ex deputatis eligendo, Capitulum tamen tenetur ei dare authenticam omnium notam. *Congreg. Episcop. in Castellaneten. apud* eund. *ibid. verb.* Capitulum, *numer.* 18. 427

1602. 23. Jul. —— Cùm Episcopus visitat Civitatem, comi- 428

comitari debet ab una Dignitate, & duobus Canonicis: cùm verò accedit ad Ecclesiam Pontificaliter, comitari debet saltem à medietate Capituli. *Congr. Episcop. in d. Castellaneten. apud* eund. *ib. verb.* Episcopus, *num.* 57. & 75.

1602. 23. Jul. —— Ordinarius cogere non potest Moniales ad mutandum habitum. *Congr. Episc. in Arben. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Habitus, *num.* 5. | 429

1602. 6. Aug. —— Ordinarius tenetur exequi Citationes, & Monitoria Auditoris Cameræ. *Congr. Episc. in Feltren. & antea in Pistorien.* 1594. 18. *Apr. apud* eund. *ibid. verb.* Auditor, *num.* 7. | 430

1602. 6. Aug. —— Censuræ relaxatæ cum fundamento, non debent suspendi sine debita satisfactione, non obstantibus hortatoriis. *Congreg. Episcop. apud* eund. *ibid. verb.* Censura, *num.* 4. | 431

1602. 8. Aug. —— Non potest Episcopus visitare Beneficia simplicia Regularia, quibus ipsi Regulares deserviunt, nisi probet præscriptionem. *Congreg. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. *vers.* VI. amplia. | 432

1602. 20. Aug. —— Ordinarius non potest imponere privationem Beneficii ex eo quod quis non expedivit Bullas infra mensem. *Congr. Episc. in Castellaneten. apud* eund. *in Floscul. verb.* Privatio, *num.* 2. | 433

1602. 20. Aug. —— Qui sunt suspecti de Epilepsia possunt ordinari, si Medici attestentur, non adesse talem morbum, *Congr. Episc. in Fanen. apud* eund. *ibid. verb.* Ordo, *num.* 16. | 434

1602. 27. Sept. —— Si Episcopus sit Commendatarius Abbatiæ Nullius Diæcesis, non potest ibi illius Subditis Ordines conferre, vel Synodum, aut Concursum facere, sed benè Confirmationis Sacramentum administrare, Altaria, & Capellas consecrare, aliaque Pontificalia exercere. *Congr. Episcop. in Celsonen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius, *num.* 5. | 436

1602. 28. Sept. —— Proprius Episcopus dare debet Statuta Ecclesiæ Collegiatæ. *Congr. Rit. apud* Gavant. | 436

in

in Manuali, *verb.* Ecclesia Collegiata, *num.* 4.

1602. 1. Oct. —— Subcollectores Cameræ Apostolicæ, si non serviunt amplius, sub Ordinario sunt. *Congreg. Episcop. apud* eund. *ibid. verb.* Exempti, *nu.* 9.

1602. 25. Oct. —— In Habitu Sæculari fieri non potest Novitiatus. *Congreg. Episcopor. in Mediolanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Novitius, *num.* 26. 438

1602. 5. Nov. —— Episcopus remanet obligatus pro actionibus sui Vicarij. *Congr. Episc. in Mazarien. apud* eund. *in Lucubr. tom.* 1 *lib.* 3 *tit.* 26 *num.* 2. *in fine.* 349

1602. 23. Nov. —— Episcopi jurisdictio, atque arbitrium est statuere quota pars Canonicorum ab Ecclesia eodem tempore possit abesse. *Congr. Rit. in Egitanen.* & sic posse Episcopum edicere, ne Dignitates, & Canonici sine ejus licentia abesse possint, censuit *Congr. Conc. in Monopolitana* 1628. 16. *Dec.* & *antea in Terracinen.* 11. *Febr. ejusd. anni*, *apud* Barb. *de Canon. & Dignit. cap.* 20. *num.* 4. & 5. 440

1602. 23. Nov. —— Non potest Episcopus cogere Canonicos, ut alta voce cantent. *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Canonicorum munera, & præsertim in Choro, *in addit. num.* 13. 441

1602. 26. Nov. —— Episcopus in Ecclesijs exemptis sese non debet in aliud ingerere, nisi in approbandis Sacerdotibus ad curam Animarum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Episcopus, *num.* 53. 442

1602. 26. Nov. —— Ne Locorum Ordinarij, ad quos Casuum reservatio spectat, ea in re modum excedant, non passim, sed cùm id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantùm, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pęnitentiæ Ministrorum coarctata potestate, Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Non tamen sibi superfluè reservent Casus in Bulla die Cęnę Domini legi consueta contentos, 443

tentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos: Facultatem verò, & licentiam absolvendi à casibus reservatis, quam in scriptis tantùm concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi potest. *Congr. Episc. de mandato Clementis VIII. apud* Quaran. *in Sum. Bull. ver.* Casus reservati, *n.* 13.

1602. 28. Nov. —— Episcopus, cui fuit commissa exploratio voluntatis Puellæ existentis in Monasterio Regularibus subjecto, non potest hoc exequi sine interventu, vel consensu Superiorum ejusdem Monasterij. *Congr. Episc. in Pisaurien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Voluntas, *num.* 5. 444

1602. 2. Dec. —— Episcopus terminare potest sine interventu Inquisitoris causas Superstitionum, Incantationum, Veneficiorum, & Blasphemiarum, nisi sapiant manifestè hæresim. *Congr. S. Offic. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Inquisitionis Sanctæ Officium, *num.* 1. *in addit.* 445

1602. 3. Dec. —— Moniales relaxari non debent, cùm adhuc recens est delicti memoria, sed possunt eis concedi Sacramenta bis, aut ter in anno. *Congr. Ep. in Ferrarien. apud* Nicol. *in Floscul. verb. Pena, n.* 20. 446

1602. 10. Dec. —— Potest Episcopus visitare Parochias subjectas Commendatoribus, nec ab ipsis valet allegari suspectus. *Congr. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 56. 447

1602. 10. Dec. —— Judex Ecclesiasticus procedere debet ut Pater, non informationes capere pro qualibet relevi, neque revolvere Processus antiquos. *Congreg. Episc. in Adrien. apud* eund. *ibid. verb.* Judex, *nu.* 7. 448

1602. 17. Dec. —— Furiosus ordinari potest, postquam facta experientia, invenitur totaliter liberatus. *Cong. Episc. in Montis Marani apud* Nicol. *in Lucubr. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 6. *vers.* Imo & furiosus, *ubi etiam* Is verò, quem certum est, fuisse obsessum, indiget dispensatione, etiam post omnimodam liberationem, ut possit promoveri, *ex ead. Congr. in Olivetana* 1606. 2. *Oct.* 449

18. Febr.

1603.18.Febr. —— Confines unius Diæcesis probantur ex fama probata per testes. *Rota in Constantien. Iurisdictionis coram Ottembergo*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Episc. *pag.* 252. ubi plures aliæ dantur probationes. 450

1603.25.Febr. —— Ubi est necessaria Episcopi licentia ad Capituli convocationem, non potest Episcopus cogere Canonicos ad sibi dicendum quæ negotia proponere velint. *Cong. Episc. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Capitulum, *num.* 4. *in addit. & refert etiam cit.* Pascucc. *ibid. tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 118. 451

1603.8.Apr. —— Numerus præfigi non solet in Monasterijs Convertitarum. *Congr. Episc. in Mutinen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Convertitæ, *numer.* 6. *ubi quod* non comprehenduntur Decreto Concilij, cùm expressè excipiantur *sess.* 26. *cap.* 18. 452

1603.15.Apr. —— Conjugatę non possunt introduci in aliquod Monasterium sine licentia Sacræ *Congr. Ep. in Papien. apud* eund. *ibid. verb.* Conjux. *num.* 5. 353

1603.21.Apr. —— Abbates, & alij Prælati inferiores possunt à residentia recedere ex justa, & rationabili causa, *ex Clem.* 1. *ubi Gloss. de Stat. Monach.* & absentia pro negotijs proprijs dicitur causa rationabilis, & justa, *ex can. præsentium in* 1. *quæst.* 7. *Gloss. in cap. relatum*, *verb. Prælatorum*, *& in cap. ex parte il* 2. *verb. perjurium*, *de Cler. non resid.* & hæc causa justa, & rationabilis debet esse talis, quod justum impedimentum dici valeat, prout *Rota in Alerien. Fructuum coram Pamphilio apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom.* 1 *disput.* 14. *quæsito* 4. *num.* 5 *ubi num. seq. ait, quod* non dicitur justum impedimentum, quando negotium potest per Procuratorem tractari: *& num.* 12. *addit*, solam justam causam non sufficere ad excusandum à non residendo, sed requirendam esse Superioris licentiam, *ex d. cap. relatum*, *ubi Gloss. per illum text. in d. verb. Prælatorum apud Rotam in Placentina Salarij* 1607. 7. *Maij coram Penia*. 454

1603.2.Maij.—— Episcopus, seu Capitulum non potest remittere, aut donare Distributiones amissas ob non residentiam. *Rota in Hispalen. Distributionum coram Coccino apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. capit.* 22. *numer.* 20. 455

1603.13.Maij.—— Turbata dicitur jurisdictio Archiepiscopi, quando Episcopus Suffraganeus, vel ejus Vicarius edicto, aut lege prohiberet, ne in Diæcesi exequi non debeant, nec possint Ordinationes, & provisiones quæcunque Metropolitani sine sua expressa licentia, nam tale edictum improbavit *Congr. Episc. in Vulturarien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form.* 32. *n.* 12. 456

1603.13.Maij.—— Mandata Archiepiscopi in causis appellationum exequi possunt in Diæcesi Suffraganea sine alia licentia Episcopi Suffraganei per Subditos ipsius Archiepiscopi, licèt non possit in Diœcesibus Suffraganeorum ad hoc tenere Ministros deputatos, cum exemptione à jurisdictione Suffraganei, nisi aliter se haberet consuetudo. *Congr. Episc. juxta cap. Romana de Offic. Ordin. in* 6. *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Archiepiscopus, *num.* 7. 357

1603.13.Maii.—— Coadjutor Episcopi potest exercere Pontificalia absque nova Episcopi licentia: quoad verò Patentes Predicatoribus faciendas, magis decet, Coadjutorem facere, quàm Vicarium. *Congr. Episc. in Firmana apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 4. & 8. 458

1603.15.Maij.—— Episcopus potest sine alicujus præjudicio concedere Parocho titulum Archipræsbyteri, nullam tamen ei dignitatem, sive jurisdictionem conferendo. *Congr. Conc. in Squillacen. apud* eund. *ibid. lib.* 1. *tit.* 24. *num.* 7. 459

1603.27.Maij.—— Nec Locorum Ordinarij, neque Superiores Regulares possunt aliquam Monialem sibi subjectam ex uno Monasterio ad aliud transmittere, etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati: incorrigibiles enim 460

eiici

eiici non possunt, neque transferri, inconsulta Sede Apostolica. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tambur. *de Jure Abbatiss. disp.* 21. *quæsito* 3. *num.* 4. *& quæsito* 4. *num.* 2: *& refert etiam* Pascucc: *in Comp. ad Consult. Canon: Jac. Pignatel.par.* 2. *tit.*de Monialibus *pag.* 89.

1603.27.Maij. —— Expositio publica Venerabilis Sacramenti Eucharistiæ non potest fieri à Regularibus, ni si de licentia Episcopi, & ex causa publica ab eodem probata, ut respondit *Congr. Episc. in Tortonen. & antea in* Cajetana 1602.25.*Oct. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.*1 *tit.*6. *form.*20. *num.* 1. *ubi num. seq. ait, quod* hoc procedit etiam in alijs Ecclesijs quocunque modo exemptis, & non habentibus jurisdictionem in Populum, ut declaravit *ead.* Congr. *in Florentina Iurisdictionis inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum* 1696.18. Maii. 461

1603.1.Jun. —— Non potest Nuncius revocare bonas ordinationes datas à Visitatoribus Apostolicis super Clausura Monialium. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nuncius, *num.*14. 462

1603.10.Jun. —— Episcopus erigere potest Baldachinum etiam in Ecclesijs Regularium, quando ibi de jure, vel consuetudine functionem aliquam Pontificalem etiam cum sola Cappa facere debet; & Regularibus id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdē Episcopis illud asportari, & in quacunque eorundem Regularium, aut alià quantumvis exempta Ecclesia, supra Episcopale solium; seu Pontificale Faldistorium erigi facere, atque sub eo sedere, & stare, quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Ecclesijs stare, & sedere solent, eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales ejusmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur. *Congr. Episc. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Privilegia Regularium; *pag. mihi* 408. *& referunt etiam* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 15. *num.* 17. *ac* Matthæucc. *in Offic. Cur.* 463

Reg. tom. 1. *cap.* 24. *numer.* 11.

1603.10.Jun. —— Episcopi non debent examinari, nisi propter necessitatem præcisam, & tunc cum observantia legis *Ad Personas egregias*, ut censuit *Congr. Episcop. in Ravennaten. apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Episcopus, *num.* 67. 464

1603.10.Jun. —— Non debet Episcopus prohibere Parocho, ne celebret Officium Mortuorum sine interventu Vicarij Foranei. *Congr. Episc. in Cremen. apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 13. 465

1603.10.Jun. —— Archipresbyter, qui non habet privilegium Mitræ, & Baculi, non potest dare tres Benedictiones in Missa, nec benedicere Incensum, Concionatorem, vel aliud sedendo, nec dum celebrat, apparare Credentiam cum argenteis, prout faciunt Episcopi. *Congr. Episc. in Bononien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 24. *nrm.* 5. 466

1603.15.Jul. —— Episcopus non potest examinare Regulares prædicantes in suis Ecclesijs. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Regularis, *num.* 8. 467

1603.23.Jul. —— Locorum Ordinarij non possunt licentiam concedere erigendi novos Mendicantium Ordinis Conventus, nisi vocatis, & auditis aliorum in Civitatibus, & locis existentium Conventuum Prioribus, seu Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & nisi constiterit, novos hujusmodi erigendos Conventus, sine aliorum detrimento commodè sustentari posse. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constit.* 99. *quæ incipit* Quoniam, *& refert etiam* Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 33. *quæsito* 1. *numer.* 2. 468

1603.4.Aug. —— Ordinarij prohibere non possunt Regularibus, ne quæstuent ante Confraternitates, nisi probetur consuetudo in individuo. *Congr. Episc. in una Carmelitarum apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Quęstor, *numer.* 12. 469

1603.19.Aug. —— Si Accusatio ingentem capitum numerum contineat, odio, & persecutioni potius inni- 470

inniti præsumitur, quàm zelo veritatis, & justitiæ. *Congr. Episc. apud* eund. *in Lucubrat. tom. 2. l. 5. tit. 1. num. 3. ubi* ideo Accusans debet dare cautionem idoneam, maximè si aliàs detectus fuit Calumniator, *ex eàd. Congr. in Imolen.* 1602. 6. *Aug. juxta cap. Qualiter. & quando, il 2.*

1603. 19. Aug. —— Clavem Clausuræ Monialium à parte exteriori non debet tenere Superior Regularis ipsarum Monialium. *Cong. Episc. in Perusina apud* Pascucc. *in Compend. ad* Consult. Canon. *Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag.* 96. 471

1603. 1. Sept. —— Commissarij Fabricæ S. Petri subduntur Ordinarijs locorum. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Exempti, *in addit.* 472

1603. 1. Sept. —— Monialibus subtractis ab obedientia Regularum non debent dari tam citò Regulares pro Confessionibus, neque pro Concionibus. *Congreg. Episcopor. in Ragusina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Obedientia, *num.* 8. 473

1603. 2. Sept. —— Episcopus volens examinare iterum Confessarium Regularium ex nova causa, debet id Superioribus Regularibus significare, non quidem cum individua expressione causæ, sed tantum exprimendum, se velle ob novam, quæ supervenit, causam, ad hujusmodi examen procedere. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Confessarius, *n.* 7. 474

1603. 15. Sept. —— Non debet Metropolitanus publicare Monitoria in forma *Significavit* in Diœcesi Suffraganei, *Congr. Episc. ex c. 1. Romana, de offic. ordin. in 6. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Metropolitanus, *n.* 1. *ubi etiam quod* neque inhibere Suffraganeo in materia observationis Festorum, *ex eàd. Congr. in Beneventana* 1612. 11. *Ian.* Vel immunitatis Ecclesiasticæ, sed remittere ad Sanctam Sedem eos, qui recurrunt, *ex eàd. Congr. in Anglonen.* 1624. 23. *Sept.* 475

1603. 15. Sept. —— Dum Sacra Congregatio scribit ad aliquem Episcopum, ut alicui Ordines conferat, non intendit ipsum Episcopum habilitare, si fortè 476

haberet aliquod impedimentum, quod non esset notum ipsi Sacræ *Congreg. Episc. in Bituntina apud* eund. *ibid. verb.* Ordo, *num.* 6.

1603.4.Nov. —— Informationes extrajudiciales secretè capi solent ab Episcopis vicinis contra Episcopos de aliquo gravi crimine accusatos. *Cong.Episc.in Iustinopolitana apud* Nic.*in Flosc.verb.*Informatio, *nu.*6. 477

1603.14.Nov. —— Consanguinei primi gradus possunt quater in anno videre suas Moniales amoto velo. *Cong. Episc. in Neapolitana apud* eund. *ibid.verb.*Consanguineus, *num.* 1. *ubi etiam quod* eas visitare possunt sine alia licentia, modò non sint Regulares, *ex ead. Congr.* 15. *Dec. ejusd. anni*. 478

1603.14.Nov. —— Non potest Episc.se ingerere in administrationem bonorum Confraternitatum Laicorum, dum illa non dilapidant. *Congr.Episc. in Castellaneten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon.Iac.Pignatel par.*1 *tit.*de Immunit.Eccl.*p.*494. 479

1603.28.Nov. —— Clericis Beneficium residentiale non habentibus prohiberi non potest sub pena Suspensionis ipso facto incurrenda, exire à loco sine licentia. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat.tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 22. *num.* 3. 480

1603.23.Dec. —— Non debet Episcopus participare de utilitate Cancellariæ, *Congr. Episc. & antea sæpissimè, scilicèt* 1601.22.*Ian.*1597.25.*Iun.*1594.10.*Ian.* 1593.3.*Febr.*1577.3. *Sept. apud* eund. *in Flosc. verb.* Cancellaria, *numer.*1 *ubi* nisi ex concessione Sacræ Congregationis, ut pro solvenda Pensione concessit *in Beneventana* 1647.25.*Ian.*& pro suis necessitatibus *in Tranen.* 1650.9. *Febr. & antea* 1649. 8. *Maij*, ac 1647. 31. *Maj.* 481

1604.10.Jan. —— Non debet Episcopus in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo manu. *Congr. Rit.apud* Gavant *in Manuali, verb.* Canonicorum munera erga Episcopum, *num.* 16. 482

1604.12.Jan. —— Novitia Monialis non debet ad Professionem admitti, etiamsi omnia requisita habeat, nisi 483

nisi legere noverit. *Congr. Episc. in Girgen, apud* Asc. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput. 6. quæsito 6. nu.* 3.

1604.12.Jan. —— In admissione Novitiarum illa censeatur admissa, quæ majorem partem suffragiorum obtinuerit, dummodo dimidiam partem excedant saltem in uno: nec postea Moniales possint amplius pænitere, & acceptationem revocare. *Congr. Episc. in Assisien. & deinde in Patavina* 1624. 24. *Maij. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 20. 484

1604.12.Jan. —— Episcopus debet executioni mandare Decreta Visitationis Apostolicæ, non obstante non usu. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. tit.* 39 *num.* 34. 485

1604.12.Jan. —— Regulares compelli non possunt ad Confessiones audiendas extra suas Ecclesias. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Regularis, *num.* 37. 486

1604.12.Jan. —— Non potest Episcopus aliquem molestare pro restitutione fructuum malè perceptorum, quia hoc potius ad Datariam, & Cameram Apostolicam spectat. *Congr. Episc. in Navarien. apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *numer.* 37. *ubi verb.* Nuncius, *num.* 1. *ait, quod* in Simonia, & similibus, in quibus condemnantur Rei ad restitutionem fructuum malè perceptorum, datur præventio inter Nuncium, & Ordinarium, *ex eàd. Congr. in Mileten.* 1591. 10. *Dec.* 487

1604. 12.Jan. —— Omnino prohiberi debet abusus, quod Moniales secedant in cellas separatas, induant vestes lugubres, & recipiant visitationes aliarum Monialium in morte Consanguineorum, sub pæna privationis veli, vocis activæ, & passivę. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Luctus. 488

1604. 16.Febr. —— Non potest constitui Juspatronatus ex obligatione dandi tantùm quid singulis annis; sed oportet dare fundos, vel census securos. *Congr. Episcopor. in Civitatis Plebis apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 38. *num.* 2. *in fine.* 489

1604. 20.Febr. —— Episcopo delegato debentur ea, quæ Episcopo deleganti circa assistentiam. Canonicorum 490

Congr. Episc. apud Gavant. *in Manuali* , *verb.* Functiones Episcopales , *in addit:num.*4.

1604.9.Mar.—— Vicelegatus non potest ingredi Monialium Clausuram sine licentia Episcopi . *Congr. Episcop. apud* Ascan.Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.*24. *quæsito* 9. *numer.* 2. & *refert* Pascucc. *part.* 2. *tit.* de Monial. *pag.* 114. 491

1604.17.Mar.—— A' Decretis institutionum , vel aliorum , quæ non pertinent ad Visitationem , datur appellatio quoad utrumque effectum , licèt in Visitatione facta fuissent . *Congr. Episc. in Meliten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.*2. *tit.*28. *num.*85. 492

1604.31.Mar.—— Ordinarius in approbandis Coadjutoribus admodum difficilem se non exhibeat , dummodo ipsi Parochi resideant . *Congr. Episcop. apud* eund. *in Flosc. verb.* Coadjutor , *num.* 5. 493

1604.23.Apr.—— Episcopus Sacros Ordines conferens in aliena Diæcesi de licentia Ordinarij , potest etiam ibidem ad Ordines promovere Familiarem sibi non subditum , in quo tamen requisita ex dispositione Sacri Concilij Tridentini concurrant . *Congr. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 11. *numer.* 7. *vers. An autem.* 494

1604.27.Apr.—— Locorum Ordinarij , alijve Prælati Regulares non debent dare licentiam explicitam Monialibus subjectis tempore Baccanalium dimittendi recreationis prætextu Habitum Religiosum , & assumendi alium sęcularem , præsertim virilem , ut rescripsit Episcopo Ferrariensi *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 3. *form. unic. num.*7. & *refert etiam* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 10. *quæsito* 2. *num.* 21. *ex* Barb. *de Iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 57. 495

1604. 29. Apr.—— Quod dicitur de Ordinationibus non habendis in Decreto supra posito , & edito 1596. 15. Mar. pro Regularibus ordinandis , non extenditur , nec habet locum , cùm Episcopus Regularem ordinare recuset : sed si fuerit gravatus , pote- 496

poterit per appellationem, vel recursum ad Superiores sibi prospicere. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat.tom.2.lib.1.tit.11.nu.7.vers.* Nota secundò.

1604.11.Maij. —— Hospitale ex privilegio Sedis Apostolicæ in limine fundationis exemptum ob Ordinarij jurisdictione, nequaquam potest à Diæcesano Episcopo visitari. *Congr.Conc. in Lycien. apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.1.tit.* de Immunit.Ecclesiast. *pag.297. ubi etiam quod* Privilegium in limine fundationis Hospitali concessum, ut ab Ordinario visitari non possit, nequaquam estderogatum per *cap. 8. sess. 22. de reform.* ut censuit *ead. Congr. in d. Lycien. 12. Aug. ejusd. anni*. 497

1604.12.Maij. —— Episcopo, vel Archiepiscopo non datur, nisi unus Coadjutor. *Congr. Episc. in Burgen.* juxta Concil. Trident. sess.25. cap.7. *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.3 tit.6. nu.2. ubi* licèt in cap.unic. in 6. permittantur duo. 498

1604.13.Maij. —— Facultas celebrandi Concilij Provincialis Sede Archiepiscopali vacante pertinet ad antiquiorem Provinciæ Episcopum: sicuti ad eum pertinet, dum Metropolitanus vivit, sed est absens, vel impeditus. *Congr. Episc. in Terraconen. apud* eund. *ibid. lib.5. tit.6. num.4.* 499

1604.17.Maij. —— In causis criminalibus Ordinarius prohibere non potest, ne quis ob aliquam causam criminalem carceretur die festo. *Congr. Episc. in Acheruntina, & antea in Crotonen. 1593. 9. Sept. apud* Pascucc. *in Compend. ad* Consult. Canon. *Jac. Pignatel. par. 1 tit.* de Festis diebus, *pag. 296.* 500

1604.17.Maij. —— Ordinarius non potest prohibere Confessarijs, ne audiant Confessiones eorum, qui habent querelas in Curia Episcopali antequam eas cassari curent. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confessarius, *num.10.* 501

1604.22.Maij. —— Triennium præscriptum à Gregorio XIII. in Constitutionem supra posita, & edita 1583.1.Jan. quoad novam Abbatissæ electionem, obser- 502

observandum est respectu omnium Monialium quorumcunque Monasteriorum, & Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani. *Congr. Cardin. annuente Clemente VIII. apud* Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 30. *quæsito* 1. *nu.* 11.

1604. 26. Jun. —— Abbates habentes Diæcesim, sive Territorium distinctum, aut sint Nullius, possunt dare licentiam concionandi in Ecclesiis sibiipsis subjectis, sicut omnes alias actiones, & functiones ad eorum munus spectantes obire queunt. *Rota in Calaguritana Iurisdictionis coram Ottembergo apud* eund. *de Iure Abbat. tom.* 2. *disput.* 11. *quæsito* 1. *nu.* 7. 503

1604. 13. Jul. —— Ordinarius non potest cedere Regularibus gubernium Monialium sibi commissarum *Congr. Episcop. in Silvanecten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Gubernator, *num.* 12. 504

1604. 17. Jul. —— Consecrator Ecclesiæ potest ob impedimenta omittere Circuitiones extra ipsam Ecclesiam. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Consecratio, *num.* 7. 505

1604. 17. Jul. —— Non potest Abbas extra suam Ecclesiam uti Mitra, & Baculo, neque ea ante se deferre. *Congr. Rit. apud* eund. *ibid. verb.* Abbas, *num.* 9. 506

1604. 27. Jul. —— In Conversarum locum teneri non possunt Mulieres sæculares, maximè quæ facultatem habent eundi, ac redeundi ad arbitrium suum, vel Monialium. *Congreg. Episc. in Barulen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 507

1604. 27. Jul. —— Constitutio Pii V. non habet locum, quando Ordinarius in cessione Ecclesiæ facta Hierosolymitanis, sibi & successoribus suis jus procurationis expressè reservasset, ut declaravit *Congr. Conc. in Elnen. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag.* 276. 508

1604. 27. Jul. —— Ubi Clausura relaxata fuerit, remitti debet sine rigore, cum suavitate, & cauthela, temporisque beneficio. *Congr. Episc. in Salutien. apud* 509

apud eund. *par.* 2 *tit.* de Monialibus, *pag.* 96.

1604. 27. Jul. —— Non potest Ordinarius imponere Beneficiis liberis, neque de Jurepatronatus, ut doceant in aliqua Schola, vel Universitate: *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 48. 510

1604. 9. Aug. —— Subditis Nullius non conceduntur Dimissoriæ à Prælato loci, vel ejus Vicario, imo neque à Vicario Apostolico, sed ab Episcopo viciniori. *Congreg. Episc. in una Nullius, & antea sæpissimè, ut refert* Nicol. *in Floscul. verb.* Dimissoriæ, *numer.* 4. 511

1604. 21. Aug. —— Episcopo extra suam Diæcesim, & in loco, in quo non habet jurisdictionem, non conveniunt ea, quæ proprio Episcopo in sua Ecclesia, & Diæcesi debentur. *Congr. Rit. in Polica-Stren. quæ postea in Iadren.* 1618. 12. *Oct. dixit, quod* Episcopus in aliena Diæcesi non potest sibi pulvinar, & pannum coloris violacei sternere, & extra suam Diæcesim non competit illi deosculatio Textus Evangelii, ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Episcopis, *pag.* 252. 512

1604. 22. Aug. —— Confugientes ad Ecclesiam, & alia loca Sacra Fratrum Ordinis servorum Beatæ Mariæ, Superiores teneantur, quamprimùm commodè potuerint, deferre Episcopo, seu alii loci Ordinario. *Clemens VIII. apud* Cherub. *in Bul. tom.* 3. *post Constit.* 60. *ejusd. Pontific. quæ incipit* Nullus, §. 37. 513

1604. 2. Sept. —— Regulares accedentes ad Ordinarios locorum pro Sacris Ordinibus suscipiendis, præter litteras dimissoriales suorum Superiorum, in quibus fit mentio de Ordinibus jam susceptis, tenentur etiam ostendere originalia Episcoporum, à quibus inferiores Ordines susceperunt, si Episcopus attestationi Superiorum hac de re credere noluerit: & etiam tenentur ab Episcopis Ordinantibus publicas de Ordinibus susceptis attestationes acci- 514

accipere, quæ tamen ab Episcopis, & eorum Notariis gratis erunt concedendæ. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 11. num. 42.*

1604. 6. Sept. —— Circa Sacra Olea Cathecumenorum, Chrismatis, & Infirmorum præcipitur Ordinariis, ne permittant, suos Ministros, qui præfata distribuunt Parochis Civitatis, & Diæcesis, ab ipsis, vel ab aliis quibuscunque recipere ova, candelas, vel aliud, non obstante præterita observantia, vel consuetudine, quæ potius dici debet abusus, dispositioni Sacrorum Canonum contrarius. *Congr. Episc. in Ieracen. apud* eund. *ibid. tit. 15. num. 3.* 515

1604. 6. Sept. —— Si Novitia afferatur seducta, non solùm ipsa, sed & singulæ Moniales interrogari debent separatim. *Congr. Episc. in Ariminen. apud* eund. *ibid. lib. 3. tit. 1. num. 22. in fine.* 516

1604. 6. Sept. —— Moniales, quæ supra numerum in quolibet Monasterio constitutum recipiuntur, nequaquam sunt subrogandæ in locum Monialium decedentium intra numerum, sed recipiantur aliæ: Supernumerariæ verò semper tales remaneant, etiamsi in cæteris ab aliis nihil differant, sed illis in omnibus pares, & æquales, juxta cujusque Monasterii institutum esse debeant: Loca autem per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, cuiquam Puellæ ad habitum regularem recipiendæ concedantur, neque promittantur, nisi sequuta vera, & reali illarum vacatione, dummodo tunc temporis Puella illa ætatem habeat idoneam, & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditæ esse debent Puellæ illæ, quæ supra numerum recipiendæ sunt, jam tunc, cùm eis loca vel promittuntur, vel dantur. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput. 5. quæsito 7. num. 8. & refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monaster. Monial. *pag. mihi 360.* 517

1604. 6. Sept. —— Eleemosyna duplex, quæ pro tertia Sorore Moniali, & pro Supernumerariis solui debet, 518

debet, significat duplicatam summam ejus, quæ in receptione Monialis intra numerum dari consuevit, ita ut, ubi summa minor est ducentis scutis, ibi saltem solvantur 400. & non minus. *Congreg. Episc. apud d.* Tamburin. *ibid. quæsito 4. num. 7.*

1604. 17. Sept. —— Non debet Ordinarius sine causa valde gravi, & relevanti auferre à propriis Curatis celebrationem Baptismorum, ac Matrimoniarum, eaque ipse ministrare, vel aliis delegare. *Congr. Episcop. in Neapolitana apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num. 27.* 519

1604. 16. Oct. —— Archiepiscopus translatus ad Episcopalem Ecclesiam, potest retinere nomen, seu titulum Archiepiscopi, non verò Crucem, neque Pallium. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali verb.* Arhciepiscopus, *num. 3. in addit.* 520

1604. 26. Oct. —— Etiamsi regulariter accessus ad Monialium collocatoria sine licentia, non sit casus reservabilis Episcopo, adhuc si talis culpa esset frequens, & alio modo removeri non posset, utpotè quia simplex prohibitio cum comminatione Censurarum contemnitur, & inde inconvenientia oriuntur, permittitur, ut fiat casus reservatus, prout est Bononiæ. *Congr. Episcopor.* licèt antea id Archiepiscopo denegasset 1603. 15. Apr. referente Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 1 t. 11. in prælud. n. 1.* 521

1604. 26. Oct. —— Episcopus, qui exequitur mandatum Curiæ Romanæ, sibi tanquam viciniori directum ad favorem alicujus Personæ, quæ est de aliquo Oppido ibi asserto Nullius, in nihilo præjudicat suis juribus, per quæ prætendat Oppidum illud esse suæ Diœcesis. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Diœcesis, *n. 2. ubi etiam*, maximè si id faciat cum protestatione, *ex ead. Congr. in Juv. 1645. 9. Jun.* 522

1604. 8. Nov. —— Non potest Ordinarius præfigere quantitatem Dotis etiam numeratę, ita ut Moniales non possint amplius recipere. *Congr. Episc. in Bononien. apud* eund. *ibid. verb.* Dos. *num. 12.* 523

1604.

1604. 22. Nov. —— Regulares intervenire non debent electioni Monialium Ordinario subjectarum, non obstante Privilegio obtento, quando Monasterium ipsis erat subjectum. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* eund. *ibid. verb.* Electio, *num.* 16. 424

1604. 7. Dec. —— Spectat ad Episcopum institutio omnium Confraternitatum, & Statutorum probatio. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constit.* 115. *quæ incipit* Quæcunque, *& refert etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Confraternitates. *ubi plura quoad hanc rem scitu digna.* 525

1605. 10. Jan. —— Conservator Regularium non valet Tribunal erigere, nec assumere Ministros, utpotè Promotorem Fiscalem, Notarium, & alios Officiales, sed uti debet Officialibns Curiæ Episcopalis. *Congr. Ep. in Vicentina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par.* 1 *tit.* de Conservatoribus, *pag.* 207. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 29. *num.* 13. *ad VIII.* 526

1605. 10. Jan. —— Ad vicinum Episcopum spectat conferre Chrisma, consecrare Aras, Sede vacante: & Vicarius Capituli procurare debet, ut illi subministretur victus conveniens, & equorum expensæ, *Congr. Episc. apud* d. Nicol. *in Flosc. verb.* Episcopus, *num.* 55. *ubi etiam quod* vicinior Episcopus dicitur, cujus Cathedrali est proximior Cathedrali vacanti, licèt fortè alia esset vicinior loco habitationis impetrantis, *ex Congr. Conc. in Fundana* 1637. 14. *Nov.* 527

1605. 16. Jan. —— Si Episcopus interesse voluerit Horis Canonicis, statuere debet certam adventus sui horam, qua elapsa poterit inchoari Officium. *Congreg. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Canonicorum munera erga Episcopum, *in addit. num.* 13. 528

1605. 8. Febr. —— Matrimonialis, & quælibet dispensatio pro foro exteriori obtenta, debet executioni mandari, licèt partes non compareant personaliter, sed per Procuratorem. *Congreg. Episc. in Faventina, & antea in Nucerina* 1605. 2. *Novembr.* & licèt impe- 529

impedimentum non possit amplius probari, *ead. Congreg.in Cathanen.*1594.7.*Iun.* modò tamen contrahentes habeant eò loci domicilium, *Congregat. Concil.in Pacten.apud* Nicol.*in Lucubrat.tom.*1.*lib.*1.*tit.*10.de Nuptiis, *num.* 78.

1605.11.Iun.—— Episcopus Regularis debet Officium recitare juxta ritum suæ Diæcesis, non verò Regulæ. & occurrente Festo Regulæ in Festo Diæcesis, hoc erit præferendum: Capellanus verò Episcopi, qui cum eo recitat Officium, debet se illi conformare. *Congr.Rit.apud* Gavant.*in Thesaur.Sacror.Rit. par.*2.*sect.*1.*cap.*5.*tit.*2.*num.*2.*&* 3. 530

1605. 16. Jun. —— Episcopi, & locorum Ordinarii vigore cujusvis Decreti Concilii nullam habent facultatem, quovis tempore, in Monasteriis, Domibus, & Ecclesiis Regularium visitandi Sacristias, Paramenta, Vasa Sacra, Altaria, & alia, aut etiam Tabernaculum, seu Pixidem, in qua asservatur Sacramentum.*Cong.Conc.apud* Mathæucc. *in Offic.Cur.Reg.tom.*1.*cap.*24.*num.*18. 531

1605. 21. Jun.—— Episcopus præcipere potest Monialibus, etiam exemptis, etiam Regularibus subjectis, ut habeant locũ separatum, & commodũ pro Novitiis, & Puellis educandis: & potest prohibere, ne illas extra dictum locum teneant ex quovis prætextu, etiam licentiæ Superiorum: insuper decernere, & declarare potest, quod Abbatissæ, & Priorissæ, quæ tempore sui officii voluerunt recipere Novitiarum, locorumque distinctorum erectionem, ad illud officium, & in futurum amplius eligi non possint: & etiam, quod Moniales particulares cujuscunque Monasterii, quæ recipiunt Novitias, vel Puellas educandas in suis Cellis, sint ipso jure voce activa, & passiva privatæ. *Congr.Episc.in Patavina apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canon. Iac.Pignatel.par.*2.*tit.* de Monialibus, *pag.* 106. 532

1605. 21. Iun.—— Pecunia mulctatitia debet applicari causis, vel pauperibus, vel locis piis Diæcesis 533

arbi-

arbitrio Episcopi. *Congr.Conc.in Motulen.* & *antea in Uritana* 1580. 21. *Maii*, *apud* eund. *ibid. tit.* de Legatis piis, *pag.* 9.

1605. 20. Iul. —— Nomine Ordinariorum veniunt etiam Abbates, & alii Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem, & proprium Territorium habentes, *ex littera Pontificia Pauli V. relata ab* Ascan. Tamb. *de Iure Abbat.t.*1.*disp.*1*quesito* 4.*n.*6. ubi aliam refert Litteram Clementis VIII.datam *sub die* 1.*Iul.*1603. 534

1605. 22. Aug. —— Moniales non possunt Instrumenta celebrare sine licentia Ordinarii, & etiam Superiorum Regularium, si sunt sub eorum regimine. *Congr. Episc. in Cremonen. juncta. Constit.* 18. *Gregorii XV. quæ incipit* Inscrutabili, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Instrumentum, *num.* 2. 535

1605. 24. Sept. —— Canonicus, vel Dignitas factus Episcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipso antiquioribus. *Congreg. Rit. in Ruthenen. apud* Barbos. *de Canon.* & *Dignit. cap.* 18 *num.* 31. 536

1605. 13. Oct. —— Notarius Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori, quia est de familia Episcopi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Notarius, *n.* 7. 537

1605. 5. Nov. —— Moniales nullo modo per juramentum, vel censuras cogendæ sunt ad exprimendam causam, cur aliquam Novitiam à Professione reiiciant: sed si decreto interrogatæ, idoneam repulsionis causam non afferant, & in sua contumacia perseverent, Ordinarius certiorem faciat Sacram *Congr. Episc. in Pampilonen. apud* eund. *ibid. verb.* Novitius, *num.* 22. 538

1605. 18. Nov. —— Nulla adest prohibitio, quod Abbatissæ possint singulis annis mutari, *Congr. Episcop. annuente Clemente VIII. apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbatiss. disput.* 30. *quæsito* 1. *numer.* 10. præcipuè ex iis, quæ dicta sunt in Constitutione supra posita, & edita *anno* 1583. 1. *Ianuar.* 539

1605.

1605. 21. Nov. —— Abbas, qui habet jurisdictionem quasi Episcopalem in Personas seculares, potest deputare Vicarium Monachum Iurisperitum: quòd si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum Saecularem Doctorem: & si id minus fieri possit, poterit assumere Vicarium Monachum non Doctorem, dando ei Doctorem pro Assessore, sine cujus consilio nihil agere possit, quod requirat altiorem indaginem. *Congr. Episc. in Nullius*, *& antea* 1603. 23. *Dec. apud* Palcucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat el. part.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 345. 540

1605. 29. Nov. —— Non obstante quod Moniales jus habeant nominandi Capellanum, potest illum Episcopus ex justa causa reiicere, puta si sit junior; *Congr. Episc. in Bononien.* imo si Episcopus ipse dare velit Monialibus Capellanum juvenem, potest Abbatissa illum non recipere, *ead. Congr. in Messanen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Capellanus, *num.* 10. 541

1606. 23. Febr. —— Ubi saltem semiplenè non constat de impedimento Matrimoniali, Ordinarius sinat liberè contrahi Matrimonium. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. t.* 1 *l.* 1 *tit.* 10. de Nuptiis, *n.* 30. *in fine.* 542

1606. 25. Febr. —— Abbas semel benedictus cum usu Bireti, si transferatur ad aliam Abbatiam cum usu Mitrae; non indiget alia Benedictione, sed potest per seipsum Mitram capere. *Congr. Rit. in Bituntina apud* eund. *in Flosc. verb.* Abbas, *num.* 4. 543

1606. 6. Mar. —— Potest Episcopus pensionem imponere ex causa permutationis Beneficiorum, quae fieri potest coram eo in casibus à jure permissis: tunc enim potest ex officio, cessante pacto, mandare, ut recipiens Beneficium pinguius solvat aliquam pensionem ad coaequandos fructus utriusque Beneficii. *Rota in Albiganen. Confidentiae coram Marquemontio*, *& antea in Meliten. Canonicatus* 1595. 5. *Mar. coram Millino*, *apud* Antonel. *de regim. Eccles. Episc. l.* 3 *c.* 11 *n.* 6. *ex* Barb. *de potest. Ep. alleg.* 58. *n.* 11. 544

1606. 6. Apr. —— Decretum Concilii Tridentini *cap.* 8. *sess.* 25. *de reform.* tribuens Episcopis facultatem visitandi Hospitale, & alia loca pia, non sustulit fundationes excludentes Episcopos à jurisdictione visitandi. *Congr. Conc. in Abulen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag.* 497. 545

1606. 29. Apr. —— Prohibere non potest Episcopus, ne celebretur in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ à Sacerdotibus tam Fratribus, quàm Capellanis dicti Ordinis, absque sua licentia. *Congreg. Episc. in Siracusana apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Hierosolymitani, *num.* 14. 546

1606. 1. Jul. —— Non potest Ordinarius prohibere, ne Regulares vocati accedat cum Musicis ad alias Ecclesias, præterquam Monialium ad formam Decreti. *Congr. Episcopor. in una Conventualium apud* eund. *verb.* Ecclesia, *num.* 17. 547

1606. 6. Jul. —— Si ex justa causa proroget Episcopus concursum ad Beneficia, hujusmodi prorogatio est publicanda, alioquin concursus erit nullus. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Concursus. 548

1606. 24. Iul. —— Episcopus impedire non potest, ne Confratres Societatis Mortis incedant cum capite caputio cooperto. *Congr. Episc. in Cajetana apud* eund. *ibid. verb.* Confraternitas, *num.* 18. 549

1606. 21. Aug. —— Dum Romæ revidentur Decreta Synodalia, non convenit, quod Episcopus procedat ad eorum executionem. *Congreg. Episc. in Vintimillien. apud* eund. *ibid. verb.* Synodus, *num.* 7. 550

1606. 31. Aug. —— Terminus mensis à Concilio *sess.* 24. *cap.* 20. *vers. Præterea*, præfixus Notario Suffraganei ad dandum acta, potest à Metropolitano abbreviari. *Congr. Conc. in Castren. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 28. *num.* 82. 551

1606. 15. Nov. —— Non denegantur Ordines, ex eo, quod quis fuit Judex, si nullam incurrit irregularitatem. *Congr. Episc. in Squillacen. apud* Pascucc. *in* 552

Com.

Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1 *tit.* de Irregularitate, *pag.* 573.

1606.15.Nov. —— Ordinarius compellere non debet, ut Depositum Dotis Monialium fiat coram ipso, sed sufficit sibi relationem fieri de persona Depositarij, & Notarij rogandi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Depositum, *num.* 3. 553

1606.27. Nov. —— Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis habet jurisdictionem privative in Monachos Canonicos illius Ecclesiæ Cathedralis; & quando proceditur in figura judicij, habet prædictam jurisdictionem privativè, etiam quod Ecclesia Cathedralis non sit Regularis. *Rota in Montis Regalis Jurisdictionis coram Coccino apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 1. *num.* 17. 554

1606.9.Dec. —— Nullus Episcopus, vel Ordinarius locorum, aut eorum Vicarij possunt sub quovis prætextu molestare, perturbare, vel inquietare Abbatem Generalem Cęlestinorum Ordinis S. Benedicti pro tempore existentem, ob functiones solemnes, & usum Pontificalium in Ecclesijs sui Ordinis. *Palus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *in Constit. qua incipit* Ex injuncto, *posita post Constit.* 26. *Urbani VIII.* 555

1607.16.Jan. —— Non potest Episcopus extendere Officium, quod fieri solet in Civitate, ad suam Diæcesim. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Thesaur. Sacror. Rit. tom.* 2. *sect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 2. *num.* 11. 556

1607.1.Febr. —— Episcopus visitare non debet Ecclesias, & Loca exempta etiam tanquam Delegatus Apostolicus, nisi prius visitaverit sua, & tunc intimare visitationem omnibus indifferenter, & sine partialitate. *Congr. Conc. in Tornacen. & antea Congr. Episc. in Januen.* 1599.7 *Sept. apud* Crispin. *in tract. de Visit. Pastor. par.* 1. §. 13. *num.* 3. *& refert* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *nu.* 4. *vers.* XIII. amplia, *ubi quod* declarare debet, se id facere tanquam Delegatum Apostolicum, *ex eàd. Congr. in Messa-* 557

*nen.*1619.23. *Mar.* juxta Const. Pij. V. *qua incipit* Exposcit, *la* 136. Non tamen, quando visitat Parochiales Regularium, *ex ead. Congr. in S. Benedicti Portugallien.* 1607.1. *Nov.* quia Regulares quoad curam Animarum non dicuntur exempti, ex Trident. *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.*

1607.5. Febr. —— Non debet Episcopus sine causis multùm urgentibus præcipere Ecclesiasticis, ut mutent habitum: vel Rectoribus, ut diverso modo induantur ab alijs. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* eund. *in Flosc. verb.* Habitus, *num.* 1. 558

1607.5. Febr. —— In Monasterijs Monialium à Civitate remotis debet Ordinarius Personam Ecclesiasticam delegare ad concedendas licentias accedendi, vel ingrediendi, quas ipse tamen in principio anni recognoscet. *Congr. Episc. in Papien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 559

1607.17. Febr. —— Ordinarius non potest procedere contra Regulares solos incendentes, sine speciali commissione Sacræ Congregationis, sed eorum Superiores monere. *Congr. Episc. in Ariminen. & antea in Januen.* 1599.18. *Maij*, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Solus, *num.* 1. 560

1607. 20. Mar. —— Non potest Ordinarius prohibere, ne sui Clerici, vel alij confiteantur cuilibet Confessario approbato, etiam Regulari. *Congr. Episc. in Ferrarien.* & multò minus cogere, ut confiteantur sibi, *ead. Cong. in Nullius* 1604.17. *Maij*, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confessarius, *num.* 9. 561

1607.20. Mar. —— Ordinarius non debet prohibere sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne quis celebret ebriosus, nisi peracta digestione, quia exinde possent exoriri multi Scrupuli. *Congr. Episc. in d. Ferrarien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5 *tit.* 1. *numer.* 4. 562

1607.26. Apr. —— Licèt Concionator, sive Secularis, sive Regularis alterius Ordinis, ab Episcopo 563

po tantùm sit deputandus, hoc tamen procedit, quando Abbas non habeat pro se immemorabilem. *Congr.Conc. in Janven. apud cit.* Pascucc.*par.1.tit.* de Concionatoribus, *pag.*180.

1607.19.Maij. —— Septimum Candelabrum in Missis tantùm Episcopi solemnibus adhibeatur, non verò Defunctorum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Functiones Episcopales, *num.* 16. 564

1607.25.Maij. —— Dum aliquis Præpositus, seu alius Prælatus inferior est in quasi possessione per antiquam consuetudinem dandi licentiam audiendi Confessiones, administrandi Sacramenta, vel faciendi alia exercitia spiritualia, non debet ab Episcopo turbari: sed Episcopus si quid prætendit, jura sua (nihil interim innovando) deducere debet coram Sacra *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *de* Interdictis, *num.* 63. 565

1607.5.Jun. —— Si Communitas consueverit solvere procurationem Episc. visitanti, hujusmodi consuetudo est observanda. *Cong.Conc. in Nucerina, & antea in Vintimillien. ubi fuit dictum, quod* si Episcopus à Communitate exigit victualia, nihil à Clericis exigat, ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.2.tit.* de Visitatione, *pag.*425. 566

1607.5.Jun. —— Concedi potest Moniali Cellam ædificare, eaque uti, sua vita durante, vel alià à suis Consanguineis ædificata, *Congr. Episc. in Bituntina*: nec debet ab ea removeri pro faciendo Valetudinario, *ead. Congreg. in Cæsaraugustana* 1635. 11. *Maij*: non tamen illam vendere potest, *ead. Congr. in Mediolanen.* 1625. 8. *Nov.* licèt vellet erogare pretium in utilitatem Monasterij, nisi de licentia Sacræ Congregationis, & consensu Monialium, *ead. Congr. in Veneta* 1647. 3. *Maij*: neque decernere, quod Monialis antiana, quæ Cellam optare vult, teneatur aliquid solvere, *ead. Congr. in Januen.* 1620. 22. *Dec.* quod servari debet, etiam in casu permutationis, ne via fraudibus aperiatur, 567

ead. Congr. in Neapolitana apud eund. *ibid. tit.* de Monialibus, *pag.* 106.

1607. 7. Aug. —— Novitia furiosa debet remitti domum. *Congr. Episc. in Narnien.* Professa verò secus, *ead. Cong. in Parmen.* 1601. 25. *Iun. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Furiosus. 568

1607. 24. Aug. —— Decretum Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 20. *de reform.* non pertinet ad Regulares, nec imminuit eorum Conservatorias, neque quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducit, ita ut Regulares debeant convenire coram locorum Ordinarijs. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constit.* 34. *quæ incipit* Religiosorum, *&* *refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 32. 569

1607. 1. Sept. —— Coadjutor Episcopi non sedet Celebrans, nisi in Faldistorio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonicos paratos, neque septimum Candelabrum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Coadjutor, *num.* 6. *ubi num.* 9. *ait, quod* non utitur Baculo, nisi in Ordinationibus, *ex ead. Congr. eod. die, & anno.* 570

1607. 15. Sept. —— Si Episcopus allegaretur suspectus in cognoscendo, non diceretur suspectus in delegando, quia suspicio personam sugillat, sed non tollit jurisdictionem. *Congreg. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 2. *num.* 4. ubi hoc verum putat, quoties agatur de interesse Ecclesiæ, in cujus causa Episcopus est Judex competens, juxta sententiam Glossæ *in cap. si quis* 20. *quæst.* 7. 571

1607. 15. Sept. —— Perpensa opinione Glossæ *in cap. cavendum*, & aliorum, quod de jure Laici ad procurationem non teneantur, quodque Doctores testantur ita observari, quamvis contraria opinio forsan sit receptior, tamen satius putatur, nihil in hac re decernendum contra Laicos: ideoque Episcopus sua prudentia, & dexteritate, si impedimen- 572

mentum, & renitentia removeri non possit, se abstineat ab executione exactionis à Populis. *Congr. Conc. in Bisuntina apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.* 425.

1607.3.Oct. —— Moniales, quæ Officium recitare nesciunt, non debent consecrari. *Congr. Episc. in Fanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Consecratio Monialium, *num.* 3. 573

1607.22.Nov. —— Prælatus Nullius, non verò Episcopus vicinior approbat Canonicos. *Congr. Episc. apud eund. ibid. verb.* Nullius, *num.* 6. 574

1607.17.Dec. —— Archiepiscopo datur manutentio in quasi possessione juris Metropolici contra omnes Ecclesias, & Episcopos suæ Provinciæ, contra quos habet intentionem fundatam in jure, maximè si probat actus possessorios. *Rota in Theatina Iurisdictionis coram Ottembergo, apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 56. 575

1608.14.Jun. —— Episcopus in Festo Purificationis accepta candela à prima Dignitate, det statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Canonicorum munera erga Episcopum, *in addit. num.* 43. 576

1608.29.Nov. —— Non potest Episcopus extra suam Diœcesim exercere jurisdictionem contentiosam, nisi de consensu partium, & Ordinarij loci. *Congr. Episc. in Aquilejen. & antea in Salernitana* 1581. 23. *Maij*, juxta *cap. novit. de offic. leg. & Clem. unic. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 3. 577

1608.12.Dec. —— Nec Sacristana, nec Priorissa, nec alia Monialis egredi potest in Ecclesiam exteriorem occasione claudendi januam illius, vel quolibet alio pretextu. *Congr. Episc. in Brixien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 578

1609.10.Jan. —— Potest Episcopus cogere Dignitates, & Canonicos ad sibi assistendum, & inserviendum, etiam Censuris, alijsque juris remedijs. *Congr. Rit.* 579

in Reatina apud eund. *ibid. tit.* de Ritibus, *pag. 363.* *ubi quod* vim Episcopus jus habeat ad exigenda hujusmodi obsequia, sitque caput, debet etiam habere vim coactivam, per quam cogere possit ad ea sibi exhibenda: unde his ipsis pęnis compellere potest etiam primam Dignitatem, si recuset in assistendo obsequium debitum præstare, ut censuit *ead Congr. in* Calaguritana 1620. 12. *Dec.*

1609. 3. Mar. —— Ecclesia Abbatialis Regularis, per mutationem status non amittit privilegia, & immunitates. ac libertates sibi concessas, nisi expressè sint sublata, & nisi concernant ipsum statum, utputa ordinem regularem. *Rota in Cæsaraugustana Praeminentiarum coram Coccino apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. to. 1. disput. 15. quæsito 11. n. 12.* 580

1609. 4. Apr. —— Episcopus non debet amovere Arma, seu Insignia, & Monumenta, seu Memorias suorum Prædecessorum ab Ecclesia, vel Palatio Episcopali; maximè si fuerunt constructa proprijs ipsorum expensis. *Congreg. Episc. in Turritana; & alibi sæpissimè, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Insignia, *n. 1.* 581

1609. 27. Jul. —— Potest Episcopus compellere Regulares, etiam per Censuras, ut accedant ad publicas Processiones, & hoc ubique servandum esse censuit *Congr. Rit. in Ferrarien. & postea in Avversana* 1641. 12. *Feb. ac in Tarentina* 1642. 3. *Maij, nec non in Spoletana* 1650. 7. *Maij; apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Processionibus, *pag. 166.* 582

1609. 4. Aug. —— Coadjutor Episcopi non tenetur visitare Limina Apostolica, sed Coadjutus. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Limina Apostolorum, *num. 2. in addit.* 583

1609. 22. Aug. —— Si Præpositus quilibet, vel Archipresbyter secularis, qui non sit consecratus Episcopus, conferat Ordines etiam minores, Ordinatio est nulla; quolibet Privilegio non obstante: & idem dicendum de Dimissorijs. *Congr. Conc. in Carpen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num. 4.* 584

1609. 24.

1609.24.Aug. —— Abbates, & alij Prælati Regulares non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum. *Congr. Rit. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.1. disput. 22. quæsito 2. num. 2. ubi disput. 23. quæsito 1. num. 1. ait, quod* Abbas licèt habeat usum Mitræ, & Baculi, & solemniter Populo benedicere possit, privatam tamen Benedictionem, more Episcoporum, per vias minimè dare potest, *ex ead. Congr. eod. die, & anno*. 585

1609.3.Oct. —— Episcopus extra suam Diocesim existens non potest confiteri neque Regulari, qui non sit ab Ordinario loci approbatus. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 38. nu. 10.* 586

1609.2.Dec. —— Non potest Archiepiscopus concedere aliquam exemptionem in prima instantia Subditis Suffraganeorum. *Congr. Episc. in Montis Regalis apud* eund. *in Flosc. verb.* Archiepiscopus, *num. 2. ubi num. 3. ait, quod* non potest præcipere Suffraganeo, ut expediat aliquam causam intra certum terminum, puta triginta dierum, *ex ead. Congr. in Murana* 1602. 13. *Apr.* 587

1610.1.Jan. —— Episcopus dare debet Olea Sacra Oppidis, & alijs locis exemptis suæ Diæcesis: non enim eos decet aliò ire pro illis recipiendis. *Congr. Episc. in Hierosolymitana*: Etiam Regularibus, *ead. Congr. in Crotonien.* nam Oleum Infirmorum potest à Regularibus asservari in loco decenti pro eorum usu, *ead. Cong. in Umbriatiten.* 1601. 20. *Febr.* etiam à Monialibus, *ead. Congr. in Pennen.* 1601. 18. *Mar.* permittendo etiam quod protestentur illud recipere absque præjudicio suarum exemptionum, *ead. Congr. in S. Augustini* 1602. 28. *Iun.* dummodo non sint adeo parvi Conventus, ut in eis non vivant plures, quàm quatuor Religiosi, tunc enim non tenetur eis Episcopus illud dare, nisi tempore necessitatis, quando aliquis ex ipsis Religiosis infirmaretur, *ead. Congr. in Bovin.* 1595. 18. *Jul. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 15. nu. 4.* 588

1610.23.

arbitrio Episcopi. *Congr. Conc. in Motulen. & antea in Uritana* 1580. 21. *Maii*, *apud* eund. *ibid. tit.* de Legatis piis, *pag.* 9.

1605. 20. Iul. —— Nomine Ordinariorum veniunt etiam Abbates, & alii Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem, & proprium Territorium habentes, *ex littera Pontificia Pauli V. relata ab* Ascan. Tamb. *de Iure Abbat.* 2.1. *disp.* 1 *quesito* 4. *n.* 6. ubi aliam refert Litteram Clementis VIII. datam *sub die* 1. *Iul.* 1603. 534

1605. 22. Aug. —— Moniales non possunt Instrumenta celebrare sine licentia Ordinarii, & etiam Superiorum Regularium, si sunt sub eorum regimine. *Congr. Episc. in Cremonen. juncta. Constit.* 18. *Gregorii XV. quæ incipit* Inscrutabili, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Instrumentum, *num.* 2. 535

1605. 24. Sept. —— Canonicus, vel Dignitas factus Episcopus cum retentione Canonicatus, vel Dignitatis, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis, etiam ipso antiquioribus. *Congreg. Rit. in Ruthenen. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 18. *num.* 31. 536

1605. 13. Oct. —— Notarius Curiæ Episcopalis gaudet privilegio fori, quia est de familia Episcopi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Notarius, *n.* 7. 537

1605. 5. Nov. —— Moniales nullo modo per juramentum, vel censuras cogendæ sunt ad exprimendam causam, cur aliquam Novitiam à Professione reiiciant: sed si decreto interrogatæ, idoneam repulsionis causam non afferant, & in sua contumacia perseverent, Ordinarius certiorem faciat Sacram *Congr. Episc. in Pampilonen. apud* eund. *ibid. verb.* Novitius, *num.* 22. 538

1605. 18. Nov. —— Nulla adest prohibitio, quod Abbatissæ possint singulis annis mutari, *Congr. Episcop. annuente Clemente VIII. apud* Ascan. Tambur. *de Iure Abbatiss. disput.* 30. *quæsito* 1. *numer.* 10. præcipuè ex iis, quæ dicta sunt in Constitutione supra posita, & edita *anno* 1583. 1. *Ianuar.* 539

1605. 21. Nov. —— Abbas, qui habet jurisdictionem quasi Episcopalem in Personas seculares, potest deputare Vicarium Monachum Iurisperitum: quòd si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum Sæcularem Doctorem: & si id minus fieri possit, poterit assumere Vicarium Monachum non Doctorem, dando ei Doctorem pro Assessore, sine cujus consilio nihil agere possit, quod requirat altiorem indaginem. *Congr. Episc. in Nullius*, *& antea* 1603. 23. *Dec. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat el. part.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 345. 540

1605. 29. Nov. —— Non obstante quod Moniales jus habeant nominandi Capellanum, potest illum Episcopus ex justa causa reiicere, puta si sit junior; *Congr. Episc. in Bononien.* imo si Episcopus ipse dare velit Monialibus Capellanum juvenem, potest Abbatissa illum non recipere, *ead. Congr. in Messanen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Capellanus, *num.* 10. 541

1606. 23. Febr. —— Ubi saltem semiplenè non constat de impedimento Matrimoniali, Ordinarius sinat liberè contrahi Matrimonium. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. t.* 1. *l.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *n.* 30. *in fine.* 542

1606. 25. Febr. —— Abbas semel benedictus cum usu Bireti, si transferatur ad aliam Abbatiam cum usu Mitræ; non indiget alia Benedictione, sed potest per seipsum Mitram capere. *Congr. Rit. in Bituntina apud* eund. *in Flosc. verb.* Abbas, *num.* 4. 543

1606. 6. Mar. —— Potest Episcopus pensionem imponere ex causa permutationis Beneficiorum, quæ fieri potest coram eo in casibus à jure permissis: tunc enim potest ex officio, cessante pacto, mandare, ut recipiens Beneficium pinguius solvat aliquam pensionem ad coæquandos fructus utriusque Beneficii. *Rota in Albiganen. Confidentiæ coram Marquemontio*, *& antea in Meliten. Canonicatus* 1595. 5. *Mar. coram Millino*, *apud* Antonel. *de regim. Eccles. Episc. l.* 3. *c.* 11. *n.* 6. *ex* Barb. *de potest. Ep. alleg.* 58. *n.* 11. 544

1606. 6. Apr. —— Decretum Concilii Tridentini *cap.* 8.*seſſ.*25.*de reform.*tribuens Epiſcopis facultatem viſitandi Hoſpitale, & alia loca pia, non ſuſtulit ſundationes excludentes Epiſcopos à juriſdictione viſitandi. *Congr.Conc.in Abulen.apud* Paſcucc. *in Compend.ad Conſult.Canon.Jac. Pignatel.par.*1.*tit.* de Immunit.Eccleſiaſt.*pag.*497. 545

1606. 29. Apr. —— Prohibere non poteſt Epiſcopus, ne celebretur in Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ à Sacerdotibus tam Fratribus, quàm Capellanis dicti Ordinis, abſque ſua licentia. *Congreg. Epiſc. in Siracuſana apud* Nicol.*in Floſcul.verb.* Hieroſolymitani, *num.* 14. 546

1606. 1. Jul. —— Non poteſt Ordinarius prohibere, ne Regulares vocati accedat cum Muſicis ad alias Eccleſias, præterquam Monialium ad formam Decreti. *Congr.Epiſcopor.in una Conventualium apud* eund. *verb.* Eccleſia, *num.*17. 547

1606. 6. Jul. —— Si ex juſta cauſa proroget Epiſcopus concurſum ad Beneficia, hujuſmodi prorogatio eſt publicanda, alioquin concurſus erit nullus. *Congr. Conc.apud* Nicol. *in Floſc. verb.* Concurſus. 548

1606. 24. Iul. —— Epiſcopus impedire non poteſt, ne Confratres Societatis Mortis incedant cum capite caputio cooperto. *Congr. Epiſc. in Cajetana apud* eund. *ibid. verb.* Confraternitas, *num.* 18. 549

1606.21.Aug. —— Dum Romæ revidentur Decreta, Synodalia, non convenit, quod Epiſcopus procedat ad eorum executionem. *Congreg. Epiſc. in Vintimillien. apud* eund. *ibid. verb.*Synodus, *num.* 7. 550

1606.31.Aug. —— Terminus menſis à Concilio *ſeſſ.*24. *cap.* 20. *verſ.Præterea*, præfixus Notario Suffraganei ad dandum acta, poteſt à Metropolitano abbreviari. *Congr.Conc. inCaſtren.apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.*28. *num.*82. 551

1606.15.Nov. —— Non denegantur Ordines, ex eo, quod quis fuit Judex, ſi nullam incurrit irregularitatem. *Congr. Epiſc. in Squillacen. apud* Paſcucc. *in* 552

Com.

*Compend.ad Consult.Canon.Jac. Pignatel.par.1 tit.*de Irregularitate, *pag.*573.

*1606.15.*Nov. —— Ordinarius compellere non debet, ut Depositum Dotis Monialium fiat coram ipso, sed sufficit sibi relationem fieri de persona Depositarij, & Notarij rogandi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Depositum, *num.*3. 553

1606.27. Nov. —— Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis habet jurisdictionem privative in Monachos Canonicos illius Ecclesiæ Cathedralis; & quando proceditur in figura judicij, habet prædictam jurisdictionem privativè, etiam quod Ecclesia Cathedralis non sit Regularis. *Rota in Montis Regalis Jurisdictionis coram Coccino apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 1, *num.*17. 554

*1606.9.*Dec. —— Nullus Episcopus, vel Ordinarius locorum, aut eorum Vicarij possunt sub quovis prætextu molestare, perturbare, vel inquietare Abbatem Generalem Cælestinorum Ordinis S. Benedicti pro tempore existentem, ob functiones solemnes, & usum Pontificalium in Ecclesijs sui Ordinis. *Palus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *in Constit. qua incipit* Ex injuncto, *posita post Constit.* 26. *Urbani VIII.* 555

*1607.16.*Jan. —— Non potest Episcopus extendere Officium, quod fieri solet in Civitate, ad suam Diæcesim. *Congr.Rit. apud* Gavant. *in Thesaur. Sacror. Rit.tom.*2.*sect.*1. *cap.* 5. *tit.*2. *num.*11. 556

*1607.1.*Febr. —— Episcopus visitare non debet Ecclesias, & Loca exempta etiam tanquam Delegatus Apostolicus, nisi prius visitaverit sua, & tunc intimare visitationem omnibus indifferenter, & sine partialitate.*Congr.Conc. in Tornacen. & antea Congr. Episc. in Januen.* 1599.7 *Sept.apud* Crispin.*in tract.de Visit.Pastor.par.*1.§.13. *num.*3. *& refert* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.*3.*tit.*39.*nu.*4. *vers.* XIII. amplia, *ubi quod* declarare debet, se id facere tanquam Delegatum Apostolicum, *ex ead. Congr. in Messa-* 557

*nen.*1619.23. *Mar.*juxta Const.Pij.V.*qua incipit* Exposcit, *la* 136. Non tamen, quando visitat Parochiales Regularium, *ex eàd. Congr. in S. Benedicti Portugallien.*1607.1.*Nov.* quia Regulares quoad curam Animarum non dicuntur exempti,ex Trident. *cap.*11.*sess.*25.*de Regular.*

1607.5.Febr.—— Non debet Episcopus sine causis multùm urgentibus præcipere Ecclesiasticis, ut mutent habitum: vel Rectoribus, ut diverso modo induantur ab alijs. *Congr. Episc. in Ferrarien. apud* eund. *in Flosc. verb.* Habitus, *num.*1. 558

1607.5.Febr. —— In Monasterijs Monialium à Civitate remotis debet Ordinarius Personam Ecclesiasticam delegare ad concedendas licentias accedendi, vel ingrediendi, quas ipse tamen in principio anni recognoscet. *Congr.Episc.in Papien. apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult.Canon.Jac. Pignatel.par.*2.*tit.* de Monialibus, *pag.* 97. 559

1607.17.Febr. —— Ordinarius non potest procedere contra Regulares solos incendentes, sine speciali commissione Sacræ Congregationis, sed eorum Superiores monere. *Congr. Episc. in Ariminen. & antea in Januen.* 1599.18.*Maij*, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Solus, *num.* 1. 560

1607. 20. Mar. —— Non potest Ordinarius prohibere, ne sui Clerici, vel alij confiteantur cuilibet Confessario approbato, etiam Regulari. *Congr. Episc. in Ferrarien.* & multò minus cogere, ut confiteantur sibi, *ead. Cong. in Nullius* 1604.17. *Maij*, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confessarius, *num.* 9. 561

1607.20.Mar. —— Ordinarius non debet prohibere sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda, ne quis celebret ebriosus, nisi peracta digestione, quia exinde possent exoriri multi Scrupuli. *Congr. Episc. in d. Ferrarien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.*5.*tit.*1.*numer.*4. 562

1607.26.Apr.—— Licèt Concionator, sive Secularis, sive Regularis alterius Ordinis, ab Episco- 563

po

po tantùm sit deputandus, hoc tamen procedit, quando Abbas non habeat pro se immemorabilem. *Congr. Conc. in Januen. apud cit.* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 180.

1607. 19. Maij. — Septimum Candelabrum in Missis tantùm Episcopi solemnibus adhibeatur, non verò Defunctorum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Functiones Episcopales, *num.* 16. 564

1607. 25. Maij. — Dum aliquis Præpositus, seu alius Prælatus inferior est in quasi possessione per antiquam consuetudinem dandi licentiam audiendi Confessiones, administrandi Sacramenta, vel faciendi alia exercitia spiritualia, non debet ab Episcopo turbari: sed Episcopus si quid prætendit, jura sua (nihil interim innovando) deducere debet coram Sacra *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *de* Interdictis, *num.* 63. 565

1607. 5. Jun. — Si Communitas consueverit solvere procurationem Episc. visitanti, hujusmodi consuetudo est observanda. *Cong. Conc. in Nucerina, & antea in Vintimillien. ubi fuit dictum, quod* si Episcopus à Communitate exigit victualia, nihil à Clericis exigat, ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.* 425. 566

1607. 5. Jun. — Concedi potest Moniali Cellam ædificare, eaque uti, sua vita durante, vel aliâ à suis Consanguineis ædificata, *Congr. Episc. in Bituntina*: nec debet ab ea removeri pro faciendo Valetudinario, *ead. Congreg. in Cæsaraugustana* 1635. 11. *Maij*: non tamen illam vendere potest, *ead. Congr. in Mediolanen.* 1625. 8. *Nov.* licèt vellet erogare pretium in utilitatem Monasterij, nisi de licentia Sacræ Congregationis, & consensu Monialium, *ead. Congr. in Veneta* 1647. 3. *Maij*: neque decernere, quod Monialis antiana, quæ Cellam optare vult, teneatur aliquid solvere, *ead. Congr. in Januen.* 1620. 22. *Dec.* quod servari debet, etiam in casu permutationis, ne via fraudibus aperiatur, 567

ead. Congr. in Neapolitana apud eund. *ibid.tit.* de Monialibus, *pag.* 106.

1607.7. Aug. —— Novitia furiosa debet remitti domum. *Congr. Episc. in Narnien.* Professa verò secus, *ead.Cong.in Parmen.* 1601.25.*Iun.apud* Nicol. *in Floscul.verb.*Furiosus. 568

1607.24.Aug. —— Decretum Concilij Tridentini *sess.* 24.*cap.* 20.*de reform.* non pertinet ad Regulares, nec imminuit eorum Conservatorias, neque quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducit, ita ut Regulares debeant convenire coram locorum Ordinarijs. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar.tom.3.Constit.* 34. *quæ incipit* Religiosorum, *&* *refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.*1. *Constit.* 2. *Sixti IV.* §.11. *num.* 32. 569

1607.1.Sept. —— Coadjutor Episcopi non sedet Celebrans, nisi in Faldistorio, neque habet Diaconos assistentes, neque Canonicos paratos, neque septimum Candelabrum. *Congr. Rit.apud* Gavant.*in Manuali, verb.*Coadjutor, *num.6. ubi num.9. ait, quod* non utitur Baculo, nisi in Ordinationibus, *ex ead.* Congr. *eod. die, & anno.* 570

1607.15.Sept. —— Si Episcopus allegaretur suspectus in cognoscendo, non diceretur suspectus in delegando, quia suspicio personam sugillat, sed non tollit jurisdictionem. *Congreg. Conc. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.2.tit.*15.*form.*2.*num.*4. ubi hoc verum putat, quoties agatur de interesse Ecclesiæ, in cujus causa Episcopus est Judex competens, juxta sententiam Glossæ *in cap.si quis* 20. *quæst.* 7. 571

1607.15.Sept. —— Perpensa opinione Glossæ *in cap. cavendum*, & aliorum, quod de jure Laici ad procurationem non teneantur, quodque Doctores testantur ita observari, quamvis contraria opinio forsan sit receptior, tamen satius putatur, nihil in hac re decernendum contra Laicos: ideoque Episcopus sua prudentia, & dexteritate, si impedimen- 572

mentum, & renitentia removeri non possit; se abstineat ab executione exactionis à Populis. *Congr. Conc. in Bisantina apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.* 425.

1607.3.Oct. —— Moniales, quæ Officium recitare nesciunt, non debent consecrari. *Congr. Episc. in Fanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Consecratio Monialium, *num.* 3. — 573

1607.22.Nov. —— Prælatus Nullius, non verò Episcopus vicinior approbat Canonicos. *Congr. Episc. apud eund. ibid. verb.* Nullius, *num.* 6. — 374

1607.17.Dec. —— Archiepiscopo datur manutentio in quasi possessione juris Metropolici contra omnes Ecclesias, & Episcopos suæ Provinciæ, contra quos habet intentionem fundatam in jure, maximè si probat actus possessorios. *Rota in Theatina Iurisdictionis coram Ottembergo, apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 56. — 575

1608.14.Jun. —— Episcopus in Festo Purificationis accepta candela à prima Dignitate, det statim primæ Dignitati ante Vicarium Generalem. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Canonicorum munera erga Episcopum, *in addit. num.* 43. — 576

1608.29.Nov. —— Non potest Episcopus extra suam Diœcesim exercere jurisdictionem contentiosam, nisi de consensu partium, & Ordinarij loci. *Congr. Episc. in Aquilejen. & antea in Salernitana* 1581. 23. *Maij*, juxta *cap. novit. de offic. leg. & Clem. unic. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 3. — 577

1608.12.Dec. —— Nec Sacristana, nec Priorissa, nec alia Monialis egredi potest in Ecclesiam exteriorem occasione claudendi januam illius, vel quolibet alio prætextu. *Congr. Episc. in Brixien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 97. — 578

1609.10.Jan. —— Potest Episcopus cogere Dignitates, & Canonicos ad sibi assistendum, & inserviendum, etiam Censuris, alijsque juris remedijs. *Congr. Rit.* — 579

in Reatina apud eund. *ibid. tit.* de Ritibus, *pag.369. ubi quod* vim Episcopus jus habeat ad exigenda hujusmodi obsequia, sitque caput, debet etiam habere vim coactivam, per quam cogere possit ad ea sibi exhibenda: unde his ipsis pęnis compellere potest etiam primam Dignitatem, si recuset in assistendo obsequium debitum præstare, ut censuit *ead Congr. in Calaguritana 1620. 12. Dec.*

580 1609.3.Mar. —— Ecclesia Abbatialis Regularis, per mutationem statum non amittit privilegia, & immunitates. ac libertates sibi concessas, nisi expressè sint sublata, & nisi concernant ipsum statum, utputa ordinem regularem. *Rota in Cæsaraugustana Praeminentiarum coram Coccino apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. to. 1. disput. 15. quæsito 11. n. 12.*

581 1609. 4. Apr. —— Episcopus non debet amovere Arma, seu Insignia, & Monumenta, seu Memorias suorum Prædecessorum ab Ecclesia, vel Palatio Episcopali; maximè si fuerunt constructa proprijs ipsorum expensis. *Congreg. Episc. in Turritana, & alibi sæpissimè, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Insignia, *n. 1.*

582 1609. 27. Jul. —— Potest Episcopus compellere Regulares, etiam per Censuras, ut accedant ad publicas Processiones, & hoc ubique servandum esse censuit *Congr. Rit. in Ferrarien. & postea in Avversana 1641. 12. Feb. ac in Tarentina 1642. 3. Maij, nec non in Spoletana 1650. 7. Maij, apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Processionibus, *pag. 266.*

583 1609. 4. Aug. —— Coadjutor Episcopi non tenetur visitare Limina Apostolica, sed Coadjutus. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Limina Apostolorum, *num. 2. in addit.*

584 1609. 22. Aug. —— Si Præpositus quilibet, vel Archipresbyter secularis, qui non sit consecratus Episcopus, conferat Ordines etiam minores, Ordinatio est nulla; quolibet Privilegio non obstante: & idem dicendum de Dimissorijs. *Congr. Conc. in Carpen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num. 4.*

1609.24.Aug. —— Abbates, & alij Prælati Regulares non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum. *Congr. Rit. apud* Ascan.Tamburin. *de Jure Abbat. tom.*1.*disput.*22.*quæsito* 2.*num.* 2.*ubi disput.*23.*quæsito* 1.*num.*1.*ait, quod* Abbas licèt habeat usum Mitræ, & Baculi; & solemniter Populo benedicere possit, privatam tamen Benedictionem, more Episcoporum, per vias minimè dare potest, *ex ead. Congr. eod. die, & anno*. 585

1609.3.Oct. —— Episcopus extra suam Diocesim existens non potest confiteri neque Regulari, qui non sit ab Ordinario loci approbatus. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *nu.* 10. 586

1609.2.Dec. —— Non potest Archiepiscopus concedere aliquam exemptionem in prima instantia Subditis Suffraganeorum. *Congr. Episc. in Montis Regalis apud* eund. *in Flosc. verb.* Archiepiscopus, *num.* 2. *ubi num.* 3. *ait, quod* non potest præcipere Suffraganeo, ut expediat aliquam causam intra certum terminum, puta triginta dierum, *ex eàd. Congr. in Murana* 1602. 13. *Apr.* 587

1610.1.Jan. —— Episcopus dare debet Olea Sacra Oppidis, & alijs locis exemptis suæ Diæcesis: non enim eos decet aliò ire pro illis recipiendis. *Congr. Episc. in Hierosolymitana*: Etiam Regularibus, *ead. Congr. in* Crotonien. nam Oleum Infirmorum potest à Regularibus asservari in loco decenti pro eorum usu, *ead. Cong. in Umbriatiten.* 1601. 20. *Febr.* etiam à Monialibus, *ead.* Congr. *in Pennen.* 1601. 18. *Mar.* permittendo etiam quod protestentur illud recipere absque præjudicio suarum exemptionum, *ead. Congr. in S. Augustini* 1602. 28. *Iun.* dummodo non sint adeo parvi Conventus, ut in eis non vivant plures, quàm quatuor Religiosi, tunc enim non tenetur eis Episcopus illud dare, nisi tempore necessitatis, quando aliquis ex ipsis Religiosis infirmaretur, *ead. Congr. in Bovin.* 1595. 18. *Jul. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 15 *nu.* 4. 588

1610.23.

1610. 23. Jan. —— Orta difficultate super præcedentia inter Abbatem, & Monachos SS. Nazarii, & Celsi Congregationis Cassinensis, & Abbatem, ac Monachos Monasterii S. Mariæ in Organo Congregationis Olivetanæ, partibus auditis, in omnibus Processionibus, quæ Veronæ fiunt, in quibus prædicti Abbates & Monachi Cassinenses, & Olivetani simul interveniunt, præcedentiam dandam esse Abbati. & Monachis Cassinensibus censuit *Congr. Rit. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *num.* 5. 589

1610. 29. Mar. —— Est sufficiens causa deponendi Abbatem, ineruditio, *ex cap. fin. de ætat. & qualit.* tolleratur tamen, si sciat benè legere, & benè loqui latinè, ex Gloss. & DD. *in Clem.* 1. *de concess. præben.* nec probatur ineruditio ex eo, quod nescit respondere interrogatoriis, cùm esse possit, quod revolutione Librorum sciat quærere veritatem eorum, quæ scire tenetur, ex Innoc. *in cap. cùm in cunctis*, *num.* 1. *in fin. Rota in Tullen. seu Nullius Senonen. Monasterii coram Sacrato apud* eund. *ibid. disp.* 13. *quæsito* 8. *num.* 10. 11. & 12. *ubi quæsito* 2. *nu.* 13. *ait, quod* Abbas subjectum sibi Abbatem deponere debet pro causis dumtaxat inferius annotatis, videlicet, pro Hæresi, pro Simonia manifesta, pro immunditia carnali, pro dilapidatione sui Monasterii enormiter alienando, vel dissipando Bona, pro furto, Homicidio, gravi sortilegio, solemni perjurio, pro conspiratione, & si falsarius fuerit litterarum Summi Pontificis, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Principum, Episcoporum, vel Abbatum sui Ordinis, & si contra communia instituta ipsius Ordinis privilegia impetraverit, vel retinuerit, aut uti præsumpserit impetratis, prout constituit *Clemens IV. apud* Cherub. *in Bull. tom.* 1. *Constit.* 3. *quæ incipit* Parvus Fons, §. 26. & 27. 590

1610. 22. Maii. —— Potest quidem Episcopus hortari, sed non cogere Dignitates, & Canonicos, ut accedant 591

cedant

cedant ad lectiones Theologicas. *Congr. Cōc. in Bracharen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Can. Jac. Pignat. par.* 1 *tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 114.

1610. 13. Jun. —— Episcopus vicinior examinare debet etiam Parochos Locorum exemptorum. *Congr. Concil. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Parochus, *num.* 25. 592

1610. 1. Sept. —— Promotus etiam ad minores eodem die ab alieno Episcopo cum Dimissoriis sui Ordinarii datis sub conditione servandi Interstitia, dum promovetur ad secundum Ordinem, remanet suspensus, tanquam promotus sine Dimissoriis: & si ministret, fit irregularis, quia Ordinans excessit limites mandati. *Congr. Conc. in Salernitana apud* Nicol. *in Lucubr. tom.* 2 *l.* 1 *tit.* 11 *nu.* 3 *vers.* Notandum. 593

1610. 1. Oct. —— Ordinarius non concedit licentiam ingrediendi clausuram ad exorcizandum Moniales. *Congr. Episc. in Cremonen. & antea in Rhegien.* 1601. 15. *Maii*, *apud* eund. *in Flosc. verb.* Exorcismus, *nu.* 4. 594

1610. 13. Nov. —— Septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum nemini ingredi, nec hujusmodi Moniales alloqui liceat, nisi licentiæ cōcedendæ in casibus necessariis, quę Moniales respiciant, nedum à Superioribus Regularium dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscunque contrariis legibus, statutis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Monialibus. *pag.* 69. 595

1610. 19. Nov. —— Ordinarius prohibere non potest in genere, quo minus Regulares in Ecclesia sui Ordinis concionari valeant: non enim præsumitur adesse justa causa pro omnibus unius Religionis. *Congr. Episc. in Salernitana*: sed benè in specie ex aliqua causa justa, puta si quid in concione dicant, quod hæresim sapiat: vel quod offensioni, & scandalo sit, *ead. Congr. in Gerunden. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.* 87. 696

1610. 3. Dec. —— Confraternitates, etiam existentes 597

in

in Ecclesiis Regularium visitantur per Ordinarios, modò per Laicos administratores regantur. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Confraternitas, *num.* 14.

1610. 19. Dec. —— Si Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prędicare voluerint, non spectat ad Ordinarium examinare, sed ad eorum Superiores. *Congr. Episc. in Salernitana apud* Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Concionatoribus, *pag.* 179. — 598

1611. 7. Jan. —— Clausuræ exterioris claves remaneant semper apud Personas pias, moribus, & ætate graves, Divini honoris, Monialiumque decoris zelantes, ab Ordinario eligendas. *Congr. Episcop. in Lycien. & antea in Materana* 1599. 12. *Jul. apud* Nic. *in Flosc. verb.* Clavis, *num.* 3. — 599

1611. 21. Jan. —— Intra clausuram omnino prohiberi debet celebratio, etiam ad communicandas infirmas. *Congr. Episc. in Ulixbonen.* non obstante quolibet vel antiquissimo in contrarium usu, *ead. Congr. in Bononien.* 1601. 2. *Jan. apud* eund. *ibid. verb.* Missa, *numer.* 34. — 600

1611. 28. Ian. —— Locus Monialis translatæ non dicitur vacans. *Congr. Episcop. in Mutinen. apud* eund. *ibid. verb.* Locus. — 601

1611. 19. Mar. —— Spectat ad Episcopum approbare Vicecantorem, qui non sit de iis, qui alioquin in Choro adesse debent. *Congreg. Rit. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Canonicorum munera, & præsertim in Choro, *in addit. num.* 16. — 602

1611. 16. Apr. —— Potest Episcopus prohibere aliquod Matrimonium, donec obtineatur dispensatio, quãdo adsunt gravia inditia, quod Sponsus rem habuerit cum Matre Sponsæ. *Congr. Ep. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1 *lib.* 1 *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 71. — 603

1611. 30. Apr. —— Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus Episcopo inferior, non potest concursum, & examen instituere ad Parochiales existentes intra fines suæ jurisdictionis, & collationis, quando non habet potestatem congregandi Synodum, & — 604

actu

actu non congregat: sed hujusmodi concursus, & examen spectat ad Episcopum, intra cujus Diœcesis fines existit Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus inferior: & si non constat, intra cujus Diœcesis fines existat, id spectat ad Episcopum viciniorem. *Decisum in causa Castri Durantis refert* Ventrigl. *in Prax. rer. notabil. tom.* 2. *annot.* 5. §. 1. *n.* 24.

1611. 10. Maii. —— Iudex nequit extra suam Diœcesim, ubi tanquam privatus haberetur, Tribunal erigere, *cap. notandum* 2. *quæst.* 3. & *cap. Episcopum* 9. *quæst.* 3. nam locus exemptus, & locus extra Diœcesim judicantur à pari. *Rota in Constantien. Jurisdictionis coram Ortembergo apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 14. *num.* 3. 605

1611. 7. Jul. —— Omnia Hospitalia, & Loca Fratrum Congregationis Joannis Dei in Regnis Hispaniarum existentia, eorumque Personæ, & Superiores, etiam quod Personæ Religiosæ sint, & etiam Confrater Major jurisdictioni Ordinariorum locorum perpetuò subsint, ipsique Ordinarii in Loca, & Personas hujusmodi quoad Causas civiles, criminales, & mixtas, tam in Visitatione, quàm extra, plenam habeant potestatem. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constit.* 69. *quæ incipit* Romanus, §. 10. Liberantur tamen ab eodem Paulo V. *ib. Constit.* 113. *edita* 1619. 16. *Mar.* Salvis Sacrorum Canonum, & Tridentini Decretis, ac Pontificiis litteris in favorem Ordinariorum emanatis. 606

1611. 7. Jul. —— Si quando in Hospitalibus, & Locis antedictis Hospitalitas defecerit, iidem Ordinarii illa, eorumque Bona per Fratres hujusmodi, aut alias Personas, etiam Sæculares administranda, ita quod Hospitalia, & Loca, illorumque Bona prędicta nullatenus unquam dictæ Congregationi incorporentur, committere, & demandare possint, ac etiam debeant, imo, dum dictorum Hospitalium administratio ad ipsos Fratres pertinebit, teneantur omnino singulis annis suæ administrationis 607

nis rationem Ordinario reddere ad præscriptum Concilii Trident. *Paulus V. apud eund. ib.* §.11. & 12.

1611. 9. Sept. —— Causa necessaria, propterquam permittitur Episcopo, ac Superiori dare licentiam ingressus, solùm intelligitur, quando necessitas militat à parte Monasterii, non autem solùm à parte externorum, qui ingressuri sunt. *Congr. Conc. in Ravennat. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag.* 86. *ubi quod* hoc antea censuerat Glossa *in c. periculosa, verb. cum causa in princ. de stat. Regular. in* 6. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 1. num.* 6. 608

1611. 24. Oct. —— Abbas non habens aliquod ex tribus signis ad dignitatem constituendam requisitis, quæ sunt administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione, nomen Dignitatis, & Prærogativa tam in Choro, quàm in Capitulo, & quod de consuetudine Ecclesiæ habeatur pro Dignitate, non est propriè, & verè Abbas, sed abusivè, & impropriè Abbas vocatur, ac quamdam ventosã Dignitatem repræsentat. *Rota in Hispalen. Praeminentiarum coram Penia:* ideoque Abbatis nomen habens absque Dignitate, non præfertur Canonicis Collegiatæ, sed illis cedit, *ead. in d. Hispalen.* 1612. 4. *Iun. coram eod. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. in fine 3. tomi, decis.* 6. & 7. 609

1611. 9. Dec. —— Collocata in Monasterio pro exploratione, non permittitur, quod aliquem loquatur, præter Abbatissam, nec quod victum accipiat à Consanguineis, *Congr. Episcop. in Perusina:* exploratio autem voluntatis Novitiarum ante Professionem fit vel ad Crates, vel ad Fenestellam Communionis, vel etiam in Ecclesia exteriori, *ead. Congr. in Neapolitana* 1621. 20. *Mar.* quæ quidem exploratio pertinet ad Episcopum, in cujus Diæcesi situm est Monasterium, *ead. Congr. in Ravennaten. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Exploratio, *num.* 1. & 2. 610

1612. 17. Febr. —— Non potest Episcopus retardare executio- 611

cutionem Dispensationis Matrimonialis concessæ sine causa, sub prætextu, quod id non possit in conscientia facere, nisi prius exactè verificentur causæ, quæ moverunt Sanctissimum ad illam gratiam concedendam: sed ei sufficere debet verificatio narrati gradus, quod Contrahentes sint honestæ familiæ, & quod non intervenerit raptus. *Congr. Episc. in Vintimillien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *nu.* 78. *ubi etiam quod* in Dispensationibus gratiosis concessis sine expressione certæ causæ, sed tantùm in genere *certis ex causis, &c.* non sunt probandæ causæ expressæ in genere, sed tantùm expressæ in specie, putà nobilitas gradus, & si quæ alia, *Congr. Conc. in Patavina* 1599. 2. *Sept.*

1612. 26. Mar. —— Ordinarius potest visitare omnes Ecclesias suæ Diæcesis: & si sint exemptæ, vel Nullius, potest eas visitare tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, non obstantibus Privilegiis quibuscunque. *Rota in Toletana, seu Nullius Jurisdictionis coram Pirovano apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 67. 612

1612. 13. Apr. —— Edictum Episcopi, quod Ecclesiastici teneantur mundare vias in servitium Laicorum, est contra Ecclesiasticam libertatem. *Congreg. Immunit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 387. 613

1612. 2. Maii —— Non potest Ordinarius mutare Conservatorium Orphanarum omni humano auxilio destitutarum in Monasterium contra dispositionem Fundatorum. *Congr. Episc. in Majoricen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Conservatorium, *num.* 2. 614

1612. 4. Maii. —— In Ecclesiis Parochialibus effectis de Mensa Monasterii Monachorum non potest Episcopus constituere Vicarios perpetuos vigore Tridentini *cap.* 7. *sess.* 7. *de reform.* nam hujusmodi Ecclesiæ non sunt simpliciter Monasterio unitæ, sed ex litteris Pontificum effectæ de Mensa Monasterii: 615

sterii: quia conceduntur Ecclesiæ cum Bonis, & cum illarum administratione, quod non importat simplicem unionem, sed quod Ecclesia unita fiat de Mensa Monasterii, *ex Glos.* 1. *in Clem.* 1. *verb. de Mensa*, *Rota* in *Theatina Jurisdictionis coram Coccino apud* Pascucc. *par.* 2. *tit. de* Parocho, *pag.* 217. *ubi ideo ait*, *quod* quando Ecclesia est de Mensa Monasterii, tunc de Jure non est locus deputationi Vicarii perpetui, sed Abbas potest retinere in illis Presbyterum sæcularem ad nutum amovibilem, qui ipsum adjuvet in Cura.

1612. 4. Jun. —— Abbates non veri, nec reales, sed ventosi, nomen Abbatis impositum habentes, absque dignitate, concurrentes cum Canonicis in quibusvis actibus, cæteris paribus, eis cedunt, nedum si sint Cathedralis Ecclesiæ, verùm etiam Collegiatæ. *Rota in Hispalen. Praeminentiarum coram Penia apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quesito* 2. *num.* 21. ¶ Abbates igitur veri, & reales prçferuntur Canonicis Ecclesię Cathedralis, *ex Rota in d. Hispalen.* 1611. 1. *Iul. coram eodem:* ac à fortiori præcedunt Canonicos Collegiatæ juxta regulam *in l. de accessionib. ff. de divers. & temporan. præscipt.* scilicet, *si vinco vincentem te, multò magis vinco te:* Prædicta tamen intelligenda sunt, quando Canonici singuli incedunt, secus ubi Collegialiter, & in actibus, in quibus Cathedralem Ecclesiam repræsentant. *ibid. num.* 9. *& seqq.* 616

1612. 7. Iul. ——Solis Episcopis licet sumere Paramenta de Altari. *Congr. Rituum apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Missæ ritus, *num.* 10. 617

1612. 1. Sept. —— Non potest Episcopus signum, quod habere debent Canonici Cathedralis ad distinctionem, concedere illis, vel concessum mutare. *Congr. Rit. in Hydruntina apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 2. *num.* 27. *& refert etiam* Corrad. *in Prax. Benefic. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 24. 618

1612. 24. Sept. —— Cùm Episcopo placuerit cantare Missam, 619

Missam, vel alias solemnes functiones peragere extra suam Cathedralem, non potest cogere Capitulum ad assistendum. *Congr. Episc. pro functionibus factis in Ecclesia Carmelitarum, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Assistens, *ubi tamen ait, quod* Sacra Congregatio Concilij 1588. 22. Mar. declaravit, teneri Capitulum dare Assistentes Episcopo solemniter etiam extra Cathedralem celebranti Missas, vel Vesperas, vel Ordinationes, etiamsi malè faceret, contra Tridentini præceptum illis diebus Cathedralem deserendo.

1612.13.Nov. —— Non debet Episcopus compellere ad unionem Confraternitates. *Congr. Epis. in Narnien. apud.* eund. *ibid. verb.* Unio, *num.* 1. 620

1613.19.Jan. —— Abbates, quando sunt plures in eodem loco, & habent Clerum distinctum, debent in Processionibus incedere, quisque cum suo Clero, & in suo loco. *Congr. Rit. in Nucerina Galdi, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *num.*8. 621

1513.12.Febr. —— Regulares non sunt cogendi ad acceptandum in suis Ecclesijs Concionatores sæculares, vel diversarum Religionum. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag.*180. *ubi* nisi tamen esset consuetudo in contrarium, *ex ead. Congr. in Firmana* 1614. 28. *Febr.* 622

1613.10.Maij. —— Pro generali Visitatione indicenda potest Episcopus solus facere Edicta generalia absque consensu, & consilio Capituli: Hoc tamen non procedit simpliciter, sed in Edictis dumtaxat, quæ fiunt pro præparatione Visitationis, & quæ præire solent Visitationem generalem, quæ fit sine inquisitione solemni: secus verò in Edictis, quę fiunt pro Visitatione generali, quæ fieri debet in forma judicij, & per inquisitionem solemnem. *Rota in Illarden. Visitationis coram Ubaldo, apud* eund. *par.* 2 *tit.* de Visitatione, *pag.*425. 623

1613.11.Jun. —— Possunt Parochi eodem tempore concionari, quo concionatur Episcopus. *Congr. Conc. apud* Barbos. *de Potest. Paroch. par.* 1. *cap.* 14. *numer.* 3. 624

1613.26.Jun. —— Non potest Episcopus procedere ad aliquam pęnam pro contraventione præcepti facti ad aures. *Congr. Episc. in Brundusina, apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Præceptum, *num.* 6. 625

1613.30.Jul. —— Auditor Cameræ, & quivis alius Judex Romanæ Curiæ non potest hodie cognoscere de causis externis in prima instantia, nec monitoria concedere ad extrahendas partes à suis domicilijs, neque de consensu Ordinarij, tum propter præjudicium Jurium Metropolitani, tum ne Subditi vexentur inviti. *Congreg. Episc. in Lycien. apud* eund. *ibid. verb.* Auditor, *num.* 2. *ubi etiam quod si* concedat, debet illa revocare absque citatione Partis, tanquam concessa de facto, *ex ead. Congreg.* 1622. 2. *Sept.* 626

1613.30.Jul. —— Si Episcopus prohibeat, ne ullus Laicus Chorum ingrediatur ad canendum sine habitu Clericali cum Superpelliceo, Auditor Cameræ non debet illi inhibere, quia hæc materia non admittit appellationem. *Congr. Rit. in Perusina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Præcedentia, *pag.* 235. 627

1613.27. Aug. —— Consensus ab Episcopis in erectione Conventus præstari debet gratis. *Congr. Episc. in una S. Augustini, apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Conventus, *numer.* 3. 628

1613.27.Aug. —— Episcopus statim expellere debet à Civitate Presbyterum, qui scribit Monialibus litteras amatorias. *Congr. Episc. in Eugubina apud* eund. *ibid. verb.* Conversatio, *num.* 1. 629

1613.27.Sept. —— Non potest Episcopus Edictum facere, prætertim cum pęnis Censurarum, ut qui infirmatur extra Civitatem, teneatur se deferri facere intus in domum suam, vel Consanguineorum,

vel

vel Amicorum, vel Hospitalis. *Congr. Episc. in Vintimillien. apud* eund. *ibid. verb.* Infirmus, *nu. 1.*

1613.3.Oct. —— Appellationes in causis Sancti Officij non admittuntur ab Ordinarijs, nisi ad Sedem Apostolicam, sive ad Sacram *Cong. S. Offic. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Io. Pignatel. par. 1. tit.* de Appellationibus, *pag. 26.* ubi alia praecedens Decisio edita 1587. 13. Aug. 631

1613.13.Nov. —— Si Episcopus non habet propriam taxam pro Notarijs, debet uti taxa Fori Archiepiscopalis, vel eam conficere conformem alijs Curijs vicinis. *Congr. Episcopor. in Tridentina apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 6. num. 244.* 632

1613.11.Dec. —— Abbates non sunt associandi ex sua Domo, nec excipiendi, cùm ad Pontificaliter celebrandum accedunt, quia Caeremoniale Episcoporum in hoc casu non comprehendit Abbates. *Congr. Rit. in una Hispan. S. Joannis de Pegna, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abb. tom. 1. disput. 21. quaestio 8. num. 6.* 633

1614.19.Jan. —— Solus Episcopus potest habere fenestras in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Ecclesia, *in addit. num. 2.* 634

1614.14.Mar. —— Saltare, vel choreas ducere in Quadragesima, non debet esse casus reservatus, *Congr. Episc. in Casalen.* nec in saecularibus etiam Sacerdotibus lapsus carnis cum soluta, qui non sit contra naturam, *ead. Congr. in Perusina 1618. 13. Mar.* nec debita non solvere, etiam Ecclesijs, *ead. Cong. in Croton. 1620. 12. Mar.* nec violatio Festorum, *ead. Congr. in Neapolitana 1625. 2. Dec. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Casus reservati, *num. 3.* 635

1614.14.Mar. —— Episcopus non potest de fructibus superfluis fabricae unius Ecclesiae tradere fabricae alterius, nec aliàs commutare ultimas voluntates, sine licentia Papae. *Congr. Episc. in Cremonen. & alibi*, juxta *Clem. 2. de Relig. Domib.* & Conc. 636

Trid. *sess.* 22. *cap.* 6. *apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 31. *numer.* 7.

1614.21.Mar. —— Non est permittendum, quod Milites habitent prope Moniales. *Congr. Episc. in Asculana apud* eund. *in Floscul. verb.* Habitatio, *nu.* 1. 637

1612.12.Apr. —— Si incæpta Consecratione correptus morbo Episcopus deficiat, & præsertim antequam ungantur Cruces, resumenda est à capite Consecratio, *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Ecclesiæ consecratio, *in addit. num.* 2. 638

1614.25.Apr. —— Baricellus Episcopi, cùm sit de ejus familia, gaudet privilegio fori. *Congr. Episc in Sorana apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Baricellus, *n.* 1. *ubi num. seq. ait*, *quod* debet stare sindicatui in ejus Tribunali: unde in principio officij de hoc cavere tenetur *ex eàd. Congr. in Civit. Castell.* 1615. 14. *Apr.* 639

1614.14.Maij. —— Ordinatio non est inhibendum in exercitio juris visitandi omnes Ecclesias, & Administratores locorum piorum suæ Diœcesis etiam quod prætenderetur aliquod Privilegium, nisi illo prius exhibito, & diligenter discusso, & pendente discussione Ordinarius est manutenendus in quasi possessione. *Rota in Toletana exemptionis coram Pamphilio apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 53. 640

1614.13.Jun. —— Ordinarius non potest præcipere Monialibus, ut assignent Professæ usumfructum suæ hæreditatis. *Congr. Episc. in Burgi S. Sepulchri apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Hæres, *num.* 6. 641

1614.21.Jun. —— Functio Olei Sacri in Cathedrali Ecclesia habenda est. *Congr. Conc. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 1. *vers.* Ejus necessaria materia, *ubi etiam quod* Episcopus statuere potest, ut unus saltem Canonicus ex unoquoque Capitulo Ecclesiarum sibi subjectarum, & unus Sacerdos ex unoquoque loco Diœcesis intersit, dum ipse Oleum Sanctum consecrat, *ex eàd. Congreg.* 1631. 12. *Iul.* 642

1614.5.

1614.5.Jul. —— Poteſt Epiſcopus prohibere, ne Campanæ nondum benedictæ pulſentur. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Campanæ, *in addit.* 643

1614.29.Aug. —— Poteſt Ordinarius contra Hieroſolymitanos procedere, ſi accedant ad Monaſteria Monialium contra formam Decreti. *Congr. Episc. in Parmen. & antea in Hieroſolymitana* 1605. 18.*Feb. ac in Neapolitana* 1599. 12.*Jul. apud* Nicol. *in Floſc. verb.* Hieroſolymitani, *num.* 5. 644

1614.10.Sept. —— Abbates utcumque benedicti, licèt benedicere non poſſint ea, in quibus Sacra Unctio requiritur, ſi tamen muniti fuerint ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ Privilegijs, munus prædictæ Benedictionis quoad ea, in quibus requiritur Unctio prædicta, impendere poterunt. *Congr.* Conc. *ad favorem Caſſinenſium, apud* Aſcan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 23. *quæſito* 1. *num.* 5. *& refert etiam* Barboſ. *de Iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 67. 645

1614.5.Dec. —— Epiſcopus eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione cognoſcendi cauſas Matrimoniales, & criminales, ex ſola juris aſſiſtentia contra inferiores immemorabili ſe juvantes, donec per tres ſententias conformes de hac re cognoſcatur; etiamſi inferiores poſſeſſionem, & privilegium oſtendant. *Rota in Theatina Iuriſdictionis de Ateſſa coram* Coccino *Decano, apud* d. Tamburin. *tom.* 2. *diſput.* 8. *quæſito* 6. *num.* 5. *&* 6. 646

1614.5.Dec. —— Quando conſtat per fidem Parochi de morte alterius Conjugis & ſtatu libero ſuperſtitis, qui ſemper in eadem Parochia poſt mortem prioris habitavit, non ſunt gravandæ partes expenſis proceſſuum pro tranſitu ad ſecundas Nuptias. Congr. *Epiſc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptijs, *num.* 53. *in fine.* 647

1615.16.Jan. —— Epiſcopi in Viſitatione Monialium, quæ Educandas recipiunt, ſedulò inquirere debent, an conditiones, quibus hæ admittuntur, ſerventur: & ſi quos abuſus vigere reperiat, tollere non 648

omittat: quod si ob angustiam Monasterij locum separatum, capacem, & aptum, in quo unaquęque Educanda in suo lecto separato dormire queat, non adesse conspexerit, licentias pro Educandis de novo introducendis non exequatur, & quoad jam introductas statim certioret *Congr. Episc. in S. Severini, & antea in Aretina* 1594.8.*Feb. ac in Messanen.*1595.24.*Jan. apud* Monacelli *in Formular. leg. pract. par.*1.*tit.*11.*form.* 3.*num.* 5.*& refert etiam* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 1. *quæsito* 2.*num.* 13.

1615.30.Jan. —— Non potest Episcopus solitam eleemosynam prætendere, nec titulo paupertatis, quando per seipsum in sua Ecclesia, in qua prædicari solet, vellet conciones habere, quia hic proprium munus adimplet: nisi in casu, quo Universitas, vel alius Nominator Episcopum deputasset, aut spontè solvere vellet. *Congr. Episc. apud d.* Monacel. *ibid. tit.*12.*form.*7.*num.*7. 649

1615.20.Febr. —— Non potest Episcopus prorogationem aliquam concedere Abbatissę ultra triennium, etiam nomine Vicariæ, vel Præsidentis, vel alio. *Cong. Episc. in Adrien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Abbatissa, *num.*9. 650

1615.10.Mar. —— Non potest Episcopus deputare pro Missa Oratorium in Domo privata. *Paulus V. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Missa, *num.*18. *ex* Naldo, *sub. eod. verb. num.*31. 651

1615.20.Mar. —— Nullus inferior potest acquirere aliquam quasi possessionem Jurisdictionis in præjudicium Ordinarij, sine illius licentia, & patientia. *Rota in Calagurina coram Ubaldo apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*2.*tit.* de Monialibus, *pag.*117. 652

1615. 10. Apr. —— Cellarum vacatio quotiescunque occurrerit per Monialium obitum, aut per quemcunque alium casum, fieri debet illarum distributio alijs Monialibus professione anterioribus. *Cong. Episc.* 653

Episc. in Mutinen. Vacantes verò assignari debent secundùm antianitatē,nec Superior Regularis potest aliter ordinare , *ead.Congr.in Ferrarien*. 1597. 3.*Jun*.& antianitas incipit à die Professionis emissæ , non autem habitus suscepti , *ead.Congr*. 1645. 5.*Jul*. idque non obstantibus Superiorum mandatis , *ead. Congr.in Faventina* 1603.11.*Apr*. nisi tamen in aliquo Monasterio adesset consuetudo immemorabilis , quod Cellæ vacantes distribuantur, & assignentur ad arbitrium Abbatissæ, & Discretarum , *ead. Congr. in Mutinen*. 1653.24.*Jan. apud* eund. *ibid. pag*. 106.

1615.10.Apr.—— Translatio Monialium non debet fieri à Prælatis , inconsulta Sede Apostolica . *Cong. Episc. in Barchinonen apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput*. 21. *quæsito* 10. *numer*. 6. *ex* Barbosa *in Collect.Bull.verb*.Monialium translatio. 654

1615. 14. Apr.—— Potest Episcopus retinere Familiam armatam , & Satellites , quia in sua Diœcesi dicitur Princeps , & habere merum , & mixtum imperium .*Congr.Episc.in Civitatis Castelli ad* 3.juxta Gloss.*in cap. Si quis* 2. *quæst*. 7. & Conc. Triden. *sess*.25 *cap*.23. ac DD. communiter , *ut refer*. Monacel. *in Formular. leg. pract.par*.1 *tit*.1 .*form*.15.*n*.1. 655

1615.14.Apr. —— Satellites non possunt, neque debent exercere officium Cursoris , sed Citationes , & intimationes per fidelem , & publicum Bajulum ab Ordinario electum exequi , & intimari debent, ut respondit *Congr. Episcop. in d. Civitatis Castelli ad* 5 *apud* eund. *ibid.form*.16.*num*.5. 656

1615.14. Apr. —— In criminalibus potest Episcopus uti Notario Civitatis criminali , qui si advena sit, non excedat tamen taxam sub quovis prætextu . *Congr.Episcop. apud* Gavant. *in Manuali , verb*. Notarius , *num*.19. 657

1615.14.Apr. —— Si Episcopus propria auctoritate , & sine consensu Capituli erigat Canonicatum,seu Dignitatem , nulliter agit,ut per doctrinam Felin. 658

in cap. cùm accessissent, num. 15 *de constit.* nec non Fagnan. *in cap. Dilecto num.* 18. *de Preb.* censuit *Congr. Conc. in Sabinen. & postea in Mazarien.* 1692. 20. *Sept. ac in Aquinaten.* 1677. 20. *Febr. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 2. *form.* 4. *num.* 14.

1615. 8. Maij. —— Si adsint plures Puellæ, sive Educandæ, sive extra Monasterium, quæ instent admitti ad habitum Religionis in loco numerariæ Monialis defunctæ: vel sibi concedi nominationem, & locum quem fortè Moniales vigore alicujus legati concedere, & distribuere debent: tunc unam, vel plures admittere spectat ad Moniales liberè, & Episcopus præter voluntatis explorationem nil aliud facit; ut respondit *Congr. Episc. in Placentina apud* eund. *ibid. tit.* 11. *form.* 12. *nu.* 1. 659

1615. 22. Maij. —— Episcopus non nisi in necessitatis articulo, & gravibus, maturæque ætatis Ecclesiasticis Personis associatus, Monasteriorum septa ingredi potest. *Congr. Episc. in Gallipolitana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form.* 41. *numer.* 12. 660

1615. 6. Jun. —— Dotales eleemosynæ si sint Monialium, vel Conversarum intra numerum existentium, emissa ab eis Professione, in usus communes Monasterij necessarios erogari, & expendi possunt: Supernumerariarum autem dotes, post earum Professionem, in emptionem bonorum stabilium omnino convertantur. *Cong. Episc. apud* Asc. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 5. *quæsito* 7. *numer.* 6. 661

1615. 17. Jul. —— Nisi priùs constiterit, Monasteria auctoritate Apostolica extructa fuisse, in ea Moniales non sunt transferendæ. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. disput.* 21. *quæsito* 10. *num.* 6. *ex* Barbosa *in Collect. Bullar. verb.* Monialium translatio. 662

1615. 30. Jul. —— Syndici, sive Officiales deputati Monasteriorum durare debent per triennium, & non ultra, *Congr. Episc. in Orien.* Quod si Episcopus 663

pus advertat, non esse utiles, parùmque propensos, & diligentes servitio, etiam durante triennio poterit eos removere, *ead. Congr. in Surrentina* 1617. 12. *Maij*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 13. *num.* 9. *ubi quod* si tamen Episcopus velit ante præfinitum tempus Officiales removere, prudenter id agat, & cum causa gravi: quia remotus ab Officio, præsumitur remotus propter delictum, & culpam, & ideo maximum dedecus est ab eo amoveri, *cap.* 7. *dist.* 56. & cùm honor sit administrare, & dedecus removeri, *l. Testam.* 51. *ff. de manumiss. Testam.* ubi Gloss. *verb. negotio*, sequitur, quod peccetur contra justitiam, si quis ab Officio ab alio, quàm Episcopo collato, depellatur sine magna causa.

1615. 8. Aug. —— Etiam Episcopus profanare potest Cęmeterium, prout censuit *Cong. Conc. in Leirien. ad c.* 7. *sess.* 21. *apud* Nic. *in Lucub. to.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 255. **664**

1615. 25. Aug. —— Episcopus, vel Vicarius dare debent in scriptis licentias laborandi diebus festivis, *Congr. Episc. in Civitatis Castellanæ apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Festis diebus, *pag.* 297. *ubi etiam quod* Pęna pro trangressione Festorum imponenda debet esse moderata, & si fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium Ordinarij; & reliquum, si fuerit exactum, restitui, *ex ead. Congr. in Cornetana* 1642. 12. *Dec.* neque pro pęna debent bona confiscari, *ex ead. Congreg. in Crotonen.* 1604. 21. *Iun.* nam Constitutio Pij V. de amissione Animalium, uti rigidior, non fuit quoad hanc partem usu recepta, unde merces cum Animalibus pro hujusmodi transgressione confiscatas, seu ablatas restitui mandavit *ead. Cong. in Camer.* 1617. 11. Aug. **665**

1615. 15. Sept. —— Episcopus visitans Monasteria Monialium Regularibus subjectarum potest uti opera exemplarium aliquot Sacerdotum etiam Regularium. *Congreg. Episc. in Varcellen. ad* 6. *apud* **666**

Nicol.

Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers.* X. amplia.

1615.6.Oct. —— Non possunt Episcopi sibi reservare eorum absolutionem, qui nocte per Civitatem inhonestè canentes deambulant. *Congreg. Episcopor. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Casus reservati, *num.* 13. — 667

1615.12.Nov. —— Non possunt Regulares in Canone nominare Superiores suos ut Antistites. *Congr. Rit. apud* eund. *in Thesaur. Sacror. Rit. tom. 1. par. 2. tit. 8. lit. n. in fine, ubi quod* nominantes suum Generalem pro Episcopo loci peccant mortaliter, ex Diana *tract. 14. de celebr. Miss. resol. 40.* neque nominandus est Abbas exemptus loci, sed Episcopus vicinior, ad quem pro Ordinatione itur; neque enim Abbas est Antistes, de quo in Canone: Non debet autem nominari Episcopus Celebrantis, ut vult Alcuin. *de celebr. Miss.* & Innoc. *lib. 3. cap. 5.* sed Episcopus loci, in quo celebratur, ut placet Bellarmino *lib. 2. de Miss. cap. 21.* & expressè habetur in Rubrica, ibi: *Ordinarius illius loci.* — 668

1615.14.Nov. —— Non potest Episcopus delegare alijs Benedictionem Paramentorum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Benedictio, *n.* 5. *ex* Silv. *sub eod. verb. num.* 2. — 669

1615.23.Nov. —— Quando Episcopus est in quasi possessione ex alia ratione, quàm feudi, cognoscendi causas civiles, vel mixtas, vel etiam criminales aliquorum Laicorum, vel omnium (ut in locis, ubi Tribunalia sunt communia) appellationes à sententia Episcopi deferantur ad Tribunalia superiora Ecclesiastica, non Laica. *Congr. Episc. in Salernitana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 1. tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 149. — 670

1616.11.Ian. —— Exempti ab Ordinariorum jurisdictione nequeunt ab ipsis Ordinarijs, vel eorum Ministris excommunicari. *Rota in Toletana Iurisdictio-* — 671

dictionis coram Buratto apud Ascan.Tamburin.*de Iure Abbat.in fine 3.tomi, decis.*118.

1616. 15. Jan. —— Patres, & Matres Monialium possunt eas alloqui sine licentia, non tamen in diebus prohibitis. *Congr.Episc.apud* eund. *de Jure Abbatiss. disput. 26. quæsito 1.num.4. ubi quod* etiam Filii Monialium possunt proprias alloqui Matres sine licentia, *ex ead.Congr.*1619.15.*Mar.* 672

1616. 15. Ian. —— Depositum Dotis debet esse effectivum, non autem fictitium, sive confessionatum (ut sæpè fit) aliàs si depositum, secuta Professione, exigi non posset, & pecunia (quæ fortè realiter non fuit deposita) integraliter Monasterio non solveretur, Episcopus, si fictionis esset conscius, teneretur de proprio. *Congr.Episc.in Brundusina, & antea in Portugallen.* 1615.6. *Iun. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.*1.*tit.*11.*form.*7. *num.*7. 673

1616. 22. Ian. —— Non permittat Episcopus deputari à Civitatibus aliquos, qui comitentur Visitatores Monialium Regularibus etiam subjectarum. *Congr. Episc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss.disput.*24. *quæsito* 9. *num.*2. 674

1616. 5. Febr. —— Non est imponenda Excommunicatio contra Clericos ludentes, vel ludere spectantes. *Congr. Episcop.apud* Gavant.*in Manuali, verb.* Excommunicatio, *num.* 37. 675

1616. 6. Febr. —— Non licet Ordinariis locorum Monasteria Regularium eo prætextu visitare, quod illorum Superiores admoniti intra sex menses illa non visitaverint, vel correxerint, nisi eadem Monasteria vel sub Commenda existant ex Decreto *cap.*8.*sess.*21. vel Suorum Ordinum capitibus non subsint, ac sese in Congregationem reducere neglexerint juxta *cap.*8.*sess.*25. *de Regul.* ut resolvit *Congr. Conc.apud* Nicol.*in Lucubr.tom.*2.*l.*3.*tit.*39.*n.*4.*vers.* IV.amplia, *ubi quod* potest Ordinarius visitare Oratoria, in quibus Missæ celebrantur, modò sint extra Claustra, *ex ead. Congreg. in Perusina, & Novarien.* 676

1616.

1616. 4. Mar. —— Episcopus prohibere non potest, ne quis sepeliatur in Parochiali absque sua licentia licèt repentina morte sublatis. *Congr. Episc. in Gerunden. & antea in Hydruntina* 1586. 10. *Jun.* & 1596. 16. *Jan. apud* eund. *tom.* 1 *lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *n.* 18. 677

1616. 30. Apr. —— Si Episcopus vult instituere, vel manutenere officium Commissarii Festorum, debet pro illo uti Persona Ecclesiastica. *Congr. Episc. in Umbriatic. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Festum, *nu.* 9. 678

1616. 13. Maii. —— Non potest Episcopus Decretum facere, quo sui Clerici teneantur semper deferre Birettum. *Congr. Episcop. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 1 *num.* 8. 679

1616. 20. Jun. —— Episcopo Lauretano competit jurisdictio in Clerum, & Cantores, ac Custodes, & alios Ministros Sanctæ Capellæ, privativè quoad Protectorem, quando tamen delinquunt extra Capellam, & officium. *Rota in Lauretana Jurisdictionis coram Sacrato apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. in fine* 3. *tomi*, *decis.* 64. 680

1616. 25. Jun. —— In casibus, in quibus Ordinario competit jurisdictio in exemptos etiam Regulares, competit etiam Prælato Nullius, exceptis iis, quæ Ordinis Episcopalis existunt. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius *num.* 7. 681

1616. 15. Jul. —— Nulla Mulier corrupta potest eligi in Abbatissam, seu Priorissam, nisi à Sede Apostolica dispensetur. *Congr. Episc. in Sarzanen. ex c. si quis omnem* §. *novimus* 1. *qu.* 7. *c. Juvenculas* 20. *qu.* 1. *cap. Quomodo Virginibus*, ubi Gloss. 3. *qu.* 1. *apud* Monac. *in Formul. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 22. *num.* 23. *ubi ad rem citat* Georg. Polacc. *de Monialib. tit. de elect. Abbatiss. num.* 5. 682

1616. 25. Jul. —— Etsi Candelæ in die Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ distribuendæ sint juxta solitum, etiam quoad pondus ubi tamen facultates Ecclesie non suppetunt, datur Episcopo facultas pondus diminuendi. *Congreg. Episcop. apud* Nicol. 683

in

*in Flosc.verb.*Candelæ, *num.5.*

1616. 24. Aug. —— Regulares publicantes Indulgentias sine participatione Ordinariorum, vel excedentes modum in illis publicandis, puniuntur ab Ordinario. *Congr.S.Offic.prout etiam antea 10.Maii. ejusd.anni, apud* Pascucc.*in Comp.ad Consult.Canon. Jac. Pignatel.par.*1.*tit.* de Indugentiis, *pag.*567. 684

1616. 26. Aug. —— Episcopus habitare debet in Palatio Episcopali, non autem in Domo Consanguineorum. *Cong.Episc.in Montisalti:* multò minus cum Mulieribus. *ead. Congr. in Messanen.* 1618.15. *Sept.* preterim in Palatio Episcopali, *ead.Congr.apud* Nicol.*in Flosc.verb.*Episcopus, *num.*82. 685

1616. 7. Sept. —— Puellæ ad Monastici habitus susceptionem non admittantur, nisi Episcopo annuente, ac Monialibus habito Capitulo, secretòque suffragantibus. *Congr.Episc.in Atrebaten.* Ubi tamen in fundatione cautum est, ut recipiantur cum solo consensu Episcopi, & Deputatorum, servari potest, non obstante clausula, Dummodo Moniales capitulariter, secretisq;suffragiis cōsentiant, ut censuit *ead. Congr. apud* eund. *ibid. verb.* Habitus, *n.*19. 686

1616. 30. Sept. —— In recipiendis Monialium dotibus nulla fiat differentia inter Terrerias, & Advenas. *Congr.Episc.apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.5.quæsito 7.num.5.* 687

1616. 5. Nov. —— Eleemosynæ, quæ per pactum Sacristiis, & Infirmariis Monasteriorum Monialium dari solent, non comprehenduntur in Decreto, quo propinarum solutio per Moniales, dum ad Habitum, vel ad Professionem admittuntur, fieri solita, interdicitur. *Congr.Episc.in Ulyssiponen.apud* Monacel.*in Formul.leg.pract.par.1.tit.11.form.7.n.7.* 688

1616. 19. Nov. —— Seminarii Deputati, aliique Officiales habent votum consultivum, non autem decisivum. *Congr.Conc.in Lucana apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult.* Canon. Jac. *Pignatel.par.2. tit.*de Seminario, *pag.*384. 689

1616. 6. Dec. —— Regulares, qui ex Indulto Apostolico facultatem habent instituendi Societates in eorum Ecclesiis, non possunt illas erigere, seu instituere cum usu Saccorum, absque Ordinarii loci licentia, prout respondit *Congr. Episc. in Chien. apud* Monacel. *par. 1. tit. 6. form. 11. num. 4.* 690

1616. 20. Dec. —— Fratres Tertiarii, Mantellati, Corrigiati, aliique similes, ita demum Ordinis, cujus tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, privilegiis potiantur, & ab Ordinarii jurisdictione exempti sint, si Viri collegialiter vivant, seu cum claustralibus habitent, & Mulieres virginalem, seu cælibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu, vitam traduxerint: Quinimo hujusmodi Mulieres, si vitam virginalem, aut cælibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in Consanguineorum, & Affinium suorum, aut propriis Domibus, vel seorsim habitantes, supradictis privilegiis Ordinis, cujus tertiæ Regulæ habitum deferunt, & exemptione frui debeant à jurisdictione Ordinarii loci, cujus sit judicium, an prædictæ qualitates in hujusmodi Tertiariis concurrant. *Congr.* Conc. *apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput. 7. quæsito 3. num. 7.* 691

1616. 20. Dec. —— Ordinarius loci debet licentiam concedere admittendi prædictas Mulieres ad hujusmodi habitum, qui non aliter eam concedat, nisi prævio examine diligenti sibi constiterit, probatæ vitæ, & bonis moribus præditas, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutas esse, quæ de proprio habeat, unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris, quàm cum Consanguineis, vel affinibus in primo tantùm gradu sibi conjunctis cohabitent: quas autem Ordinarius loci deprehenderit deferre Velum supra caput, Pectorale, vel Patientiam, illa dimittere, etiam per Censuras Ecclesiasticas compellat. *Congregat. Episcopor. apud eund. ibid.* 692

1617.

1617. 22. Jan. —— Non potest Episcopus suas functiones Episcopales alteri delegare, quàm primæ Dignitati, vel ei, ad quem ex immemorabili consuetudine spectat. *Cong.Episc.apud* Gavant.*in Manuali, verb.*Functiones Episcopales, *in add it. numer.* 10. 693

1617. 23. Jan. —— Episcopus Abbas, dum confert Canonicatum, aut D gnitatem in sua Cathedrali Ecclesia Regulari, non confert tanquam Abbas, sed tanquam Episcopus. *Rota in Pampilonen. Thesauraria coram Coccino, apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib.cap.*1.*num.*15.*uai num.*11.*ait, quod* plures hujusmodi Cathedrales refert Host. *in cap. causam qua, in princ. de judic. & Abb. ibid. num.* 8. *vers.* & dic, quod in Sicilia. 694

1617. 31. Ian. —— Monialium septa non licet Mulieribus Sæcularibus in necessitatis articulo ingredi, etiam permittente Episcopo, cùm id illi sit prohibitum. *Congr.Conc.in Bononien.apud* Ascan. Tamb. *de Iure Abbatiss.disput.*24. *quæsito* 18.*num.*5. 695

1617. 21. Febr. —— Licentia ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subjectarum danda est ab Episcopo, & Superiore Regularium Monasterii: spectat autem ad Episcopum subscribere primo loco, Edicta verò de accessu ad Moniales subscribenda sunt ab Episcopo tantùm. *Congreg.Episcopor. apud* Gavant.*in Manuali, verb.*Monialium clausura, *in addit. num.*1.4.*&* 5. 696

1617. 21. Febr. —— Nullo modo permitti debet Canonicis etiam Cathedralis portare Mitram, nisi juxta dispositionem suorum Privilegiorum, quando sunt in usu. *Congr.Episc.in Messanen.apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Mitra, *num.* 1. 697

1617. 7. Mar. —— Stantia, ubi Collocutoria communia adsunt, sit in claro, & aperto loco, ut Moniales alloquentes ab omnibus commodè videri valeant, ac in earumdem Collocutorii janua nihil permittatur, quod intus quoquomodo claudi valeat. *Congr. Episcop. apud* Ascan. Tamburin. *de Iure* 698

Abba-

Abbatiss. disput. 16. *quæsito* 1 *num.* 4. *ex* Barbosa *de Iure Ecclesiast. lib.* 1 *cap.* 44. *num.* 24.

1617. 18. Mar. —— Appellatione Pontificalium non comprehenditur usus Troni, seu Baldachini. *Congreg. Rit. apud* Piton *disceptat. Ecclesiasticar. par.* 2. *disceptat.* 43 *n.* 6. ubi aliam refert præcedentem ejusdem Congregationis Decisionem *de anno* 1606. 28. *Ian.* 699

1617. 10. Apr. —— Si Episcopus initio mensis vel per momentum abfuerit à sua Diœcesi, nihil illi proderit, si eodem mense redeat antequam vacet Beneficium, quo minus Papa de eo provideat: reservat enim *Regula octava, aliàs nona Cancellariæ* non Beneficia vacantia in mensibus ibi enumeratis, sed ipsos menses, & sic partem anni integram, proindeque cùm initio mensis propter absentiam Episcopi sit jus quæsitum Papæ ratione mensis, semper ille mensis remanet reservatus. *Rota in Papien. Beneficii coram Martino Andrea apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 14. *num.* 27. 700

1617. 11. Jul. —— Episcopus titularis Canonicus debet in Ecclesia uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, idest Rochetto super Subtana, & Mantelletto violacei coloris, & debet præcedere omnibus aliis Canonicis ejusdem Ecclesiæ, & sedere in primo Stallo supra omnes. *Congr. Rit. in Compostellana apud* eund. *ibid. cap.* 36 *num.* 3. & 4. *ubi num. seq. ait, quod* ei competit præcedentia in Choro, Capitulo, & Processionibus, aliisque actibus etiam supra omnes ejusdem Ecclesiæ Dignitates, *ex ead. Congr. in Calaguritana in Sardinia* 1621. 13. *Nov.* & refert etiam Petra *in Comment. ad Constit. Apost tom.* 1. *Constit.* 1. *Leonis I. sect.* 2. *num.* 71. *pag.* 72. 701

1617. 16. Iul. —— Nuncius non potest concedere familiaritates, & exemptiones ab Ordinario alicui, qui sibi actu non serviat, nec à se victum habeat. *Congr. Episcopor. in Florentina, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nuncius, *num.* 7. 702

1617. 11. Aug. —— Tempore Pestis concedi debet omni- 703

omnibus Religiosis facultas Sacramenta administrandi. *Congr. Episc. in Atrebaten. apud* eund. *ibid. verb.* Pestis, *num.*1.

1617. 11. Aug. —— Electio Officialium ad Confratres, confirmatio ad Episcopum spectat, exceptis iis, quæ sub immediata Regum potestate existunt. *Congr. Episcop. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Confraternitates, *num.*11. 704

1617. 1. Sep. —— Episcopus non potest promulgare excommunicationem contra alloquentes Monialem Regularibus subjectam sine licentia ipsorum, sed alias pœnas potest imponere. *Cong. Ep. apud* Barb. *de Jure Ecclesiast. lib.*1. *cap.*44. *num.*168. 705

1617. 2. Sept. —— Prælatus non tenetur sequi consilium Capituli, nisi ubi jure est expressum, vel cùm agitur de arduis, vel præjudicio inferioris Ecclesiæ, licèt sit casus, in quo debeat illum requirere. *Congreg. Conc. in Cajetana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.*3. *tit.*10. *num.*11. 706

1617. 6. Oct. —— Si Imagines publicentur miraculosæ absque interventu Ordinarii, ipse debet eas claudere, informationes capere, Romamque transmittere. *Congr. Episcop. in Mutinen. apud* eund. *in Flosc. verb.* Imago, *num.*5. 707

1617. 6. Oct. —— Non possunt Regulares unius Conventus, Monasterii, vel Domus eligere, vel deputare in suum Conservatorem aliquem Priorem, seu Guardianum vel quemvis alium. *Congr. Episc. in Vicentina apud* Fagnan. *ad cap. sanè* 12. *de offic. deleg. citatum à* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*1 *tit.* de Conservatoribus. *pag.*206. *ubi etiam* secus dicendum de Abbatibus Regularibus, quia Abbates perpetui habent jurisdictionem Episcopalem in locis suis, ut notat Gloss. *in verb. Abbat.* & ideo sunt in Dignitate Ecclesiastica constituti. 708

1617. 24. Nov. —— Licet Episcopis in visitatione clausuræ Monasteriorum Regularibus subjectorum interrogare Moniales de pertinentibus ad dictam 709

clausuram, idque etiamsi nunquam aliàs visitatę fuerint, & idcirco potest Monasterium ingredi. *Congr.Episc. & antea* 1573.25.*Febr.apud* eund.*par.*2. *tit.*de Monialibus, *pag.*81.

1617. 24. Nov. —— In Dotis Monialium, & annuarum præstationum solutione valor monetæ attendatur juxta tempus contractus. *Congr.Episcop. apud* Ascan.Tamburin.*de Iure Abbatiss.disput.*5.*quæsito* 7. *n.*7.*ex* Barbosa *de Jure Ecclesiast.lib.*1.*cap.*44.*nu.*39. 710

1617. 9. Dec. —— Missas Pontificales per seipsum celebrare non valens, vel nolens Episcopus, non potest in præjudicium primæ Dignitatis, ad quam id spectat, alteri sibi benè viso pro libito voluntatis demandare.*Congr.Rit.in Puteolana Praeminentiarum apud* Barbos. *de Canon.& Dignitat.cap.*5.*num.*46. 711

1618. 12. Ian. —— Potest Episcopus Famliarem suum licet Ultramontanum, qui secum per triennium integrum commoratus fuerit, ordinare etiam ad titulum Pensionis, vel ad titulum Patrimonii.*Congr. Episcopor.apud* Gavant.*in Manuali, verb.* Familiares Episcopi, *num.*13. 712

1618. 19. Ian. —— Non est imponenda pœna excommunicationis contra eos, qui ambitione contendunt, ut præsententur ad Beneficia vacatura.*Congr. Episc.in Melphiten. apud* Pascucc. *in Compend.adConsult. Canon. Iac. Pignatel.part.*1.*tit.*de Iurepatronatus, *pag.*593. 713

1618. 6. Mar. —— Si Reus appellaret à Decreto condemnationis ad Metropolitanum, non potest iste pœnam pecuniariam, in qua appellans fuit condemnatus, exigere, sed quatenus sententiam confirmaret, illam Ordinario delinquentis, & loco commissi delicti solvi deberet, ut declaravit *Congr.Episc. in Squillacen. contra Archiepiscopum Rhegiensem, ut refert* Monacel. *in Formulat. leg.pract.part.* 1. *tit.*1. *form.*13.*num.*6. 714

1618. 6. Mar. —— Omnes Meretrices expelli debent, quæ habitant prope Monasteria, nec ex iis aliqua dimit- 715

dimitti, seu relinqui. *Congr. Episc. in Ternen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Meretrix, *num.* 4.

1618.7.Maii.—— Archiepiscopus potest in locis exemptis, intra ejus Provinciam existentibus, Crucem præferre, & Populo benedicere. *Rota in Nullius, seu Urbinaten. Jurisdictionis coram Buratto apud* Asc. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, dec.* 72. 716

1618.22.Maij.—— Episcopus liberè permittere debet, ut Magistri idonei, ab Universitate approbati, ludum aperiant, nec impedire Clericos non Seminaristas, ne Scholas frequentent sibi benè visas. *Congr. Episc. in Brundusina apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Scholæ, *num.* 1. 717

1618.12.Jun.—— Prohiberi debet receptio ad Habitum in illis Monasterijs, quorum Moniales recipere nolunt ordinationes Episcopi pro securitate clausuræ. *Congr. Episcopor. apud* eund. *ibid. verb.* Habitus, *num.* 31. 718

1618.13.Jul.—— Episcopus potest punire quoscunque, qui vadant ad alloquendas Moniales suæ Civitatis, vel Diœcesis, licèt sint exteri, vel exempti, quia dum accedunt sine licentia, delinquunt in suo Territorio. *Congreg. Episc. in Tranen. apud* eund. *ibid. verb.* Accessus ad Monast. *num.* 5. *ubi etiam quod* potest contra Regulares declarare pœnas incursas ex accessu, prout resolvit *ead. Congr.* 1647.8. *Nov.* 719

1618.31.Aug.—— Episcopus pro satisfaciendis Missarum oneribus Beneficio annexis, quibus Titularis per se regulariter satisfacere non tenetur, tam idonei Capellani ab ipso tamen Episcopo approbandi deputationem, quàm eleemosynæ solutionem, ejusdem Titularis liberæ dispositioni permittere debet, neque ipse in eo sese ingerere. *Congr. Episc. in Corduben. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Beneficium Ecclesiasticum, *num.* 51. 720

1618.9.Oct.—— Virgines recipi non debent in Monasterijs Convertitarum, nec è converso. *Congr. Episc. in Imolen.* licèt essent illegitime, *ead. Congr.* 721

in Anconitana 1656.10. *Mar. apud* eund. *ibid. verb.* Convertitæ, *num.*3.

1618.9.Oct. — Si novitia declaret, se nolle Professionem emittere, & postea facti pænitens petat admitti, expectandi sunt duo, vel tres menses ad ejus voluntatem melius explorandam. *Congr. Episc. in Nullius Castelli Durantis, apud* eund. *ibid. verb.* Novitius, *num* 36. 722

1618.10.Nov. — Appellatio à Tribunali Episcopi Suffraganei datur ad Archiepiscopum, seu Metropolitanum, cui subest, qui sicuti est Judex Ordinarius appellationis Diœcesanorum juxta disposita *in cap. Romana, §. debet autem, de appellat. in 6.* ita etiam est Judex competens Causarum Civilium, quæ in prima instantia moventur contra eosdem Episcopos Suffraganeos, ut respondit *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 2. *num.* 11. 723

1619.15.Febr. — Si de licentia Sedis Apostolicæ admittatur tertia Soror Monialis, non ideo habeat votum activum, vel passivum usque ad mortem alterius ex duabus primis: si verò in Monasterio fuerint prope centum Moniales, tunc tertia Soror gaudeat utroque voto, hujusmodi tamen gratia numquam concessa fuit in primo ingressu: quod si tertia Soror admittatur intra numerum, duplicatam solvat portionem, triplicatam verò, si supra numerum fuerit. *Congr. Episc. in responsione ad Cardinalem Patriarcham Venetiarum Vendramenum, apud* Alcan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 5. *quæsito* 4. *num.* 8. *ex* Georgio Polacco, *vacat. epidem. par.* 2. *cap.* 7. *de elect. num. ult.* 724

1619.2.Mar. — Episcopus Canonicus potest intervenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de interesse suo, non obstante quacunque consuetudine in contrarium. *Congr. Conc. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 35. *num.* 8. 725

1619.2.Mar. — Abbates Regulares, qui in Concilijs 726

ijs Provincialibus, aut Diæcesanis Judices extiterunt designati, possunt utique eligi in Regularium Conservatores. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 29. num. 11. in fine.*

*1619.12.*Mar. —— Nõ potest impediri quæ vult ingredi supra numerum cum dote duplicata, ac solita licentia, sub prætextu, quod sint multa loca numeraria vacantia. *Congr. Episcop. in Pistorien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Supernumeraria, *num. 5.* 727

*1619.12.*Mar. —— Puellæ educandæ in Monasterijs Monialium sociam, seu ancillam habere nequeunt. *Congr. Episc. in Neapolitana apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disp. 1. quæsito 2. num.* 8. *ex* Barbosa *de Iure Eccles. lib. 1. cap. 44. num. 55.* 728

*1619.17.*Mar. —— Episcopus non tenetur prorogare terminum concursus, sed benè facit prorogando. *Congreg. Conc. apud* Barbos. *de potest. Paroch. par. 1. cap. 2. num. 40.* 729

*1619.17.*Mar. —— Poterit Episcopus cogere Canonicos ad præstandum juramentum de fideliter punctando in Choro. *Congr. Concil. apud* eund. *de Canon. & Dignitatib. cap. 34. num. 20.* 730

*1619.17.*Mar. —— Appellatio non est admittenda à comminatione Episcopi facta contra incurrentes excommunicationem, & alias censuras Ecclesiasticas à jure latas ad dicendam causam, quare non debeant declarari incidisse: secus, si comminatio fiat contra alios delinquentes, ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen sub pœna excommunicationis ab homine latæ. *Congr. Conc. in Tropien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consul. Canon. Iac. Pignatel. par. 1. tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag. 149.* 731

*1619.12.*Apr. —— Professio est species Contractus, qui non perficitur, nisi concurrat consensus utriusque partis, nempe Monasterij, & Professuræ: & sic Novitia acceptata ad Habitum, si ad Professionem à Monialibus denuo capitulariter non ac- 732

ceptetur, non habet jus reclamandi, quamquàm sine causa excluderetur, ut respondit *Congr. Episc. in Hortana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 11.

1619. 12. Apr. —— Non debet Suffraganeus, vel ejus Vicarius prohibere, ne sibi præsententur comparitiones, citationes, vel inhibitiones à Metropolitano expeditæ, nisi per manus certarum Personarum, quæ ad hujusmodi ministerium ab ipso Suffraganeo sunt destinatæ. *Congr. Episc. apud* Nic. *in Flosc. verb.* Suffraganeus, *num.* 1. 733

1619. 19. Apr. —— Votum perpetuæ Clausuræ quamvis explicitè non emittatur, adhuc includitur sub voto Obedientiæ, ut respondit *Congr. Episc. in Toletana apud* Monacel. *par.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 10. 734

1619. 19. Apr. —— Clerici non sunt cogendi ad suscipiendos Sacros Ordines, neque ob id privilegio, & exemptione Clericali privandi, dummodo debitum Ecclesiæ servitium præstent. *Congr. Episcop. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 431. 735

1619. 10. Maij. —— Non debent Episcopi imponere excommunicationem contra polluentes Ecclesiam. *Congr. Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Excommunicatio, *num.* 35. 736

1619. 15. Jun. —— Non potest Episcopus imponere novam taxam nomine Cathedratici. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Cathedraticum, *num.* 2. 737

1619. 27. Iun. —— Episcopus coadjutus debet dare suo Coadjutori commoditatem habitationis in Palatio Episcopali, & omnia necessaria pro exercitio Pontificalium, & pro alijs Episcopalibus functionibus. *Congr. Episc. in Nicoteren. apud citat.* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Congrua, *pag.* 205. 738

1619. 19. Iul. —— Si Excommunicatus appellet, Metropolita appellationem non debet admittere in suspensivo: quia Excommunicatio Hominis trahit secum executionem. *Congr. Episc. in Umbriaticen.* 739

cen. apud Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 18. num. 13.*

1619. 19. Jul. —— Nullitas Censurarum non attenditur, quando quod factum est, si factum non esset, denuo fieri deberet. *Congr. Episc. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Const. 1. Leonis IX. sect. 2. num. 15. pag. 176.* 740

1619. 20. Jul. —— Regulariter non admittitur appellatio in illis causis, quæ non requirunt ordinem judiciarium, seu in quibus Episcopus potius ut Pater, & Pastor, quàm ut Judex procedit. *Congr. Episc. in Assisien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 2. tit. 28. num. 46.* 741

1619. 30. Aug. —— Nato in partibus Hæreticorum ex Parentibus tamen Catholicis non possunt denegari Dimissoriæ ex motivo deficientiæ fidei Baptismatis, ut respondit *Congr. Episcop. in Lauden. apud* Monacel. *par. 1. tit. 3. form. 1. num. 5.* 742

1619. 13. Sept. —— Permittendum Puellis, dum recipiuntur ad Habitum, ut assumant nomen sibi benè visum. *Congr. Episc. in Florentina, & antea in Clodien. 1602. 17. Apr. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Nomen, *num. 2.* 743

1619. 8. Nov. —— Solus Episcopus concedit licentias eleemosynas quæritandi. *Congr. Episc. in Papien. apud* Monacel. *in Formu. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 6. num. 7.* 744

1619. 19. Nov. —— Licèt vigore Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 18. de reform.* possit Episcopus suppressiones Beneficiorum facere, id tamen intelligendum est, dummodo tales suppressiones faciat de Beneficijs non vacantibus in mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, quia etiamsi supprimat Beneficium, ut subveniat tenuitati Canonicatuum, non sibi permittitur in præjudicium prædictæ Sedis, sed in sui ipsius tantùm. *Congr. Conc. apud* Corrad. *in praxi benefic. lib. 2. cap. 8. num. 95.* 745

1619. 22. Nov. —— Novitia, quæ non complevit an- 746

num sextumdecimum, non potest profiteri: & si profiteretur, non haberet vim, neque tacitæ Professionis nisi transacto quinquennio, si interim non reclamavit. *Congr. Episcop. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. tib. 3. tit. 1. num. 22. ad III.* ubi excipiuntur Convertitæ non comprehensæ *in c. 15. & 18. sess. 25.*

1619. 18. Dec. —— Quando agitur ad effectum privandi aliquem Abbatia, Prælatura, vel Beneficio propter Simoniam, illa debet plenè, & evidenter probari, & non admittuntur testes singulares, prout ex Gloss. communiter approbata *in cap. veniens il 1. in verb. illorum* dixit *Rota in Leodien. Canonicatus coram Ubaldo, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 1. quæsito 5. num. 10.* — 747

1619. —— Dec. —— Si Regulares degant in Monasterijs sitis in locis nullius Diæcesis, debent ordinari ab Episcopo viciniore, & observare omnia, quæ dicta sunt in declaratione supra posita, & edita *1596. 15.* Mar. prout censuit *Congr. Conc. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. Constitut. 2. Sixti IV. §. 11. num. 35. ex* Naldo *in Sum. verb.* Ordo, *num. 26.* — 748

1620. 16. Jan. —— Non potest Episcopus de novo conconcedere Canonicis Almatiam. *Congr. Rit. in Placentina*: neque Cappam, sine privilegio, & expressa licentia Sedis Apostolicę, *ead. Congr. in Elven. 1604. 16.* Ian. *apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 2. numer. 27.* — 749

1620. 21. Febr. —— Antequam sequatur effectus, qui pecuniam dedit propter homicidium, gaudet immunitate. *Congreg. Immunit. in Sarzanen. apud* Paicucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 1. tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag. 413.* — 750

1620. 21. Febr. —— Episcopus tempore Iubilæi prohibere non debet, ne quis Confessarius audiat Confessiones extra Parochialem & multò minus, ne absolvatur qui damnum dedit in bonis Ecclesiæ, nisi priùs damnum restituerit, ac injunctam pęnam solverit. Congr. *Conc. apud* Nicol. *in Flosculi.* — 751

scul. verb. Iubilæum, *numer.* 4.

1620. 5. Apr. —— Abbates Congregationis Cassinensis uti Sedis Apostolicæ privilegijs muniti, possunt utique in locis eorum jurisdictioni subjectis Campanas, & Calices benedicere. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 23. *quæsito* 2. *num.* 3. 752

1620. 23. Apr. —— Si Regulares fuerint ab Episcopo Diæcesano in examine reprobati, non possunt à suis Superioribus mitti ad alios Episcopos pro Ordinibus suscipiendis, & si hoc faciant, Episcopus non Diæcesanus sic eos ordinans, à collatione Ordinum per annum erit suspensus, & Ordinati à susceptorum executione suspensi erunt, quamdiu Episcopo Diæcesano expedire videbitur. *Congreg. Conc. in una novi Regni Granatæ apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2 *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 29. 753

1620. 9. Maij. —— Potest Episcopus Canonicos cogere ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum. *Congr. Conc. in Tropien.* nisi essent multùm senes, *eàd. Congr. in Ulterarien.* 1622. 9. *Jan. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 13. *num.* 6. *& refert etiam* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Dignitatibus, *pag.* 215. Vide Crispin. *in tract. de Visitat. Pastoral. par.* 2. §. 20. *num.* 19. 754

1620. 20. Maij. —— Quando Abbas, vel alia Dignitas obtinuit semel sibi tradi solemniter Mitram, Baculum, & alia Pontificalia, non est necesse, quod talis solemnis traditio renovetur amplius in Successoribus. *Congr. Episc. apud* Nic. *in Flosc. verb.* Abbas, *num.* 4. 755

1620. 5. Iun. —— Episcopus non excusatur, si post annum adhibeat Examinatores superstites, non extantibus sex, etiamsi caperet prætextum, quod ipse de novo adeptus esset possessionem Episcopatus, cùm annus celebrandi Synodum non incipiat currere à die captæ possessionis, sed à die Synodi ultimo loco celebratæ. *Rota in Panormitana Archi-presby-* 756

præsbyteratus coram Buratto apud Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 60. *num.* 50.

1620. 1. Iul. —— Mittere Clericos armatos ad capiendum Reos, res est pessimi exempli. *Congr. Episc. in Meliten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. 757

1620. 14. Iul. —— Quando Excommunicatus vitandus non abstinet à conversatione, proceditur ad aggravationem Censurarum. *Congr. Episc. in Mediolanen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Excommunicatio, *numer.* 20. 758

1620. 20. Jul. —— Episcopus diebus festis non solemnioribus, & ferialibus non debet æqualiter sedere cum Canonicis, sed Sedem cæteris eminentiorem indifferenter conscendere, suoque gradu, & ordine inspecto, ubique Episcopalis Dignitatis decorem; & gravitatem sustinere. *Congr. Conc. in Tarson. apud* Barbos. *de Canon. & Dignitat. cap.* 33 *numer. ult.* 759

1620. 8. Aug. —— Etsi Decreto Concilii *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* tributa sit Episcopo facultas Ecclesiam Curatam unitam Monasterio, in qua exercetur Cura per Monachum, visitandi quoad curam Animarum, & Sacramentorum administrationem, non tamen idem Decretum obstat Abbati, quo minus & ipse possit illam visitare in his quoque, quæ curam eandem, & administrationem concernunt. *Congr. Conc. in Brixien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. 760

1620. 11. Aug. —— Consecrans Moniales non debet cogere consecrandas, ut singulæ comparent suas coronas, quia sufficit una pro omnibus. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Consecratio Monialium, *num.* 6. 761

1620. 13. Oct. —— Testimoniales Prælati exempti de Diæcesi, vel vicinioris admitti debent ab Episcopo ordinante: etsi eum non ita obligent, ut si velit, non possit etiam alias informationes capere. 762

Congr.

Cong. Episc. in Nullius Altamura, apud eund. *ibid. verb.* Testimoniales, *num.* 1.

1620. 8. Nov. —— Tertiariarum voluntates non sunt ab Episcopo, seu loci Ordinario exploranda, adinstar aliarum Monialium verè Religiosarum. *Congreg. Episcop. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 7. quæsito 3. num. 7.* 763

1620. 17. Nov. —— Servatis servandis dimissus propter nullitatem Professionis non prohibetur promoveri ad Ordines. *Congr. Episc. in una Canonicorum Regularium S. Salvat., apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *n.* 18. 764

1620. 21. Nov. —— Pontificalia exercere non potest Episcopus, antequam Bullas expediat. *Congr. Episc. in Orien. apud* eund. *in Lucub. tom. 2. lib. 3. t. 39. num.* 212. 765

1620. 22. Dec. —— Si Ordinarius concedat ipsi Pœnitenti licentiam Casuum reservatorum in scriptis, non apponat ibi nomen, sed scribat; *Lator præsentium*, mandetque Confessario, ut illico post datam absolutionem laceret schedulam, vel comburat. *Congr. Ep. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Casus reservati, *n.* 15. 766

1621. 2. Mar. —— Non spectat ad Episcopum definire ætatem Ludi Magistri. *Congr. Ep. in Civitatis Plebis*: neque ei imponere onus accedendi ad Processionem, vel Synodum, *ead. Congr.* 1618. 16. *Iul. apud* eund. *ibid. verb.* Magister, *num.* 4. *&* 5. 767

1621. 30. Mar. —— Abbas S. Andreæ Congregationis Canonicorum Lateranensium Civitatis Vercellensis potest ubique, etiam præsente Episcopo, deferre Mozzetam, & Pontificaliter celebrans, sede, seu cathedra cum duobus gradibus uti, juxta antiquam consuetudinem. *Congr. Rit. apud* Ascan. Tamb. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 20. *quæsito* 2. *num.* 11. 768

1621. 23. Maii. —— Superior in casu discordiæ inter Moniales non potest dare votum in electione Abbatissæ. *Congr. Conc. apud* eund. *de Jure Abbatissar. disput.* 28. *quæsito* 4. *num.* 5. *ubi aliam præcedentem refert ejusdem Congregationis decisionem* 1616. 15. *Mar. &* refert etiam Matth. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *c.* 1. *n.* 13. 769

1621. 5. Jul. —— In electione Abbatis,& aliorum Prælatorum Collegiatarum, ac etiam Regularium forma *cap. Quia propter*, *de elect.* est servanda. *Rota in Meten. Monasterii coram Coccino Decano apud* d. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3 tomi decis.* 22. 770

1621. 10. Jul. —— Episcopus processurus cum Mozzetta, eam deponere debet coram Cardinalibus etiam non Legatis ex consuetudine Italiæ. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali verb.* Episcopus, *num.* 4. 771

1621. 8. Aug. —— Abbas alicujus Abbatiæ exemptæ non potest in ea Ordines conferre licèt sit Episcopus: secus si Abbatia est Nullius, quia habet Populum. *Congr. Conc. apud* eund. *ibid. verb.* Abbas, *in addit num.* 10. 772

1621. 17. Aug. —— Nullus erigatur novus cujuscunque Ordinis Conventus, nisi tali erectioni consenserint, vel aliàs Ordinariis locorum constiterit Religiosos Conventus sic erigendi, absque detrimento Religiosorum in Monasteriis antea erectis in Civitatibus, aut locis degentium ibi in numero duodecim commode, & congrue manuteneri & ali posse: Si verò novus Conventus instituendus erit, nullique alii Regulares inibi reperiantur. Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant an locorum incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, & adhibeant hujusmodi duodecim Religiosos in Conventu, ut præmittitur, instituendo commodè alere, & manutenere valeant. *Urbanus VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *Constit.* 6. *ejusd. Pontif. quæ incipit* Cùm aliàs, §. 2. & 3. & habent Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Const.* 31. *ac* Monac. *in fine* 1. *par. p.* 414. 773

1621. 20. Sept. —— Judices Conservatores non solùm sint in Ecclesiastica Dignitate constituti, sed etiam Judices electi in Conciliis Provincialibus, aut Diœcesanis: & aliter eligentes Regulares, quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, reliqui verò pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coerceantur, & 774

præ-

prædictorum Conventus, loca, Personæ, & bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci, ac definiri debeant. *Grogorius XV. apud* eund.*ibid.Constit.5 ejusd. Pontific. qua incipit* Sanctissimus §. 2. & 3. *& referunt etiam* Ascan. Tambur. *de Iure Abbat. tom.3. disput.17. quæsito 1. num.12. ac* Monacel.*in Formular. leg.pract.in fine 1.par.pag.*424. *ex* Bullar. *tom.*4.

1621. 20. Sept. — Locorum Ordinarii in Synodis Provincialibus, aut Diæcesanis quamplures Personas ex habentibus qualitates requisitas, & alioquin ad id aptas designari procurent; & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provincialem, aut Diæcesanam Synodum: dictæ autem Personæ in Conservatores electæ durante quinqnennio à die deputationis amoveri, vel mutari non possint, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica aut locorum Ordinariis, prout Regularibus, & aliis libuerit, approbanda: Si qua verò inter Judices conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super jurisdictionis competentia fuerit judicatum. *Gregor.XV.apud eosd.ibid.*§.4.5.*&*6. 775

1621. 16. Nov. — Non debet admitti à Collectore, vel Nuncio appellatio illorum, qui à suo Episcopo rejecti sunt tanquam inhabiles, & multò minus eis Dimissoriæ dandæ sunt. *Congr.Episc.apud* Nicol. *in Floscul.verb.*Ordo, *num.* 12. 776

1621. 10. Dec. — Professio tacita non est sublata per Concilium Tridentinum sess. 25. de Regular. cap. 15. *Rota in Ulisbonen. Professionis coram Merlino apud* Tamburin.*de Jure Abbatiss.disput.6.quæsito 2.num.*1. 777

1621. 11. Dec. — Facultas tributa *in cap.1.sess.24.*quod prohibitus, vel suspensus etiam extrajudicialiter, 778

& ob

& ob occultum crimen non possit obtinere, gratiam promotionis, vel restitutionis contra voluntatem sui Prælati, competit etiam Prælatis Regularibus. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 11. num. 12.*

1622. 12. Ian. —— Potest Episcopus examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum Ordinum. *Congr. Episcop. in Vicentina apud* eund. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.* 11. 779

1622. 5. Febr. —— Tam Regulares, quàm Sæculares quomodolibet exempti circa Sacramentorum administrationem omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diæcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati plenè in omnibus subiiciantur. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 3. Constit.* 18. *qua incipit* Inscrutabili, §. 4. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 2. ejusd. Pontific. ac* Ascan. Tamburin. *de Iure Abba. tom. 1. disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 51. ¶ Notandum primò, quod in vim hujus Constitutionis non licet Episcopis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit cura Animarum personarum sæcularium, nec loca, ubi in iisdem Ecclesiis asservatur SS. Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones personarum sæcularium audiuntur, ut declaravit *Congr. Conc. anno* 1623. *ad* 1. *apud eosd. ibid.* ¶ Notandum secundò, quod facultas Episcopis per hanc Constitutionem attributa in exemptos tam Sæculares, quàm Regulares, non intelligitur etiam attributa in Personas nullius Diæcesis: nec eadem facultas competit inferioribus Prælatis proprium territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, ut declaravit *ead. Congreg. ad* 3. *&* 4. *ibid.* 780

1622. 5. Febr. —— Tam Sæculares, quàm Regulares hujusmodi, nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus si deliquerint circa Personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel 781

vel circa bonorum administrationem Monasteriorũ Monialium etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter, tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato; quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. *Gregorius XV. apud eosd. ibid.* ¶ Notandum primò, quod hæc Constitutionis pars habet locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm, & cum Populi scandalo, ut declaravit *Congr. Conc. anno 1623. ad 13. apud eosd. ibid.* ¶ Notandum secundò, quod Regularis absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, à Diœcesano Episcopo tanquã Sedis Apostolicę delegato coerceri, & puniri potest, ut declaravit *ead. Congr. approbante Urbano VIII. apud* Cherubin. *ibid.*

*1622.5.*Febr. —— Confessores verò, sive Regulares, sive Sæculares, quomodocunque exempti, tam Ordinarij, quàm Extraordinarij, ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. *Greg. XV. apud eosd. ib.* §. 5. vide infra ¶. Notandum, quod neque Regularium Superiores ab Episcopo non approbati possunt Monialium sibi subditarum Confessiones audire, ut declaravit *Congr. Conc. anno 1623. ad 7. apud eosd. ibid.* neque Generalis non approbatus ab Ordinario, ut censuit *ead. Congr. 1627. 13.* Nov. *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 16. quæsito 9. num. 1.* vide infra *1670. 21.* Iun. 782

*1622.5.*Febr. —— Administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam Regularibus subjectarum pertinentia, sive Regulares extiterint, sive sæculares quomodolibet exẽpti, Episcopi loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas reddere teneantur, ad idque juris reme- 783

remedijs cogi, & compelli queant: liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi, quoties, & quando opus esse judicaverit. *Gregorius XV. apud eosd. ibid.* §. 5. ¶. Notandum, quod causam amotionis hujusmodi non tenetur Episcopus significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinquitur ejus arbitrio & prudentiæ, cujus conscientia seriò oneratur, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutatur, ejus rei districto Dei judicio rationem redditurus, ut declaravit *Congr. Conc. 1623. ad 12. apud eosd. ibid.*

1622. 5. Febr. —— Possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus, quarumcunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorundem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus, per se, vel per alium, interesse, ac præsidere, absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. *Gregorius XV. apud eosd. ibid.* ¶ Notandum primò, quod per hanc Constitutionem jus confirmandi Abbatissas minimè fuit Episcopis attributum, ut declaravit *Congr. Conc. 1623. ad 5. apud eosd. ibid.* ¶ Notandum secundò, quod si Episcopus declaraverit expressè, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, tenentur Regulares eidem significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, namque post eam declarationem licet Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum, aut die electionis eidem non prænunciata, ad Abbatissæ electionem procedunt, ut declaravit *ead. Congr. 1626. ad 14. apud eosd. ibid.* 764

1622. 5. Febr. —— Habeat Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus auctoritatem coercendi, ac pu- 785

puniendi quoſcunque exemptos, tam Sæculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, aut quæ ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia; & in Eccleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint: Ita ut Epiſcopi in ſuprascriptis caſibus, & in prænominatas perſonas in præmiſſis omnibus, & ſingulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra viſitationem, per Cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pænas, uti ejuſdem Sedis delegati, procedere, omnemque juriſdictionem exercere liberè, & licitè valeant. *Gregorius XV. apud eoſd. ibid.* §.6.

1622. 12. Febr. —— Ordinarius non poteſt unire Seminario Beneficia Curata, ne quidem habitu tantùm. *Cong. Conc. in Militen. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 388. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 5. *ad XXII.* 786

1622. 25. Febr. —— Poteſt Epiſcopus in Adventu & Quadrageſima prohibere, ne prædicetur alibi, quando Parochialis remaneret ſine concurſu. *Cong. Epiſc. & antea* 1621. 28. *Sept.* præſertim in aliquo Feſto, puta Paſchatis, juxta ſolitum. *ead. Congr.* 1604. 10. *Febr. apud eund.* Nicol. *ibid. l.* 1. *tit.* 31. *n.* 6. 787

1622. 6. Maii. —— Prohibitio recipiendi ad habitum plures Sorores, quàm duas, non prohibet, ne recipi poſſint in educationem. *Congr. Epiſc. in Panormitana apud* eund. *in Floſc. verb.* Soror, *num.* 13. 788

1622. 18. Jun. —— Translatio ad alterum Epiſcopatum, quoad vacationem primi, perficitur ab eo tempore, quo per Papam in Conſiſtorio translatus à vinculo primi Epiſcopatus abſolvitur, præſertim ſi concucurrat conſenſus ipſius translati: in Epiſcopatu enim contrahitur Matrimonium ſpirituale; unde Papa abſolvendo in translatione translatum à vinculo, remanet prima Eccleſia libera, & vacans.

vacans. *Congr. Conc. in Albarazinen. & antea in Messanen.* 1617. 2. *Sept. apud* Pascucc. *part.* 1 *tit.* de Episcopis, *pag.* 250.

1622. 13. Aug. —— Metropolitanus non potest facere gratiam Reo, qui appellavit. *Congr. Conc. in Tropien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Metropolitanus, *n.* 6. *ubi etiam quod* non potest cogere Suffraganeum ad concedendas Dimissorias, & multò minus ipse concedere Subdito ipsius Suffraganei, *ex ead. Congr.* 790

1622. 30. Aug. —— Omnes hæreticæ pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarii totius Orbis Christiani, in suis quisque Diæcesibus, & Territorijs, etiam privativè quoad omnes alios, specialiter, ac perpetuò Judices delegantur, ut super materia sollicitationis in Confessionibus simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non officij Inquisitionis Constitutiones, Privilegia, Consuetudines, & Decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex hujusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantijs, suspensionis ab executione ordinis, privationis Beneficiorum, Dignitatum, & Officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis activæ, & passivæ, si Regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, aliasque pænas decernant; eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pænas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ sæculari puniendos tradant: & pro modo culpæ, punire non negligant Confessarios, si officium prætermiserint monendi sollecitatos de obligatione denunciandi sollecitantes, vel Pœnitentes docuerint non teneri ad hujusmodi denunciationem. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 3. *Constitut.* 34. *qua incipit* Universi. §. 4. & 7. *& referunt etiam* Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *disput.* 791

sput.15.quæsito 7. num.53.ac Peyrin. *de Privileg. Regular.tom.2.Constit.4.ejusd.Pontific.*

1622.3.Sept. —— Si Episcopus residens in aliqua Diœcesis parte, non accedat ad Cathedralem temporibus à Concilio præscriptis, licèt malè faciat, non tamen incidit in privationem fructuum impositam à dicto Concilio contra non residentes. *Congr. Concil. in Cassanen. apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult.Canon.Jac.Pignatel.par.2.tit.*de Residentia, *pag.*355. 792

1622.16.Sept. —— Edictum cum inscriptione simili Edictis Episcoporum fieri non debet ab inferioribus. *Congr.Episcopor.in Placentina apud* Nicol. *in Floscul.verb.* Edictum. 793

1622.30.Sept. —— Non prohibetur Episcopus, vel alius Superior affigere Cedulones, & punire excommunicatum, licèt fuerit in foro Conscientiæ absolutus, vel cum Brevi Sacræ Pœnitentiariæ, vel cum Bulla Cruciatæ, aut Jubilæi, vel in vim *cap. liceat, sess.24.Conc.Trident.* vel alio quocunque modo. isti enim duo Fori sunt separati, & actum in uno affert præjudicium in alio: Potest tamen Judex Ecclesiasticus absolutionem in foro Conscientiæ datam, etiam pro foro exteriori ratam habere, nisi hoc redundet in præjudicium partis. *Congr. Episc. in Mileten. & antea in Compsana 1619. 14.Jun.ac etiam in Oppiden.* 1621. 8. *Jun. apud* Pasc. *par.1 tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 148. 794

1622.13.Nov. —— Episcopi non possunt invicem permutare aliqua loca suæ Diæcesis sine Beneplacito Sedis Apostolicæ. *Congreg. Episc. in una Flandria, apud* Nicol.*in Flosc. verb.* Permutatio, *num.2. ubi etiam quod* id committi solet Metropolitano proprio, vel vicino, sicut commisit S. Carolo Archiepiscopo Mediolanensi pro Diæcesibus Papiæ, & Vigevani *ead.Congr.*1578.27.*Nov.* 795

1623.11.Jan. —— Judæi habentes commercium carnale cum Mulieribus Christianis, non puniuntur à 796

Sancto Officio, sed ab Ordinarijs. *Congr. S.Offic. & antea* 1617.18.*Jan.ac* 1610.4.*Aug.* Quatenus autem adfuerit con emptus Fidei, ac Religionis, insimul procedunt, *eàd.Congr.*1618. 11. *Iul.* Vel etiam quatenus adfuerit cohabitatio cum Christiana, *ead.Congr.*1670. 15. *Sept. & antea* 1652. *apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult. Iac. Pignatel. par.*1. *tit.* de Judæis, *pag.* 581.

1623.13.Jan. —— Constitutio prohibens tractatum electionis Abbatis, non confirmatur. *Congr.Episc. in una S.Benedicti de Hispania, apud* Nicol. *in Flos. verb.* Electio, *num.*4. 797

1623.20.Mar. —— Vox Episcopi, vel alterius Prælati tanta est, quanta solius Capituli, quando de jure speciali jus eligendi spectat ad Episcopum, & Capitulum simul, vel ad Prælatum, & Capitulum: non ita quando de jure communi electio spectat ad Prælatum, & Capitulum, quia tunc vox Prælati computatur pro una voce. *Rota in Casaraugustana electionis coram Coccino Decano, apud* Barbos. *de Canon. & Dignitat. cap.*14.*num.*8. 798

1623.25.Mar. —— Si in aliquo Monasterio sint plures Moniales, quę requisitam ætatem habeant, & octo annos Professionis: & una, quæ non habeat dicta requisita, sed aliquem mensem minus circa ætatem, & Professionem, videaturque Monialibus magis habilis, & idonea pro gubernio Monasterij, cæteris habentibus quadraginta annos, & octo Professionis requisitos à Concilio, non propterea possunt Moniales hanc eligere, omissis alijs, quia tunc electio esset nulla, & eligentes privarentur jure eligendi, & requireretur dispensatio Summi Pontificis ad hoc, ut iterum possent eligere, & sic electa non posset admitti ad novam electionem, dum careat ætate. *Congr. Conc. in Viterbien.S.Rosæ apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss.disput.*28.*quæsito* 2.*num.*9. 799

1623.22.Jun. —— Omnes & singuli Regni Neapolitani 800

ni Archiepiscopi, & Episcopi, & alij inferiores legitimam facultatem habentes, antequam ad primam Tonsuram, sive ad minores Ordines aliquem promoveant, Parocho, seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant, ut nominibus, & desiderio eorum, qui volunt promoveri, publice in Ecclesia propositis, de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirant, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem quamprimùm transmittant, ut tam ex his, quàm ex alijs ex Sacri Concilij Tridentini præscripto *in cap. 8. sess. 23. de refor.* adhibendis diligentijs sibi constet, promovendos illis qualitatibus esse præditos, quæ per Sacros Canones, idemque Concilium requiruntur: Quod & observent in litteris dimissorijs concedendis, in quibus exprimatur, præfatas diligentias præcessisse: Dictæ autem litteræ dimissoriæ uni tantùm, & certo Ordinario ad electionem concedentis in posterum dirigantur, & pluribus directæ nullæ sint; Prædictaque inviolabiliter observentur, donec aliud fuerit ordinatum. *Congr. negotijs jurisdictionalibus ejusd. Regni præposita, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine 1. par. pag.* 433. ¶ Vide infra 1624. 16. Mar.

1623. 22. Jun. —— Si quis verò contra formam præsentis Decreti fuerit ad primam Tonsuram, sive ad minores Ordines promotus, ab executione collati, & à susceptione superioris Ordinis perpetuò suspensus sit, & ulterius condignis pœnis puniatur: Ordinans verò, vel Dimissorias concedens, ultra Divinam ultionem, quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso. Præterea ijsdem Ordinarijs enixè injungitur, ut Decreta per Sacros Canones, Sacrumque Concilium Tridentinum, & Apostolicas Constitutiones quoad delationem Habitus Clericalis, &

801

Tonsuræ, servitiumqne Ecclesiæ præstandum, ita curent per hujusmodi Clericos observari, & in eos, qui contrafecerint, statutis per ea pęnis animadvertere, ut ipsi nequeant de damnabili circa hæc negligentia redargui. *Congr. præfat. apud eund. ibid.*

1623.25.Sept. — Cùm Episcopus habens Coadjutorem, est impeditus, non potest functiones alteri, quàm Coadjutori delegare. *Congr. Episc. in Firmana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 6. nu. 5. ubi num. 12. ait, quod* Episcopus non potest Coadjutorem punire, licèt sit etiam Canonicus, vel Archidiaconus in sua Ecclesia, & sic nec ratione Beneficij, *ex Congr. Conc. in Posnavien. 18. Febr. ejusd. anni.* 802

1623.26.Sept. — Quamvis Aliqui velint, quod possit quis promoveri ad Sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines ad titulum Beneficij, cujus fructus lucrari non potest nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem, hæc tamen doctrina, ejusque observantia in jure non subsistit, quia sic promotus multis modis à suscipiendo Sacerdotio posset impediri, & ita contra intentionem Tridentini ad mendicandum cogeretur; ideoque hanc doctrinam repudiavit *Congr. Conc. in Vicen. apud* eund. *ibid. lib. 1. tit. 11. num. 26. & refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, & Ordinatione, *pag.* 180. 803

1623.19.Nov. — Locorum Ordinarii, quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuicumque Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantùm Consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possint: id verò non aliter, quàm servata ad unguem forma infrascripta, videlicet, ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & Vigiliis: 804

liis: prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterij, qui penes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant: & dicta licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarij adnotetur: Quod si prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut aliter quàm servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant, se intentionis Pontificis, & Sacræ Congregationis transgressores, judiciumque reformident. *Congr. Episcop. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine* 1 *par. pag.* 434.

1623. 15. Dec. —— Litteræ Sacræ Congregationis, in quibus scribitur Ordinario, ut aliquid toleret, non debent ostendi, & multò minus earum copia dari. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Litteræ, *num.* 9. — 805

1624. 18. Jan. —— Archipresbyter Ecclesiæ Collegiatæ S. Joannis de Abbatissis Vicentinæ Diæcesis in Catalonia non venit sub Ordinarij appellatione, sed Ecclesia ipsa, illiusque Dignitates, Canonicatus, & Beneficia obtinentes, atque alij quicunque Ministri, non Archipresbytero, sed Episcopi loci tantùm visitationi, correctioni, atque omnimodę jurisdictioni sunt subjecti. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.* 5, *Const.* 13. *quæ incipit* Alias, *& postea Congr. Conc. in causa Vicentina Jurisdictionis* 1640. 1 *Dec. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concursu Paroch. *pag.* 190. — 806

1624. 24. Ian. —— Pensio legitimè imposita ab Episcopo non excedat medietatem veri valoris Beneficij. *Urbanus VIII. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Pensio, *numer.* 6. — 807

1624. 5. Mar. —— Dum adest causa proportionata, potest — 808

test ab Ordinario concedi licentia Sæcularibus alloquendi Moniales etiam tempore Adventus, & Quadragesimæ. *Congr. Episcopor. in Panormitana*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 11.

1624. 18. Mar. —— Episcopi Regni Neapolitani possunt exteros ordinare cum Dimissorijs suorum Ordinariorum, licèt non sint directæ ad certum Episcopum. *Congr. Episc. in Florentina*, *apud* Nic. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 38. 809

1624. 24. Maij —— Episcopus non debet procedere contrà eos, qui in Paschate communicaverunt Romæ. Congreg. *Episc. in Castren. apud.* eund. *in Floscul. verb.* Pascha, *numer.* 4. 810

1624. 25. Maij. —— Non nisi Episcopus potest benedicere Populo extra actum Celebrationis. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali*, *verb.* Benedictio, *nu.* 22. 811

1624. 11. Jun. —— Per *cap.* 4. *sess.* 21. *Conc. Trident.* non potest Episcopus erigere Fontem Baptismalem in Parochia Filiali, ac propterea partem redituum Matricis dismembrare, novæque Baptismali applicare. *Congr. Conc. in Urbinaten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 42. *num.* 6. 812

1624. 26. Jun. —— Ordinarius non potest providere per Concursum Vicarium Ecclesiæ Parochialis unitæ cum Decanatu, sed debet admittere Vicarium idoneum præsentatum à Decano, ut ex Garz. *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 289. *& seq.* dixit *Rota in Urgellen. Vicariæ coram* Manzanedo, *decis.* 783. *numer.* 2. 813

1624. 16. Iul. —— Episcopus manutenendus est in quasi possessione cogendi Confratres per edicta pænalia, exactionem pœnarum, aliaque juris, & facti remedia ad interessendum solitis Processionibus, non obstante aggregatione, nisi haberent privilegium speciale exemptionis. *Congr. Epis. in Camerinen. & antea in Viterbien.* 1586. 9. *Decemb. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon.* 814

Iac.

Iac. Pignatel. par. 2. tit. de Processionibus, *pag.* 270.

1624. 3. Aug. —— Episcopus ex causa dispensare potest, ut Matrimoniorum denunciationes fiant in Vesperis festorum dierum, sine qua dispensatione, vel consuetudine, neque in Vesperis, neque in Missis fieri possunt, quando Festa non sunt de præcepto. *Congr. Episc. in Spoletana apud* Nicol. *in Lucubrat. lib.* 1. *tit.* 10. de Nuptiis, *num.* 63. 815

1624. 28. Aug. —— Revocantur omnes licentiæ à Summis Pontificibus cuicunque Regularium Ordini concessæ fundandi, erigendi, & instituendi ubique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca Regularia quovis nomine nuncupata, servata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini Decretorum forma de sola Ordinarij licentia, seu etiam forsan non servata forma, & absque licentia hujusmodi, & contra Decreta à Sede Apostolica super præmissis edita: Quo circa Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Ordinarijs per præsentes committitur, & mandatur, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, in præsentibus litteris contenta ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, faciant inviolabiliter observari, Contradictores per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachij sæcularis. *Vrbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constitut.* 27. *quæ incipit* Romanus, *& referunt etiam* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbatiss. disput.* 33. *quæsito* 1. *num.* 6. *ac* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *Constit.* 3. *ejusd. Pont.* 816

1624. 21. Sept. —— Regulares fugitivi, & apostatæ, sive habitum Regularem deferant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram tra- 817

trahunt, in carceres conijci, ac Superioribus Regularibts consignari, secundùm Regularia Instituta puniendi; & ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur, salva tamen in omnibus facultate Ordinarijs locorum attributa decreto Concilij *cap. 3. sess. 6.* Regulares autem ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarij loci jurisdictioni, & obedientiæ subsint, proindeque Generalis illicò expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur, *Congr. Conc. communicato consilio cum Urbano VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4. Constit.* 28. *qua incipit* Sacra, §. 4. & 7. *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.2. Const.* 10. *ejusd. Pontific.*

1624.21 Sept. — Prædicti verò ejecti extra Religionem degentes, sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi: & innovatur Constitutio Gregorii IX. relata *in c. fin. extr. de reg.* ac præterea declaratur, eam Constitutionem in iis quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, definitivè, ac juris ordine servato expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis huiusmodi subsit spes emendationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii, cuius conscientia in his litteris concedendis seriò oneratur. *Congr. Concil. apud eosd. ibid.* §. 10. *&* 11. & quoad primam partem idem refert Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom.1. Constit. unic. Urbani II. sect. 2. num.26. pag.*340. **818**

1624.23 Sept. — Quando Barones, & aliæ similes Personæ moriuntur extra Diæcesim, ubi habent Feudum, & Baroniam, Regaliæ nihilominus dari debent Episcopo, in cuius Diæcesi situm est Feudum, licèt Baro haberet alibi domicilium: nisi de consuetudine alicubi servaretur contrarium. **819**

Congr.

Cong. Episc. in Neritonen. & antea in Licien. 1599. 26. *Iul.* & 1600. 17. *Ian.* ac 1606. 17. *Mar. apud* Pasc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 505. *ubi ait, quod* istæ Regaliæ non dantur ratione Sepolturæ, sed Baroniæ, neque deferuntur post funus, sed pro funeribus certa portio exigitur ratione subiectionis.

1624. 23. Sept. — Ubi est Piscium, & Herbarum inopia, potest Episcopus connivere, quod Moniales S. Claræ viventes cum Regula moderata anno 1260. ab Urbano Quarto, vescantur carnibus. *Congr. Episc. in Camerinen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Regula, *num.* 4. 820

1624. 27. Sept. — Si sollecitati in Confessione noluerint manifestare sollicitantes, poterit Episcopus dare auctoritatem Cōfessario recipiendi in scriptis cum juramento denunciationem Personæ sollicitatæ, quæ consensit, quam statim tenebitur Confessarius deferre Episcopo, vel Inquisitori. *Congr. Inquis. apud* Peyrin. *de Privil. Regular. tom.* 2. *circa Constitut.* 4. *Gregor. XV.* §. 3 *num.* 12. & *refert etiam* Ascan. Tambur. *de Jure Abbatiss. disput.* 16. *quæsito* 4. *nu.* 15. 821

1624. 27. Oct. — Licentiæ Pontificiæ diversis Mulieribus sæcularibus concessæ Monasteria ingrediendi, nullatenus suffragentur, nisi adsit consensus Monialium per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstandus, alioquin Mulieres ingredientes, pœnas incurrant contra Clausuram. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bulla. tom.* 4. *Constit.* 30. *qua incipit* Sacrosanctum. 822

1624. 11. Dec. — Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prohibetur, ne quovis prætextu, & ex quacunque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos, vel Germanos, aliosque quoscunque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam oriundos, non solùm ad Sacros, sed neque etiam ad minores Ordines, vel Clericalem caracterem promovere audeant, 823

deant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum litteras à Pontificiis, & Sanctæ Sedis Nunciis, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant, eorumdemve Nunciorum, seu Collectorum subscriptiones à Vicario in Spiritualibus Generali in Alma Urbe similiter examinatæ recognitæ, & approbatæ fuerint, aliàs promoventes, ad annum ab exercitio Pontificalium, promoti verò perpetuæ suspensionis pœnam absque ulla spe dispensationis à Sede Apostolica obtinendę incurrant eo ipso. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Constitut. 35. qua incipit* Secretis §. 3. *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regul. tom. 3. Constit. 5. ejusd. Pont.*

1624. 11. Dec. —— Provisio Præbendarum in Cathedralibus est simultanea Episcopi, & Capituli, quia Episcopus uti caput, & Canonici uti membra constituunt unum Corpus, prout *ex cap. novit, de iis quæ fiunt à Prælat.* dixit *Rota in Ferrarien. Canonicatus coram Ubaldo sen. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 14. num. 2. ubi num. seq. ait, quod* uno impedito, vel conferre nolente, alter solus validè confert. 824

1625. 22. Febr. —— Professio Monialium fieri debet in manibus Ordinarii principaliter, non autem Abbatissæ. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 78. ubi quod* Emissa in manu Superioris, reclamante majori parte Monialium, est nulla, *ex ead. Congr. in Colonien. 1653. 26. Sept.* 825

1625. 22. Febr. —— Episcopus compellere potest Parochum etiam Regularem ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti per sex miliaria: etiamsi Parochialis collatio ad Abbatem Regularem spectaret: imo declaratur abusus consuetudo residendi in loco distanti per duo milliaria: & si Parochialis propter tenuitatem non potest Domum pro habitatione Parochi construere, provideri debet per unionem aliorum Beneficiorum. 826

rum. *Congr. Episc. in S. Sevirini, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 4. num. 15.*

1625. 13. Mar. —— Quorumvis Hominum cum Sanctitatis, seu Martyrii fama, quantacumque illa sit, defunctorum Imagines cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus venerationem indicantibus & cultum, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujuscumque Religionis non apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur: neque imprimantur libri eorumdem Hominum, qui Sanctitatis, sive Martyrii fama, vel opinione, ut præfertur, celebres è vita migraverint, Gesta, Miracula, vel Revelationes, seu quæcumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sive recognitione, atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhibeat: & ne deinde fraus, aut error, aut aliquid novum, ac inordinatum in re tam gravi committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque responsum expectet: Revelationes verò, & Miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum Hominum vitam, & gesta continentibus hactenus sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Constit. 39. quæ incipit* Sanctissimus, §. 1. & 2. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. Circa Constit. 3. Leonis X. §. 2. num. 1.* Ascan. Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. nu. 53.* & Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 18. n. 21.* 827

1625. 13. Mar. —— Ad prædictorum Hominum Sepulchra Tabellæ, atque Imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia tam pictæ, quàm fictæ, atque exculptæ non appendantur, seu affigantur, & Lampades, sive alia quæcumque Lumina 828

mina non accendantur sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra, facienda, Sedique Apostolicæ referenda, ac probanda: Per supra scripta tamen non præjudicatur in aliquo iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur. *Urban. VIII. apud eosd. ib. §. 3. & 4.*

1625. 13. Mar. —— Ut autem præmissa diligentiùs observentur, universis, & singulis tam Ordinariis, quàm hæreticæ pravitatis Inquisitoribus districtè præcipitur, ut in sua quisque Diæcesi, vel Provincia sedulò pervigilet, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut Miracula, Revelationes, aut beneficia prędicta publicentur, aliave contra superius disposita fiant: Transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum officiorum, ac vocis activę, & passivę, nec non & suspensionis à Divinis: si verò Clerici sęculares, privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à Divinis, & ab administratione Sacramentorum, executioneque suorum Ordinum respectivè, aliisque arbitrio prędictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo culpę infligendis pęnis plectendo: Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpserint, seu quoquo modo effinxerint, vel formaverint, cęterique artifices circa premissa qualitercumque delinquentes, prędicta omnia amittant, & insuper pecuniariis, aliisque, etiam corporalibus pęnis, juxta criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitorum arbitrio afficiantur, contrariis quibuscunque non obstantibus. *Urbanus VIII. apud eos. ibid. §. 5. 6. & 7.* 829

1625. 18. Mar. —— Reprobatur abusus transferendi Moniales Virgines pro gubernio Convertitarum, sed potius Mulieres sęculares introduci debent. 830

Congr.

Congr. Episcop. in Urbinaten. vel transferri Moniales idoneę ex aliis Monasteriis Convertitarum, *ead. Congr. in Eugubina* 1602. 23. *Jul.* vel datur licentia confirmandi eandem Abbatissam pro secundo triennio, *ead. Congr. in Panormitana* 1617. 21. *Febr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Convertitę, *num.* 12.

1625. 15. Apr. —— Illegitima non potest esse Abbatissa, vel Priorissa, nisi habilitetur à Sanctissimo, vel à Sacra *Congr. Episcop. in Messanen.* Ad alia verò Officia habilitari potest ab Episcopo, *ead. Congr. in Patavina* 1602. 27. *Maii*, *apud* eund. *ibid. verb.* Illegitimus, *num.* 3. — 831

1625. 26. Apr. —— Cyprianus Abbas Monasterii S. Petri de Eugubio Ordinis Olivetani Ecclesiam S. Marię *della Piaggiola* sibi subjectam tanquam invalidè benedictam clandestinè ab Episcopo Eugubino, Ecclesiastico supponit interdicto, prout refert Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 2. disput.* 16. *quæsito* 1. *num.* 5. *ubi* Congregatio Concilii 1629. 9. *Sept.* reprehendit prædictum Eugubinum Episcopum, eò quod benedixerit eandem Ecclesiam sibi non subjectam, & pęnis, ac censuris Ecclesiasticis adegerit Priores Confraternitatis, ut Missę illic celebrarentur, non obstante interdicto juridicè ab eodem Abbate imposito. ¶ Simili etiam supposuit Interdicto Ecclesiam S. Angeli minoris de Asculo Cornelius Abbas Monasterii S. Angeli Magni ejusdem Ordinis, & Civitatis, eò quod Societas Laicorum pacificam attentabat perturbare possessionem quoad celebrationem Missarum per Monachos ejusdem Ordinis, & non per alios Sacerdotes fieri solitam. ¶ Vide infra 1625. 9. Aug. — 832

1625. 14. Iun. —— Monialium Medicus non debet esse minor quinquaginta annis, ubi Medicorum penuria non adest. *Congreg. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Medicina, *num.* 9. ubi alia resolutio *in Ferrarien.* 1617. 7. *Mar.* — 833

1625. 21. Jun. —— Non possunt Episcopi in Dięcesana — 835

na

na Synodo, aut aliàs quoquo modo reducere onera ulla Missarum celebrandarum, sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem est recurrendum: *Congr. Concil. de mandato Urbani VIII. apud* Cherub. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 45. *qua incipit* Cùm sępe, *&* *referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Constit.* 9. *ejusd. Pontific. ac* Mathęucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 19. *nec non* Thom. Tambur. *in Opusc.* ¶ Notandum, quod neque possunt Episcopi reducere legatum tenuissimum, nisi in ipsa Beneficii erectione expresè cautum sit, ut liceat Episcopo injunctum onus reducere, ac moderari, ut declaravit *ead. Congr. apud eosd. ibid. ad* 1.

1625. 21. Iun. —— Tot Missæ absolutè celebrētur, quot ad rationem attributę eleemosynę prescriptæ fuerint, licèt stipendia incongrua sint, & exigua: & qui secus fecerint, obligationi non satisfaciet, graviter peccabit, & ad restitutionem tenebitur. *Congr. Conc. apud eosd. ibid. & refert etiam* Cordeirus *de perf. Parocho par.* 1 *tract.* 4. *de Sacrif. Missa, quæst.* 18. *num.* 6. ¶ Notandum primò, quod ly *Præscripta fuerint* importat pręscriptionem factam ab Offerente, non verò ab Ordinario: & si tribuens eleemosynam, numerum Missarum celebrandarum non pręscripserit, tunc tot Missę celebrentur, quot pręscripserit Ordinarius, secundùm morem suę Civitatis, vel Provincię, ut declaravit *ead. Congr. apud eosd. ib. ad* 2. ¶ Notandum secundò, quod cùm Ordinarius pręscripserit eleemosynam congruam juxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruo tenentur Missas, illis ab Offerente pręscriptas celebrare, ut declaravit *ead. Congr. apud eosd. ibid. ad* 3. ¶ Notandum tertiò, quod ubi nullam certam eleemosynam Testator reliquit, pręscribenda est ab Episcopo eleemosyna congrua, quę correspondeat oneribus Missarum celebrandarum, secundùm morem Civita-

955

vitatis, vel Provinciæ: & i leo non est liberum Hæredibus eleemosynam sibi benè visam præscribere; ut declaravit *ead. Congr. apud eosd. ibid. ad* 5.

1625.21.Jun. —— Onera perpetua Missarum celebrandarum ne incipiantur à Clero sæculari sine licentia Episcopi, vel ejus Generalis Vicarii in scriptis, & gratis concedenda, & qui huius prohibitionis trangressor extiterit, ab ingressu Ecclesiæ interdictus sit eo ipso: Episcopus verò, seu ejus Vicarius, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirat de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuique Ecclesiæ, aut Loco pio incumbentibus, nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam præbeat, quàm ei legitimè constiterit, illius Sacerdotes tam novo oneri suscipiendo, quàm antiquis jam susceptis satisfacere posse: præcipuamque rationem habeat, ut redditus, qui Ecclesiis, & Locis piis relinquuntur, omnino respondeant oneribus adjunctis, secundùm morem cujusque Civitatis, vel Provinciæ: intelligatque, si in re tanti momenti deses, aut negligens fuerit, in novissimo die se hujus prætermissi muneris rationem esse redditurum. *Cong. Conc. apud eosd. ibid.* 836

1625.21.Jun. —— Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium nullibi recipiatur, nisi, præter alia ad id requisita, in singulis ejusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detractis omnibus detrahendis, competenter sustentari valeant ad præscriptum Decreti supra positi, & editi 1621. 17. *Augusti*, alioquin Monasteria, & Loca hujusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitaverint, Ordinarii loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ jurisdictio- 837

ni subjecta esse intelligantur. *Congr. Conc. apud eosd. ibid.*, & habet etiam Crispin. *in tract. de Visit. Pastor. par. 1. §. 15. num. 25.*

1625. 30. Jun. —— Fratres S. Francisci de Observantia in partibus Indiarum Occidentalium existentes, expressè professi, possunt de suorum Superiorum licentia à quocunque Catholico Antistite per eos eligendo ad omnes, etiam Sacros, & Præsbyteratus Ordines extra tempora, & non servatis Interstitiis promoveri. *Urbanus VIII. apud* Cherub. *in Bullar. tom. 4. Constitut. 46. quæ incipit* Cùm sicut. 838

1625. 17. Jul. —— Potest Episcopus visitare Capellas, & Confraternitates intra Regularium Ecclesias, si per laicos Administratores regantur. *Congreg. Episc. in Vercellen.* arg. *cap. ex ore 17. de privileg. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 39. num. 4. vers.* IX. amplia. 839

1625. 4. Aug. —— Tolerari non debet, quod Tertiariæ licèt Domi viventes, comam nutriant, cum Habitus indecentia, & scandalo Populi. *Congr. Episc. apud* eund. *in Floscul. verb.* Tertiariæ, *n. 10.* 840

1625. 9. Aug. —— Ecclesia, cujus Benedictio spectat ad Abbatem, si benedicatur ab Episcopo, Benedictio est nulla, scilicet quoad effectum, & executionem, & iterum ab Abbate benedicenda est, scilicet reconcilianda. *Congr. Conc. in Eugubina, apud* eund. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 39. num.* 254. ubi tamen censet, quod hæc declaratio intelligenda sit de Episcopo Hæretico, vel Excommunicato vitando, juxta *cap. Ecclesiis, dist. 68.* 841

1625. 9. Aug. —— Sub Decretis super erectione novorum Conventuum non comprehenduntur Congregationes Presbyterorũ Sæcularium in communi viventium, erectæ Auctoritate Ordinaria. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 19. num. 11.* 842

1625. 18. Sept. —— Nemo in Statu Ecclesiastico mediatè, vel immediatè Sedi Apostolicæ subjecto 843

Libros de quavis materia tractantes, & ubique compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressa in scriptis approbatione Cardinalis Vicarij, ac Magistri Sacri Palatii in Urbe: extra verò Urbem, sine Ordinarii, & Inquisitoris licentia Operi præfigenda. *Congreg. Inquis. coram Urbano VIII. apud* Cherubin. *in Bull. tom.*4.*Constit.*50.*qua incipit* Sanctissimus.

1625.19.Sept. —— Potest Episcopus statim habita notitia delicti Regularis notoriè extra Claustrum delinquentis informationem capere, & illam ad Superiorem delinquentis mittere, ut nequeat de eodem delicto ignorantiam præsumere: Satis autem est, ut Episcopus semel instet Superiori Regulari, eique terminum præfigat ad castigandum Subditi delictum. *Congr. Conc. ad* 1. *&* 2. *apud* Pascucc. *in Compend ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Regularibus, *pag.*309. 844

1625.19.Sept. —— Non sufficit, ut Superior Regularis sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus est, ut de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat. *Congr.Conc.ad* 3. *ubi ad* 4. *dictum fuit, quod* Regularis censetur notoriè delinquere extra Claustra, si in Ecclesia Monasterii delinquit, nisi clausis portis Ecclesiæ, & solis Regularibus in ea existentibus fuerit commissum delictum, ut habetur *apud eund. ibid. ubi quod* facultas Episcopo attributa vindicat sibi locum, etiam cùm Regulares notoriè, & cum scandalo extra Claustra intra Ecclesiam delinquunt, non ita si intra Claustra, *ex ead. Congreg.* 845

1625.2.Oct. —— Quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum sæcularem, seu Regularem, Tabellas, & Imagines, aliudve simile quispiam detulerit, ac intercessione Hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum Martyrii, vel Sanctitatis fa- 846

ma demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis Personis, Ecclesiarum, Locorumve prædictorum curæ præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus, recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque tam amota collocare, & asservare, ut, si quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi Sanctitatis qualescunque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis quibuscunque non obstantibus. *Vrbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Postmodum *relata à* Cherubin. *in Bullar. tom.4. post Constitut.39. ejusd. Pontific. & habent etiam* Atcan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.1. disput.15. quæsito 7. num.53.* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.1. circa Constit. 3. Leonis X. §. 2. num.1. &* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.2. tit. 15. form.18. num.26.*

1625.1.Nov. —— Bona jurisdictionalia ad Ecclesias pertinentia, vel ad Loca pia, non sunt danda in feudum, vel emphyteusim, nec ultra triennium locanda, neque huiusmodi concessiones renovandæ, sive prorogandæ, ideoque Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, nec non Abbates, Præsules, Prælati, aliique in aliis juramentis ab iis præstandis, de præsenti etiam Constitutione servanda omnino jurare teneantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4. Constit. 51. quæ incipit* Humanæ salutis, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.2. Constit.7. ejusd. Pont.* 847

1625.19.Nov. —— Abbates, & Prælati ab Ordinariorum, & aliorum jurisdictione exempti, & Sedi Apostolicæ subjecti nequeunt exemptionis privilegio 848

gio renunciare. *Rota in Ulixbonen. Monasterii coram Remboldo apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abb. tom.1. disp.15. quæsito 12. num.3.*

1625.11. Dec. —— Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua Civitate, vel Castro, in quo spiritualem & temporalem jurisdictionem exercet, tanquam ipsius Episcopi Familiaris, gaudet privilegio Fori. *Cong. Episcop. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.1 tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.399.* 849

1626.15. Jan. —— Episcopus cogere debet Beneficiatos quoslibet, licèt tenuissimi redditus, ad expediendas Bullas, dummodo ipsi nullum exinde resultet emolumentum, nec canonizet Juspatronatum non satis probatum. *Congr. Episc. in Rossanen. apud* Nic. *in Flose. verb.* Bulla, *num.2.* 850

1626.31. Jan. —— Episcopus processurus cum Mozzeta, eam deponere debet coram suo Archiepiscopo, nisi aliud sit statutum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Episcopus, *num.5.* 851

1626.27. Jun. —— Nullus inferior à Papa potest erigere Ecclesiam, etiam Parochialem, in Collegiatam. *Congr. Conc. in Conversanæ, apud* Lotter. *de re benefic. lib.1 quæst.14 num.49. ubi num.53. ait, quod* debet Patronus assentire, si Ecclesia, quæ desideratur in Collegiatam erigi, patronata sit. 852

1626.26. Iul. —— Episcopi in partibus Infidelium constituti, qui vel à Sacra Congregatione stipendia habent, vel in negotiis occurrentibus ab ipsa diriguntur, non obstante Constitutione Sixti Quinti supra posita, & edita 1585. 1. Iun. de Liminibus Apostolicis visitandis, Limina prædicta temporibus in ea constitutis per Procuratorem etiam in Curia Romana existentem specialiter singulis vicibus Visitationis faciendæ constituendum visitare possint, & valeant. *Urbanus VIII. in Congr. de propag. Fide apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.5. tit.31. num.4. in fine.* 853

1626.28.Iul. —— Ordinarii locorum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini prohibere non possunt, ne Regulares peregrini in Ecclesiis suorum Ordinum Missas celebrent absque eorum licentia: & si in loco non habeant suorum Ordinum Ecclesias, possunt dicti Ordinarii prohibere, ne ibi sine eorum licentia Sacrum celebrent. *Congr. de propag. Fide, apud* eund. *ibid. lib.*3. *tit.*31. *num.*15. 854

1626.11.Aug. —— In Tribunali Auditoris Cameræ, & in aliis Tribunalibus Curiæ Romanæ non possunt concedi inhibitiones, seu monitoria cum absolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos, vel alios Ordinarios ex causa violatæ jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ appellantibus, vel aliàs recurrentibus ad supradicta Tribunalia. *Sacra Congr. ad hoc specialiter deputata, approbante Urbano VIII. die* 5. *Sept. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*1 *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 149. 855

1626.17.Aug. —— Potest Episcopus in defectum Sacerdotum concedere Parocho duarum Parochiarum distantium, ut diebus festis bis celebret, si Populus unius Parochiæ non possit ad alteram cōmodè accedere causa audiendi Sacrum. *Congreg. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *tit.* 41. *lib.* 3. *num.* 2. 586

1626.17.Aug. —— Fundatores Monasteriorum Monialium non possunt earundem Clausuram ingredi, nec à Monialibus recipi, nisi in litteris Apostolicis erectionis secus expresse caveatur. *Congr. Episc. apud* eund. *in Floscul. verb.* Fundator, *nu.*2. 587

1626.18.Aug. —— Abbates, & alii Superiores Regularium non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum sibi non subditarum, abrogata contraria consuetudine. *Congr. Rit. apud* eund. *ibid. verb.* Abbas, *num.*5. *ubi etiam* nisi super hoc obtineant ab Apostolica Sede speciale privilegium: tunc enim etiam 858

etiam Calices, Aras, & Campanas benedicere possunt, & alia consecrare, in quibus intervenit unctio, *ex ead. Cong.* 1614. 10. *Nov.*

1626. 3. Oct. —— Omnibus locorum Ordinariis præcipitur, ut in actu approbationis Confessariorum tam Sæcularium, quàm Regularium legatur eisdem, & intimetur Constitutio Gregorii XV. supra posita, & edita 1622. 30. Aug. & præsertim §. 9. qui incipit *Mandantes*, in fine dictæ Constitutionis. *Congr. Inquis. de mandato Urbani VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. to. 2. circa Constit. 4. d. Gregor. §. 9. num.* 34. 859

1626. 20. Nov. —— Ordinarius loci valet visitare, punire, & corrigere Regularem extra Monasterium, seu Claustra delinquentem, non solùm si degat cum licentia suorum Superiorum, sed etiam de licentia Apostolica. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag.* 309. 860

1626. 7. Dec. —— Episcopus Sacramentum Confirmationis administrare potest etiam sine Mitra, sed adhibita tantummodo Stola. *Congr. de propag. Fide, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 15. num.* 1. 861

1627. 25. Jan. —— Quando Ordinarius vadit per Diæcesim extra Visitationis occasionem, licèt ad consecrandum, vel reconciliandum Ecclesiam, vel Sacramentum Confirmationis administrandum, neminè cogere potest ad subministrandas expensas, neque pro equis, neque pro victualibus. *Congr. Episc. in Florentina; apud* eund. *ibid. lib. 3. tit. 39. num. 21. vers.* Limita XII. 862

1627. 27. Febr. —— Episcopus Diæcesanus procedere potest ad Censuras contra alium Episcopum offendentem suam jurisdictionem. *Congr. Conc. in Baren. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 2. Leonis IX. sect. 5. nu. 97. pag.* 282. 863

1627. 17. Apr. —— Non sunt locanda emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis ex jurisdictione, & si- 864

& sigillo, vel alio modo provenientia, quæ ad Vicarium, & Capitulum non spectant, cùm debeant futuro Successori reservari, si ad Episcopum, Ecclesia non vacante, pervenissent. *Congr. Conc. in Agrigentina, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disp.* 14. *quæsito* 3. *num.* 3. *ex* Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 94. *num.* 34.

1627. 9. Jun. —— Licèt Ordinarii possint in vim Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 13. *de Regular.* præcidere controversias subortas in Processionibus in materia præcedentiæ, datur tamen ab eorum ordinationibus appellatio devolutiva, in cujus gradu benè datur manutentio possessori. *Rota in Colonien. Præcedentiæ coram Ubaldo apud* d. Tamburin. *in fine* 3. *tomi, decis.* 115. *num.* 8. 865

1627. 26. Iun. —— Episcopus ob Clausuram custodiendam, etiam in Monasteriis Regularibus subiectis potest excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reservatæ imponere circa aperitionem ostii Clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus, dictaque Excommunicatio ligat nedum Regulares accedentes, verùm etiam Moniales, si de ipsis mentio fiat, adeo ut Superior Regularis ab eadem excommunicationem absolvere nequeat. *Congr. Conc. in Viterbien. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, decreto* 5. & referunt etiam Palcucc. *par.* 2. *tit.* de Monialibus. *pag.* 81. *ac* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *tit.* 1. *lib.* 3. *num.* 3. *nec non* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form.* 34. *num.* 11. juxta *cap. Monasteria* 8. *de vit. & honest. Cleric.* 866

1627. 5. Iul. —— Non valet Professio Monialis, quæ ingressa est Religionem die 27. Martii, & die 27. eiusdem mensis in anno sequenti (currente anno Bisextili) emisit Professionem, non exspectato lapsu diei, quæ illi anno accrescit. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 4. *quæsito* 9. *num.* 2. *ex* Iulio Lovar. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 1. de 867

No-

Novitiis, *cap.* 6. *num.* 5.

1627.17.Iul. —— Potest Episcopus cogere Canonicos, ut à suis Capellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono. *Cong. Rit. apud* Gavant. *in Manuali verb.* Missa Conventualis, *num.*4. 868

1627.27.Iul. —— Consecratio Virginum potest fieri in Ecclesia exteriori. *Congr. Rit. in Hieracen. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.*27.*quæsito* 6.*num.* 4. ubi tamen ait, ex præfatæ Congregationis rescripto, in aliquibus locis ex justis, & rationabilibus causis introductum fuisse, quod Moniales consecrandæ non egrediantur à Prælato existente ad fenestellas. 869

1627.7.Aug. —— Coadiutor Episcopi celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum, debet habere assistentem Canonicum pro Libro. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Coadiutor Episcopi, *num.* 8. 870

1627.11.Aug. —— Officialium Confraternitatum canonicè institutarum electio ad Confratres, eorumdem verò Officialium confirmatio ad loci Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem pertinet. *Congr. Episc. in Bononien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*393. 871

1627.13.Aug. —— Si Visitator Apostolicus fuerit Episcopus, debet habere decem scuta monetæ pro quolibet die. *Congr. Episc. in Lycien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2.*lib.*3.*tit.*39.*num.* 33. *in fine.* 872

1627.1.Oct. —— Prohiberi debet Monialibus sub gravibus pęnis usus ocularium, seu perspicillorum longiorum. *Congr. Episc. in Anconitana apud* eund. *in Floscul. verb.* Prospectus, *num.*3. 873

1627.13.Nov. —— Non potest Episcopus in locum de mortuorum Examinatorum alios subrogare usque ad novam Synodum. *Congr. Conc. in Visionen. apud* Barbos. *de pot. Par. par.*1. *cap.*2.*num.*64. 874

de Jure Abbatiss. disput. 25. quæsito 4. num. 6.

1628. 26. Maii. —— Coadiutor Episcopi etiam non adhibitus ad ullam functionem, tenetur residere; nec discedere potest absque consensu Coadiuti, vel licentia Sacræ Congregationis: & tenetur quoties fuerit requisitus, Pontificalia, & alias functiones obire, quamvis Coadjutus propria impedimenta non probet. *Congr. Epic. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 6. num. 3. & 6.* 885

1628. 26. Maii. —— Non potest dictus Coadiutor præsente Coadiuto, Benedictionem Pontificalem impertiri: non est tamen cogendus in hoc casu Missas, aut Vesperas celebrare, sed hoc peragi debet à simplici Canonico, vel Dignitate: tenetur tamen interesse Concioni in Cathedrali, etiam absente Coadiuto, in loco decenti; & separato, sed non sub Baldachino. *Congr. Episc. in d. Fulginat. apud.* eund. *ibid. num. 7. & 9.* 886

1628. 26. Maii. —— Coadiutor debet, quoties fuerit requisitus, Coadiutum in Visitatione comitari, expensis tamen ipsius Coadiuti pro eo, & familia, & absque ulla exactione Procurationis ratione ejusdem Coadiutoris: Visitans autem ex commissione Coadiuti, non potest recusare assistentiam Vicarii Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadiuto placuerit. *Congr. Episc. in d. Fulginaten. apud* eund. *ibid. num. 10. & 11.* 887

1628. 16. Jun. —— Distribuere eleemosynas collectas in Ecclesiis Regularium tempore & occasione Jubilæi, pertinet ad Ordinarium. C*ongr. Episc. in una S. Dominici, apud* Nicol. *in Flosculi. verb.* Jubilæum, *num. 7.* 888

1628. 16. Jun. —— Abbates & Prælati inferiores exempti, Episcopalem Jurisdictionem habentes, sicut possunt destituere, sic etiam possunt Beneficiorum resignationes recipere: dicuntur enim Ordinarii, & habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, quod idem est, ac habere in eis potestatem instituendi, 889

& de-

& destituendi, visitandi, & corrigendi: Hoc tamen intelligendum est de resignatione pura, & simplici, nam resignationes conditionales, & ad favorem certæ personæ coram Ordinario admitti nequeunt, sed fieri debent coram Papa. *Rota in Gerunden. Beneficii coram Pirovano apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat.tom.1. disput.13. quæsito 8. nu.11. ubi n. 14. ait, quod* prædicti possunt etiam hujusmodi Beneficiorum permutationes facere, & approbare, quia hæc facultas competit Episcopis ratione Jurisdictionis, non Dignitatis, aut Ordinis; sed Abbates, & Prælati prædicti habent Episcopalem Jurisdictionem, ergo, &c.

1628. 30. Jun. —— Curia Episcopalis manutenenda est in quasi possessione exigendi unum obulum pro quolibet scuto in qualibet relaxatione Mandati executivi usque in infinitum. *Congreg. Episcopor. in Civitatis Castellana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Mandatum, *num.* 2. 890

1628. 1. Jul. —— Neque Decretum Sacri Concilii *de servan. & vitan. in celebr. Miss. sess.* 22. neque alia Decreta de privatis Oratoriis edita sustulerunt Privilegium *cap. fin. de privileg. in 6.* Episcopis concessum. *Congr. Conc. apud Pascucc. in* Compend. *ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Missę Sacrificio, *pag. 46. ubi quod* id etiam in aliena Diœcesi, *ex ead. Congr. in Martyrana* 1615. 6. *Aug.* quo Privilegio gaudet etiam Episcopus Titularis in Diœcesi, cujus est Suffraganeus, imo in quocunque loco, *ex ead. Congr. in Valentina* 1623. 8. *Apr.* non autem administrator Episcopatus, nisi sit consecratus Episcopus, *ex ead. Congr. in Varnien.* 1625. 12. *Apr.* ¶ Vide tamen infra 1703. 15. Dec. 891

1628. 12. Jul. —— Non potest Episcopus Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere. *Congr. Rit. in Caputaquen. apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib. 2. cap. 15. num. 5. ubi num. 1. & 2. ait, quod* neque potest Episcopus erigere novam Dignitatem in Cathedrali; 892

neque

ma demortuorum, optata se impetravisse dixerit, liceat Ecclesiasticis Personis, Ecclesiarum, Locorumvé prædictorum curæ præpositis, Tabellas, & Imagines, sive pictas, sive ex quavis materia, fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque, qui conscii fuerint, attestationibus, recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque tam amota collocare, & asservare, ut, si quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiusmodi Sanctitatis qualescunque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ, contrariis quibuscunque non obstantibus. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Postmodum *relata à* Cherubin. *in Bullar. tom.4. post Constitut.39. ejusd. Pontific. & habent etiam* Aican. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.1. disput.15. quæsito 7. num.53.* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.1. circa Constit. 3. Leonis X. §. 2. num.1. &* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.2. tit.15. form.18. num.26.*

1625.1.Nov. —— Bona jurisdictionalia ad Ecclesias pertinentia, vel ad Loca pia, non sunt danda in feudum, vel emphyteusim, nec ultra triennium locanda, neque huiusmodi concessiones renovandæ, sive prorogandæ, ideoque Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, nec non Abbates, Præsules, Prælati, aliique in aliis juramentis ab iis præstandis, de præsenti etiam Constitutione servanda omnino jurare teneantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4. Constit. 51. quæ incipit* Humanæ salutis, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.2. Constit.7. ejusd. Pont.* 847

1625.19.Nov. —— Abbates, & Prælati ab Ordinariorum, & aliorum jurisdictione exempti, & Sedi Apostolicæ subjecti nequeunt exemptionis privilegio 848

gio renunciare. *Rota in Ulixbonen. Monasterii coram Remboldo apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abb. tom.1. disp.15. quæsito 12. num.3.*

1625.11. Dec. —— Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua Civitate, vel Castro, in quo spiritualem & temporalem jurisdictionem exercet, tanquam ipsius Episcopi Familiaris, gaudet privilegio Fori. *Cong. Episcop. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.399.* 849

1626.15. Jan. —— Episcopus cogere debet Beneficiatos quoslibet, licèt tenuissimi redditus, ad expediendas Bullas, dummodo ipsi nullum exinde resultet emolumentum, nec canonizet Juspatronatum non satis probatum. *Congr. Episc. in Rossanen. apud* Nic. *in Flosc. verb.* Bulla, *num.2.* 850

1626.31. Jan. —— Episcopus processurus cum Mozzeta, eam deponere debet coram suo Archiepiscopo, nisi aliud sit statutum. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Episcopus, *num.5.* 851

1626.27. Jun. —— Nullus inferior à Papa potest erigere Ecclesiam, etiam Parochialem, in Collegiatam. *Congr. Conc. in Conversan. apud* Lotter. *de re benefic. lib.1. quæst.14. num.49. ubi num.53. ait, quod* debet Patronus assentire, si Ecclesia, quæ desideratur in Collegiatam erigi, patronata sit. 852

1626.26. Iul. —— Episcopi in partibus Infidelium constituti, qui vel à Sacra Congregatione stipendia habent, vel in negotiis occurrentibus ab ipsa diriguntur, non obstante Constitutione Sixti Quinti supra posita, & edita 1585. 1. Iun. de Liminibus Apostolicis visitandis, Limina prædicta temporibus in ea constitutis per Procuratorem etiam in Curia Romana existentem specialiter singulis vicibus Visitationis faciendæ constituendum visitare possint, & valeant. *Urbanus VIII. in Congr. de propag. Fide apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.5. tit.31. num.4. in fine.* 853

*1626.*28.Iul. —— Ordinarii locorum ex dispositione Sacri Concilii Tridentini prohibere non possunt, ne Regulares peregrini in Ecclesiis suorum Ordinum Missas celebrent absque eorum licentia: & si in loco non habeant suorum Ordinum Ecclesias, possunt dicti Ordinarii prohibere, ne ibi sine eorum licentia Sacrum celebrent. *Congr. de propag; Fide, apud* eund. *ibid. lib.*3. *tit.*31. *num.*15. 854

*1626.*11.Aug. —— In Tribunali Auditoris Cameræ,& in aliis Tribunalibus Curiæ Romanæ non possunt concedi inhibitiones, seu monitoria cum absolutione, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos, vel alios Ordinarios ex causa violatæ jurisdictionis, immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ appellantibus, vel aliàs recurrentibus ad supradicta Tribunalia. *Sacra Congr. ad hoc specialiter deputata, approbante Urbano VIII. die* 5. *Sept. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*1 *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 149. 855

*1626.*17.Aug. —— Potest Episcopus in defectum Sacerdotum concedere Parocho duarum Parochiarum distantium, ut diebus festis bis celebret, si Populus unius Parochiæ non possit ad alteram cōmodè accedere causa audiendi Sacrum. *Congreg. Conc. apud* Nicol. *in Luçubrat. tom.* 2. *tit.* 41. *lib.* 3. *num.* 2. 586

1626. 17. Aug. —— Fundatores Monasteriorum Monialium non possunt earundem Clausuram ingredi, nec à Monialibus recipi, nisi in litteris Apostolicis erectionis secus expressè caveatur. *Congr. Episc. apud* eund. *in Floscul. verb.* Fundator, *nu.*2. 587

1626. 18.Aug. —— Abbates, & alii Superiores Regularium non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum sibi non subditarum, abrogata contraria consuetudine. C*ongr. Rit. apud* eund. *ibid. verb.* Abbas, *num.*5. *ubi etiam* nisi super hoc obtineant ab Apostolica Sede speciale privilegium: tunc enim 858

etiam

etiam Calices, Aras, & Campanas benedicere possunt, & alia consecrare, in quibus intervenit unctio, *ex ead. Cong.* 1614.10. *Nov.*

1626.3. Oct. —— Omnibus locorum Ordinariis præcipitur, ut in actu approbationis Confessariorum tam Sæcularium, quàm Regularium legatur eisdem, & intimetur Constitutio Gregorii XV. supra posita, & edita 1622.30. Aug. & præsertim §.9. qui incipit *Mandantes*, in fine dictæ Constitutionis. *Congr. Inquis. de mandato Urbani VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. to. 2. circa Constit. 4. d. Gregor. §.9. num. 34.* — 859

1626.20. Nov. —— Ordinarius loci valet visitare, punire, & corrigere Regularem extra Monasterium, seu Claustra delinquentem, non solùm si degat cum licentia suorum Superiorum, sed etiam de licentia Apostolica. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag.* 309. — 860

1626.7. Dec. —— Episcopus Sacramentum Confirmationis administrare potest etiam sine Mitra, sed adhibita tantummodo Stola. *Congr. de propag. Fide, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 15. num. 1.* — 861

1627.25. Jan. —— Quando Ordinarius vadit per Diæcesim extra Visitationis occasionem, licèt ad consecrandum, vel reconciliandum Ecclesiam, vel Sacramentum Confirmationis administrandum, neminé cogere potest ad subministrandas expensas, neque pro equis, neque pro victualibus. *Congr. Episc. in Florentina; apud* eund. *ibid. lib. 3. tit. 39. num. 21. vers.* Limita XII. — 862

1627.27. Febr. —— Episcopus Diæcesanus procedere potest ad Censuras contra alium Episcopum offendentem suam jurisdictionem. *Congr. Conc. in Baren. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 2. Leonis IX. sect. 5. nu. 97. pag. 282.* — 863

1627.17. Apr. —— Non sunt locanda emolumenta tempore vacationis Sedis Episcopalis ex jurisdictione, — 864

& sigillo, vel alio modo provenientia, quæ ad Vicarium, & Capitulum non spectant, cùm debeant futuro Successori reservari, si ad Episcopum, Ecclesia non vacante, pervenissent. *Congr. Conc. in Agrigentina, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disp. 14. quæsito 3. num. 3. ex* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 94. num. 34.*

1627. 9. Jun. —— Licèt Ordinarii possint in vim Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 13. de Regular.* præcidere controversias subortas in Processionibus in materia præcedentiæ, datur tamen ab eorum ordinationibus appellatio devolutiva, in cujus gradu benè datur manutentio possessori. *Rota in Colonien. Præcedentiæ coram Ubaldo apud* d. Tamburin. *in fine 3. tomi, decis. 115. num. 8.* 865

1627. 26. Jun. —— Episcopus ob Clausuram custodiendam, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis potest excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reservatæ imponere circa aperitionem ostii Clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus, & colloquia cum Monialibus, dictaque Excommunicatio ligat nedum Regulares accedentes, verùm etiam Moniales, si de ipsis mentio fiat, adeo ut Superior Regularis ab eadem excommunicationem absolvere nequeat. *Congr. Conc. in Viterbien. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, decreto* 5. & referunt etiam Pascucc. *par. 2. tit.* de Monialibus. *pag. 81. ac* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. tit. 1. lib. 3. num. 3. nec non* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 34. num. 11.* juxta *cap. Monasteria 8. de vit. & honest. Cleric.* 866

1627. 5. Jul. —— Non valet Professio Monialis, quæ ingressa est Religionem die 27. Martii, & die 27. ejusdem mensis in anno sequenti (currente anno Bisextili) emisit Professionem, non exspectato lapsu diei, quæ illi anno accrescit. *Congr. Conc. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 4. quæsito 9. num. 2. ex* Iulio Lovar. *variar. Lucubrat. tom. 1. tit. 1. de* 867

No-

Novitiis, *cap.* 6. *num.* 5.

1627.17.Iul. —— Potest Episcopus cogere Canonicos, ut à suis Capellanis in Quadragesima cantare faciant Missam cum Diacono, & Subdiacono. *Cong. Rit. apud* Gavant. *in Manuali verb.* Missa Conventualis, *num.*4. — 868

1627.27.Iul. —— Consecratio Virginum potest fieri in Ecclesia exteriori. *Congr. Rit. in Hieracen. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.*27.*quæsito* 6.*num.* 4. ubi tamen ait, ex præfatæ Congregationis rescripto, in aliquibus locis ex iustis, & rationabilibus causis introductum fuisse, quod Moniales consecrandæ non egrediantur à Prælato existente ad fenestellas. — 869

1627.7.Aug. —— Coadiutor Episcopi celebrans, præter Diaconum, & Subdiaconum, debet habere assistentem Canonicum pro Libro. *Congr. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Coadiutor Episcopi, *num.* 8. — 870

1627.11.Aug. —— Officialium Confraternitatum canonicè institutarum electio ad Confratres, eorumdem verò Officialium confirmatio ad loci Episcopum, vel ejus Vicarium Generalem pertinet. *Congr. Episc. in Bononien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*393. — 871

1627.13.Aug. —— Si Visitator Apostolicus fuerit Episcopus, debet habere decem scuta monetæ pro quolibet die. *Congr. Episc. in Lycien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2.*lib.*3.*tit.*39.*num.* 33. *in fine.* — 872

1627.1.Oct. —— Prohiberi debet Monialibus sub gravibus pęnis usus ocularium, seu perspicillorum longiorum. *Congr. Episc. in Anconitana apud* eund. *in Floscul. verb.* Prospectus, *num.*3. — 873

1627.13.Nov. —— Non potest Episcopus in locum de mortuorum Examinatorum alios subrogare usque ad novam Synodum. *Congr. Conc. in Visinen. apud* Barbos. *de pot. Par. par.*1. *cap.*2.*num.*64. — 874

1527.13.Nov. —— Spectat ad Episcopum tam ante susceptionem Habitus, quàm ante Professionis emissionem explorare voluntatem Virginum Deo dedicandarum etiam in Monasteriis Regularibus subiectis, & exemptis, debetque per eundem Episcopum demandari tam Monialibus, quàm Superioribus Regularibus, ne dent Habitum, & multò minus patiantur Professionem emittere, nisi prius earum voluntas perspecta, & explorata sit ab eodem Episcopo, eisque notificata: Contrafacientes verò idem Episcopus poterit coercere non solùm penis à Sacro Concilio Tridentino statutis, & præscriptis, sed etiam Ecclesiasticis Censuris,& aliis juris remediis, non obstantibus quibuscunque privilegiis. *Congreg. Conc. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.2.tit.13.form.5.num.11.* 875

1627.13.Nov. —— Non potest Episcopus præcipere, ut Iudices Synodales in causis sibi delegatis uti tantum debeant opera Notariorum Curiæ Episcopalis. *Congr. Conc. in Pistorien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Iudex, *num.25.& in Lucubrat. tom.2.lib.1 tit. 29.num.13.vers.* Secus est. 876

1627.29.Nov. —— Abbates, cæterique Regulares, exempti à Iurisdictione Episcopi, licèt non teneantur ad honorificentiam, tenentur tamen ad reverentiam eidem præstandam: hoc tamen non procedit, quando exemptio est omnimoda, & per Papam concessa, tunc enim exempti non tenentur ad jus reverentiale Episcopi: quod est intelligendum de iure reverentiali, quod debetur ratione Iurisdictionis, non autem de eo, quod debetur ratione Dignitatis, istud enim numquam tollitur per quamcunque exemptionem, ut declaravit *Rota in Cæsaraugustana Praeminentiarum coram Coccino Decano apud* Ascan. Tamburin. *de Iure Abbat.to. 1. disput.15. quæsito 7. num.45.* 877

1627.3.Dec. —— Potest Ordinarius cogere etiam sub Censuris exemptos omnes etiam Regulares ad publican- 878

blicandas, & servandas Censuras, & dies festos in eorum Ecclesiis, ut declaravit *Congr. Conc. in Ostunen. ad cap.* 12. *sess.* 25 *de Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3 *tit.* 31 *num.* 27.

1627. 3. Dec. —— Familiam suam armatam licet Episcopis augere, dummodo tamen circa numerum, & qualitatem eorum, quos sibi duxerit assumendos, prudenter, ac moderatè se gerat. *Congreg. Conc. in Agrigentina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 399. 879

1628. 17. Jan. —— Familiares etiam Episcopi Titularis gaudere debent privilegio Fori, ita tamen ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubi degunt, non ab Episcopo, seu Archiepiscopo Titulari. *Cong. Immunit. apud* eund. *ibid.* 880

1628. 24. Mar. —— Potest Episcopus exequi suam sententiam latam contra suum Clericum antequam esset Subcollector, vel etiam post, si antea fuerat inceptum judicium. *Congr. Episc. in Jeracen. & antea in Squillacen.* 1626. 30. *Maii*, *ac in Policastren.* 1617. 12. *Maii, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Subcollector, *n.* 7. 881

1628. 29. Mar. —— Episcopus debet petere consilium, non consensum à Capitulo in Processionibus edicendis. *Congreg. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Processio, *in addit. num.* 1. 882

1628. 8. Apr. —— Non possunt Locorum Ordinarii tam Sæculares, quàm Regulares addere Kalendariis etiam propriis Sanctorum Officia, nisi ea dumtaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis, vel Sacrorum Rituum Congregationis, seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur, sub pæna non satisfaciendi obligationi de recitando Divino Officio. *Congr. Rit. apud* eund. *in Thesaur. Sacror. Rit. tom.* 2. *sect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 2. *num.* 9. 883

1628. 13. Maii. —— Subcollector absque Ordinarii licentia alloquens Moniales, potest excommunicari. *Cong. Conc. in Hipporegien. apud* Ascan. Tamburin. 884

de

de Jure Abbatis.disput.25.quæsito 4.num.6.

1628. 26. Maii. —— Coadiutor Episcopi etiam non adhibitus ad ullam functionem, tenetur residere; nec discedere potest absque consensu Coadiuti, vel licentia Sacræ Congregationis: & tenetur quoties fuerit requisitus, Pontificalia, & alias functiones obire, quamvis Coadjutus propria impedimenta non probet. *Congr.Epic. in Fulginaten.apud* Nicol.*in Lucubrat.tom.2.lib.3.tit.6.num.3.& 6.* 885

1628. 26. Maii. —— Non potest dictus Coadiutor præsente Coadiuto, Benedictionem Pontificalem impertiri: non est tamen cogendus in hoc casu Missas, aut Vesperas celebrare, sed hoc peragi debet à simplici Canonico, vel Dignitate: tenetur tamen interesse Concioni in Cathedrali, etiam absente Coadiuto, in loco decenti; & separato, sed non sub Baldachino. *Congr.Episc.in d.Fulginat.apud.* eund.*ibid.num.7.& 9.* 886

1628. 26. Maii. —— Coadiutor debet, quoties fuerit requisitus, Coadiutum in Visitatione comitari, expensis tamen ipsius Coadiuti pro eo, & familia, & absque ulla exactione Procurationis ratione ejusdem Coadiutoris: Visitans autem ex commissione Coadiuti, non potest recusare assistentiam Vicarii Generalis cum facultatibus, quas ei dare Coadiuto placuerit. *Congr.Episc.in d.Fulginaten.apud* eund.*ibid.num.10.& 11.* 887

1628. 16. Jun. —— Distribuere eleemosynas collectas in Ecclesiis Regularium tempore & occasione Jubilæi, pertinet ad Ordinarium. *Congr.Episc. in una S.Dominici, apud* Nicol.*in Floscul.verb.* Jubilæum, *num.7.* 888

1628. 16. Jun. —— Abbates & Prælati inferiores exempti, Episcopalem Iurisdictionem habentes, sicut possunt destituere, sic etiam possunt Beneficiorum resignationes recipere: dicuntur enim Ordinarii, & habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, quod idem est, ac habere in eis potestatem instituendi, 889

& de-

& destituendi, visitandi, & corrigendi: Hoc tamen intelligendum est de resignatione pura, & simplici, nam resignationes conditionales, & ad favorem certæ personæ coram Ordinario admitti nequeunt, sed fieri debent coram Papa. *Rota in Gerunden. Beneficii coram Pirovano apud* Ascan. Tamb. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 13. quæsito 8. nu. 11. ubi n. 14. ait, quod* prædicti possunt etiam hujusmodi Beneficiorum permutationes facere, & approbare, quia hæc facultas competit Episcopis ratione Jurisdictionis, non Dignitatis, aut Ordinis; sed Abbates, & Prælati prædicti habent Episcopalem Jurisdictionem, ergo, &c.

1628. 30. Jun. —— Curia Episcopalis manutenenda est in quasi possessione exigendi unum obulum pro quolibet scuto in qualibet relaxatione Mandati executivi usque in infinitum. *Congreg. Episcopor. in Civitatis Castellana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Mandatum, *num. 2.* 890

1628. 1. Jul. —— Neque Decretum Sacri Concilii *de servan. & vitan. in celebr. Miss. sess. 22.* neque alia Decreta de privatis Oratoriis edita sustulerunt Privilegium *cap. fin. de privileg. in 6.* Episcopis concessum. *Congr. Conc. apud Pascucc. in* Compend. *ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Missę Sacrificio, *pag. 46. ubi quod* id etiam in aliena Diæcesi, *ex ead. Congr. in Martyrana 1615. 6. Aug.* quo Privilegio gaudet etiam Episcopus Titularis in Diæcesi, cujus est Suffraganeus, imo in quocunque loco, *ex ead. Congr. in Valentina 1623. 8. Apr.* non autem administrator Episcopatus, nisi sit consecratus Episcopus, *ex ead. Congr. in Varnien. 1625. 12. Apr.* ¶ Vide tamen infra 1703. 15. Dec. 891

1628. 12. Jul. —— Non potest Episcopus Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere. *Congr. Rit. in Caputaquen. apud* Corrad. *in Prax. benefic. lib. 2. cap. 15. num. 5. ubi num. 1. & 2. ait, quod* neque potest Episcopus erigere novam Dignitatem in Cathedrali; 892

neque

neque in Collegiata Ecclesia ex notorio text. *in cap.* 1. & ibi Gloss. 22. *distinct.* 1. *cap. cùm olim, de elect.* Quare si ei non licet simplicem, ac novam Dignitatem creare, quod est minus, neque poterit Collegiatam Ecclesiam, quod est majus, *cap. cum illorum*, §. 1. ibi: *cùm majora intelligantur illis prohibita, quibus vetita sunt minora.*

1628. 18. Jul. —— Laicus percutiens alium Laicum in Ecclesia, incurrit excommunicationem minorem. *Congreg. Episc. in una Nullius, apud* Pascuc. *par.* 1. *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 144. 893

1628. 29. Jul. —— Episcopus tenetur visitare etiam Parochiales unitas Monasterio alterius Diæcesis, sed uti Delegatus Apostolicus, & cumulativè, non etiam privativè quoad Prælatum Regularem, qui in sua Visitatione poterit & ipse facere Decreta, etiam circa Sacramentorum administrationem, modò non sint contraria decretis Episcopi. *Congr. Conc. in Veronen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *numer.* 4. 894

1628. 9. Sept. —— Potest Episcopus uti opera duorum Canonicorum, sive de Cathedrali, sive de Collegiata Ecclesia, sed non plus duobus. *Congr. Conc. in causa Coloniensi, apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 25. *num.* 8. 895

1628. 12. Sept. —— Omnia, & singula indulta audiendi Sæcularium Confessiones absque Ordinarii examine, & approbatione quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus, Congregationibus, Militiis, & Ecclesiis Patriarchalibus, & Metropolitanis, ac Monasteriis, Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, Generalibus, vel Provincialibus, Capellanis, Confessariis, aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus concessa, revocantur, cassantur, tolluntur, abrogantur, annullantur, viribusque & effectu evacuantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. 896

Const.

Const. 92. quæ incipit Cùm sicut, *& refert etiam* Peyr. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 16. e jusd. Pontific.*

1628. 18. Nov. —— Abbatibus, seu Commendatariis pro tempore existentibus B. Mariæ Farfensis, & S. Salvatoris Monasteriorum perpetuò unitorum Ordinis S. Benedicti in districtu Almæ Urbis, tanquam loci Ordinariis, vel eorum Officialibus quæcumque litteræ Apostolicæ dirigi debent, non autem Episcopis aut Archiepiscopis vicinioribus: & possunt prædicti Litteras dimissoriales dictarum Abbatiarum Subditis concedere, etiam privativè quoad Episcopos predictos, seu Archiepiscopos viciniores, & Insigniis Pontificalibus uti, primam Tonsuram, & quatuor minores Ordines conferre. *Urbanus VIII. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 3. quæsito 4. n. 20.* 897

1628. 19. Nov. —— Episcopus potest procedere ad executionem Litterarum Apostolicarum ad favorem illius qui eas obtinuit in forma *Dignum* cum clausula: si per diligentem examinationem illum idoneum repereris, etiamsi per duas vices tanquam non idoneus, ab examine fuerit rejectus, non tamen uti talis renunciatus, si tertia vice fuerit admissus, & approbatus, dummodo infra sex menses à die datæ Litterarum examen subjerit. *Rota in una Nullius apud* Barbos. *in Collect. ad Conc. Trident. sess. 7. cap. 13. n. 19.* 898

1628. 20. Nov. —— Episcopus processurus cum Cappa, sufficit, si eam induat in ea Camera, in qua Canonici conveniunt. *Congreg. Rit. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Episcopus, *n. 6.* 899

1628. 19. Dec. —— Potest Episcopus edicere, ne Dignitates, & Canonici sine ejus licentia abesse possint, ne destituatur Chorus. *Congr. Conc. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 20. n. 5.* 900

1628. 20. Dec. —— Episcopus in publicis Processionibus cum Cappa, & Biretto debet incedere solus, non autem medius inter Dignitates: ubi autem de- 901

fertur aliqua Imago, seu Reliquia, debet incedere post eam, nisi adsit consuetudo in contrarium. *Congreg. Rit. in Savonen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Processionibus *pag. 268.*

1629. 24. Jan. —— Quævis Beneficia auctoritate Episcopali creari possunt. *Rota in Melphiten. Legati pii coram Dunozetto allegata à* Barbosa *de Canon. & Dignit. cap. 2. n. 23.* 902

1629. 10. Febr. —— Potest Episcopus punire contrahentes Matrimonium contra ejus prohibitionem contractum: ac etiam eos, qui contrahunt coram Parocho ex justa causa dissentiente, nec non eos, qui contrahunt, omissis denunciationibus: sicuti etiam potest punire testes intervenientes in supradictis casibus, quatenus sint in dolo, & in eisdem casibus punire pœnis pecuniariis, locis tamen piis applicandis. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 16. form. 2. n. 29.* 903

1629. 17. Febr. —— Seminario contribuere non tenetur Abbatia unita Capitulo Cathedralis ante Concilium. *Congr. Conc. in Lucana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. 387.* 904

1629. 5. Apr. —— Licet Abbatibus Olivetanis Ordinis S. Benedicti solemniter in tribus Anni festivitatibus celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, & cum assistentia aliquorum Ministrorum sacris paratorum indumentis coloris solemnitati congruentis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Constit. 97. qua incipit* Exponi, *& refert* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disp. 21. quæsito 10. n. 10.* 905

1629. 7. Apr. —— Quis ordinari potest ab Episcopo originis paternæ, tametsi Pater tempore nativitatis illius Filii ad aliam Diœcesim jam transtulerat domicilium. *Congr. Conc. & antea 1628. 12. Aug. ac 1599. 16. Dec. apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episc.* 906

Episc. lib.2.cap.1.§.1.n.5.

1629. 25. Maii. —— Archiepiscopus non potest contra Suffraganeos Commissarium expedire sine licentia Sacræ *Congr. Episc. in Umbriaticen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Archiepiscopus. *num.6. ubi etiam quod*, nec Suffraganeum ab Ordinum collatione suspendere, ut *pro Massalubren. contra Surrentinum*. 907

1629. 11. Jul. —— Licet Abbatibus Congregationis Cassinensis, aliàs S. Justinæ de Padua, Ordinis S. Benedicti, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, in tribus anni festivitatibus: & possunt habere assistentiam aliquorum Ministrorum sacris paratorum indumentis coloris festivitati congruentiis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Constit.* 101. *qua incipit* Exponi; *& refert* Pascucc. *par.1. verb.* de Abbate, *pag.*12. & hoc juxta Decretum S.R.C. relatum à Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 10. n.10.* 908

1629. 26. Sept. —— Prędictus usus Baldachini cum eadem assistentia conceditur etiam Abbatibus Cęlestinis Ordinis itidem S. Benedicti in tribus anni festivitatibus. *Urbanus VIII. apud d.* Cherubin. *ibid. Constit.* 104. *quæ similiter incipit* Exponi. 909

1630. 15. Jan. —— Remittitur judicio Episcopi, an ex institutione Canonicatuum, vel aliis probationibus constet, quod onus celebrationis Missarum fuerit institutum cum applicatione Sacrificii: quod si non constet, non teneri ad celebrationem cum applicatione Sacrificii censuit *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Missa, *num.*34. 910

1630. 16. Febr. —— Circa præcedentiam inter Suffraganeos Episcopos Latinorum, & Episcopos Græcos, cæteris paribus, nulla alia ratio habenda est, quàm temporis, seu promotionis ad Episcopatum. *Congr. de propag. Fide, pro Polonia, apud* eund. *ibid. verb.* Episcopus, *n.64.* 911

1630. 16. Mar. —— Potest Episcopus cogere Laicos ad ferendum testimonium veritatis pro suæ Curiæ 912

informatione, sub pęna pecuniaria, & in subsidium, etiam Excommunicationis. *Congr. Conc. apud* Gavant. *in Manuali verb.* Forum Episcopale, *in addit. n. 2.*

1630. 20. Mar. —— Episcopus in causis Immunitatis Ecclesiasticæ non potest allegari suspectus, prout declaravit *Congr. Immunit. in Ostunen. apud* Monac. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 6. n. 16.* 913

1630. 23. Mar. —— Eligi possint in Patronos ii solùm, qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificati dumtaxat: de Patrono verò Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia à Populo, mediante Concilio Generali illius Civitatis, vel Loci, non autem ab Officialibus solùm, & accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius Loci: idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia à Populo singulorum Civitatum Provincię: Repræsentantibus autem Regnum, Civitatem, Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum: Causæ denique electionis novorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demùm, causa cognita, ab eàdem Congregatione approbari, & confirmari. *Congreg. Rit. de ordine Urbani VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 21. ejusd. Pontif.* & referunt etiam Pascucc. *par. 2. tit.* de Ritibus, *pag. 461.* Monacel. *par. 2. tit. 16. form. 10. n. 10. pag. 344.* 914

1630. 13. Apr. —— Episcopus dispensare non potest cum Bigamo vero, vel interpretativo, ut ministret in Ordine suscepto. *Congreg. Episcopor. in Feretrana apud* Nicol. *in Lucubr. to. 1. lib. 1. tit. 21. n. 5.* 915

1630. 21. Maii. —— Licentiæ ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subjectarum non sunt concedendæ ab illarum Superioribus in illis locis, 916

in

in quibus adesset consuetudo, ut istæ ab Episcopis tantùm concedantur: hoc enim casu talis consuetudo observetur; & ipsorum Episcoporum tantummodo licentiæ sufficiant, etiam privativè quoad ipsos Regulares. *Congr.Conc.annuente Sanctissimo, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac.Pignatel.part.2.tit.* de Monialibus, *pag.*116.

1630. 27. Aug. —— Auditor Cameræ potest quidem concedere Monitoria, & inhibitiones iis, qui ab Episcopis, vel ab aliis Ordinariis declarati fuerint excommunicati ob violatam jurisdictionem, immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, & ad Sedem Apostolicam appellarunt (cùm ab hujusmodi declaratione, nisi excessus sit notorius, detur appellatio ad utrumque effectum, & Auditor Cameræ sit Judex ordinarius quarumcunque appellationum, quæ à sententiis per Ordinarios locorum, etiam extra statum Ecclesiasticum ad eandem Sedem interponuntur) sed non potest eos absolvere, etiam cum reincidentia, vel ad cautelam, obstante Decreto hac de re edito, & supra posito 1626. 11. Aug. cum approbatione Urbani VIII. *Congr.Immunit. apud* eund. *par.*1.*tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.*150. 917

1630. 30. Aug. —— Ex causa concernente Confessiones potest Episcopus suspendere Confessarium approbatum absolutè, & revocare licentiam audiendi Confessiones: sicuti etiam judicio Episcopi, cujus oneratur conscientia, repelli potest à Confessionibus, & suspendi Confessarius ille, qui sit scandalosus. *Congr.Episc. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Confessarius, *in addit. n.*1. *&* 2. 918

1630. 7. Sept. —— Potest Episcopus procedere sine Adjunctis ad penas contra Capitulares non observantes diem festum ab eodem indictum. *Congr. Conc. in Causa Hispalen. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*28. *num.*22. 919

1630. 9. Nov. —— Non potest Episcopus procedere 920

contra Coadjutores Canonicorum Cathedralis absque Adjunctis, dummodo ex forma Coadjutoriæ habeant omnia privilegia, quæ habent Canonici. *Congr. Conc. in Causa Barbastren. apud* eund. *ibid. numer.* 26.

1630.11.Dec. —— Jurisdictio concessa Prælato in Ecclesia Regulari sæcularizata, censetur etiam concessa Capitulo, si ante sæcularizationem spectabat ad Abbatem, & Conventum simul. *Rota in Gerunden. Administrationis coram Coccino Decano apud* Asc. Tamburin *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis.* 75. 921

1630.14.Dec. —— Superiores Regulares, qui juxta Concilii Tridentini præscriptum *sess.* 25. *de Regular. cap.* 14. tenentur certiorem facere Episcopum de punitione suorum Regularium subditorum extra Claustra delinquentium, non satisfaciunt, faciendo verbo hujusmodi certiorationem, sed in scriptis facere debent. *Congr. Conc. in Lucana apud* eund. *tom.* 3. *disput.* 5. *quæsito* 11. *num.* 64. *ex* Barbosa *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 117. 922

1631.11.Jan. —— Episcopus Regularis recuperat jus succedendi etiam quoad renunciata, ad favorem tamen suæ Ecclesiæ. *Congr. Conc. apud* Gavant *in Manuali, verb.* Episcopus, *in addit.* 923

1631.24.Jan. —— Ordinarius non potest privare Clericos non inservientes Ecclesiis immunitate à gabellis, & aliis oneribus laicalibus. *Congreg. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Fori Privilegium, *in addit.* 924

1631.12.Mar. —— Prohibetur omnibus, & singulis Personis Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quàm Regularibus, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Societatis Jesu, vel aliorum quantumvis speciali nota dignorum, ne audeant ipsi per se, aut per alios capere Informationes super Sanctitate, aut Miraculis alicujus Defuncti, neque ullo modo exquirere, atque obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes, aut subscriptiones, 925

sub

sub pœnis arbitrio Sacræ *Congr. Rit. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto 6.*

1631.12.Mar. —— Si Superiori, Sacristæ, seu alteri Officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit Corpus ipsiusmet Defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint revelata aliqua Miracula, sive Prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantùm relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur: teneantur tamen, quamprimùm commodè poterunt, eadem deferre, vel obsignata transmittere Episcopo Loci, cum expressa declaratione, quod revelationes sic, ut supra, receptæ non faciant aliquem probationis gradu etiam cujusvis longissimi temporis cursu. *Cong. Rit. apud* eund. *ibid.* 916

1631.18.Mar. —— Potest Episcopus procedere contra Laicum, qui subornare attentavit testes in causa pendente coram Judice Ecclesiastico, quia hic testis est perjurus: perjurium autem est mixti fori, *DD. communiter in cap. testimonium, de testib.* Abb. *in cap. cum sit generale, num.21. de for. comp.* & declaravit *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Immunit. Eccles. *pag.* 393. 917

1631.21.Mar. —— Cùm explorati juris sit, delinquentes contra Ecclesiasticam Immunitatem puniendos esse ab Ordinario Loci, in quo Delictum commissum fuit, *cap.1. in fin. 3. quæst.6. l. si cui, §. idem Imperator*, ubi Gloss. *verb. deliquerunt*, & post eam Bart. *ff. de accus. l. fin.* Ordinarii autem appellatione comprehendatur non solùm Episcopus, sed etiam inferior habens jurisdictionem ordinariam, Gloss. *in cap. Ordinarii, verb. locorum, de offic. Ord. in 6.* Abb. *in cap. post cessionem, in 1. notab. &c.* hinc est, quod Inferior Episcopo habens jurisdictionem ordinariam potest procedere adversus eos, qui Ecclesiarum suæ ditionis immunitatem violare non verentur, ut in terminis est text. *in cap. ad Episcopos* 174. & censuit *Congr. Immunit. in Melevitana* 918

iana apud Pascucc, *ibid.pag.*351. & reddit rationem ex dispositione Constitutionis Gregorianę, quia scilicet, reservatur tummodo Episcopis privativè ad Inferiores extractio, & licentia extrahendi, non autem facultas procedendi, ut cum Farinaccio, & aliis in puncto fuit resolutum ab *eàd. Congr. in Nullius Terra Orbitelli* 1628.22.*Aug.& postea in Meliten.* 1638.25.*Maii*.

1631.31.Mar. —— Cognitio causarum de Mathematicis, Ariolis, Aruspicibus, Vaticinatoribus, sive aliis Astrologiam Judiciariam, seu quamlibet artem divinatoriam quomodolibet profitentibus, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu vita Romani Pontificis, aut ejus Consanguineorum judicia facere: ac de eis, qui illos desuper consulere pręsumpserint, si fuerint Personæ Ecclesiasticæ tam Sæculares, quàm Regulares extra Almam Urbem, ejusque Districtum, & Provincias Sedi Apostolicæ subjectas, Superioribus Religiosorum penitus exclusis, ad Ordinarios Locorum: ubilibet verò locorum, etiam ad hæreticæ pravitatis Inquisitores spectat. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.*4. *Constit.* 114. *qua incipit* Inscrutabilis, §. 5. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.*3. *Constit.* 17. *ejusd. Pontific. ac* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.*1. *disp.*15. *quæsito* 7. *num.*53. 929

1631.5.Apr. —— Potest Ordinarius punire Curatos, & Sacerdotes Sæculares deputatos ad Curam in Ecclesiis Parochialibus subjectis Commendatario Ordinis Teutonici. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Visitatio ordinaria, *num.*1. *ad IV.* 930

1631.5.Apr. —— Si Iudex sæcularis volens perquirere, & extrahere delinquentem ex privata Domo Canonici, ex urbanitate imploret auxilium Episcopi, non solùm non tenetur Episcopus desuper adhibere Conjudices, sed neque eorum consensum requirere, & si de facto Coniudices se intromittant, 931

tant,

tant, & turbent in hoc jurisdictionem Episcopi, potest ipse procedere, prout de jure, contra hujusmodi perturbatores, & procedendo contra prædictos, debet adhibere in dicto judicio alios Conjudices à Capitulo eligendos, non verò solus procedere. *Congr. Concil. in Causa Oriolen. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 28. *num.* 28.

1631.30. Maii. —— Ordinarius non debet propria auctoritate auferre Conventui Curam Animarum, etiam propter graves defectus in illa commissos à Religiosis ipsam exercentibus. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Cura Animarum, *num.* 15. 932

1631.2. Jun. —— Beneficia Regularia existentia in Ecclesia Regulari exempta non spectant ad collationem Ordinarii, intra cujus Diœcesis fines consistunt. *Rota in Cæsaraugustana Camerar. coram Pirovano, apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 77. 933

1631.28. Jun. —— Episcopus rogatus à Testatore pro assistentia, & declaratione ejus Testamenti, potest mandare Executoribus, ut pecunias non possint investire in censibus ordinatis à Testatore, absque sua approbatione; quia Episcopi sunt executores omnium piarum dispositionum. *Rota coram Coccino, ex* Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. Clem. *quia contingit, de Relig. Domib. cap. tua, & cap. Joannes, de testam. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Episcopis *pag.* 263. *ubi etiam quod* in dubio ad ipsos Episcopos est recurrendum, *l.* 1. *ff. de leg.* 2. *l. fin.* §. *sed si quis*; accedente præsertim voluntate Testatoris. Dec. *in l. in persona,* §. *generaliter*: quinimo possunt compellere executores testamentorum ad eorumdem executionem, dato, quod Testator id Episcopis interdixerit, *d. cap. tua, de testam. l. cum quæst. in fin. ff. de legat.* quia privata dispositio non potest dispositionem legis immutare, *l. nemo potest ff. de leg.* 1. 934

1631.3. Iul. —— In præeminentia Episcoporum atten- 935

dendum est tempus eorum Ordinationis, non autem Dignitas Ecclesiarum, neque illarum ordo, & præeminentia. *Congr. Conc. in Constantinopolitana apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Episcopus, *num.* 64.

1631.2 Aug. —— Episcopus exercens Pontificalia extra Cathedralem non debet adhibere inservientes Presbyteros simplices, neglectis Canonicis Cathedralis, quod ei non convenit, sed debet adhibere prædictos Canonicos etiam extra Cathedralem, & non alios inferiores. *Congr. Rit. in una Interamnen. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 33. *nu.* 10. Hoc intelligitur intra Civitatem, non autem in Diæcesi, *ex ead. Congr. in d. Interamnen. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Ritibus, *pag.* 366. *ad* 1. & 4. quia hoc esset nimis onerosum Canonicis, si tenerentur exire à Civitate. — 936

1631.23. Aug. —— Non potest Episcopus rehabilitare Irregularem ad retinendum Beneficium quamvis simplex, & de Iurepatronatus suæ Familiæ, de quo ser. ser. fuerat privatus propter homicidium. *Congr. Conc. in Cathacen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 18. *num.* 77. *vers.* Amplia VIII. — 937

1631.9. Sept. —— Si Bona Clericorum prætendantur feudalia, & eis negetur esse talia, cognitio dictæ qualitatis spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. *Congr. Immunit. in Cassanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 404. — 938

1635.20. Sept. —— In Dignitatibus nullam Animarum curam habentibus annus vigesimus secundus debet esse completus, nec Episcopus dispensare potest. *Congr. Conc. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 13. *num.* 22. — 939

1631.6. Dec. —— Abbas recipere debet Benedictionem ab Episcopo, non autem ab aliis Abbatibus semel benedictis. *Congr. Rit. in Cameracen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 3. — 940

1631.9. Dec. —— Capellæ privatorum Palatiorum non gau- — 941

gaudent Immunitate. *Congr. Immunit. in Perusina*, & *antea Congr. Episcop. in Marsicana* 1617. 17. *Nov. apud* Pascucc. *loc. cit. pag.* 476.

1631. 20. Dec. —— Deputatio Prædicatoris Regularis in Ecclesia ejusdem Ordinis non spectat ad Episcopum. *Congr. Concil. apud* eund. *ibid. tit.* de Concionatoribus, *pag.* 180. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 6. *circa finem*. 942

1632. 27. Ian. —— Episcopi & Vicarii Capitulares non possunt vigore Iubilæi absolvere publicè denunciatos in foro exteriori pro læsa immunitate Ecclesiastica, sed tantùm in foro Conscientiæ, quando scandalum est notorium, ut respondit *Congreg. Immunit. in Mediolanen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 9. *form.* 1 *num.* 113. 943

1632. 27. Mar. —— Non tenetur Episcopus accedere ad locum Capitularem pro visitandis singulis Canonicis, sed potest singulariter illos ad se vocando visitare. *Congr. Conc. in Oriolen.* Vocare autem illos potest ad Palatium Episcopale, & tenentur ire; non tamen ire tenentur, vocati à Vicario. *Congr. Rit. in Cassanen.* 1633. 5. *Mar. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 35 *num.* 12. 944

1632. 27. Mar. —— Episcopus in Synodo Diæcesana facere potest Constitutiones, Statuta, & Decreta absque consensu Capituli: debet tamen requirere illius consilium, licèt illud non teneatur sequi, nisi in casibus à Iure expressis: Potest tamen solus absque consensu, vel consilio Capituli Synodum Diæcesanam indicere, & publicare, sicut etiam potest solus sine hujusmodi consensu, seu consilio facere Edicta generalia pro generali Visitatione Diæcesis Decreto Concilii Tridentini *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. demandat. *Congr. Conc. in d. Oriolen. apud* eund. *ibid. cap. ult. num.* 20. 945

1632. 27. Mar. —— Licèt à Constitutionibus Synodalibus detur recursus, & appellatio ad Papam, *cap. sicut excellentiam* 23. *qu.* 4. id tamen intelligitur 946

man-

tantùm quoad effectum devolutivum, non verò quoad suspensivum, ut censuit *Congr. Conc. in d. Oriolen.* & antea dixit *Rota in Toletana Constitutionum Synodalium* 1624.19. *Febr. &* 17. *Jun. coram Coccino, apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Synodo, *pag.* 402.

1632.28.Mar. —— Potest Episcopus solus sine Adjunctis exigere rationem administrationis operum piorum ad curam Capituli spectantium, dummodo non procedat ad privationem, vel aliàs criminaliter in forma judicii: Similiter sine Adjunctis potest procedere ad subtractionem fructuum, & ad mulctas ab eo impositas contra Canonicos habentes Capitulum eo tempore, quo Divina Officia celebrari debent, nisi causa aliqua urgens in aliud tempus differri non patiatur: & potest etiam procedere sine Adjunctis contra Canonicum ob non residentiam, dummodo non procedat ad privationem, sed pœnas à Concilio præscriptas. *Congr. Conc. apud* Barbos. *de Canon. & Dignit. capit.* 28. *num.* 28. 947

1632.26.Maii. —— Contra excommunicatos non curantes absolutionem, & non obstante excommunicatione celebrantes procedit Ordinarius. *Cong. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 161. 948

1632.4.Iun. —— Prohibitio ordinandi alicui Episcopo à Sacra Congregatione facta, non comprehendit promotos ad primam Tonsuram ante dictam prohibitionem. *Congr. Episc. in Squillacen. apud* Nicol. *in Flosculi verb.* Ordo, *num.* 2. 949

1632.27. Iun. —— Monialis professa in uno Monasterio, si ad aliud Monasterium, etiam strictioris observantiæ, ex legitima facultate transire voluerit, dotem priori Monasterio solutam secum deferre non potest, sed eidem priori Monasterio remanere debet. *Congr. Conc. in Neapolitana apud* 950

Pa-

Pascucc. *par.2. tit.* de Monialibus, *pag.* 71.

1632.24.Iul. —— Episcopus Titularis, qui sit Canonicus, cùm subsit visitationi Ordinarii adinstar aliorum Canonicorum, tenetur ad observantiam legis Diæcesanæ, aliter subiicitur penæ etiam excommunicationis in ea contentæ. *Congr. Episc. in Florentina apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 2. Leonis IX. sect. 5. numer.* 94. *pag.* 282. 951

1632.14.Aug. —— Episcopus simul, & Vicarius possunt examini intervenire, & qui examinantur, possunt ab utroque interrogari; neuter tamen habet votum, nisi vota Examinatorum fuerint paria. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Lucubrat. to. 2. lib. 3. tit.* 5. *numer.* 14. 952

1632.14.Aug. —— Episcopus habenti unum simplex Beneficium non sufficiens ad illius substentationem, potest conferre aliud simile, sed non potest plura quamvis simplicia usque ad ejus sufficientem substentationem eidem conferre. *Congr. Concil. in Aquilana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 2. *form.* 20. *num.* 2. 953

1632.17.Aug. —— Regulares, quorum omnia Monasteria sunt destructa, promoveri non possunt ad titulum Paupertatis, licèt sint Subdiaconi, vel Diaconi. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Ordo, *num.* 29. 954

1632.23.Aug. —— Facultas absolvendi à Censuris Ecclesiasticis non debet concedi Ordinario inferiori, sed Episcopo viciniori. *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Censuris Ecclesiasticis *pag.* 146. 455

1632.15.Sept. —— Licèt Abbatibus Congregationis Camaldulensis Ordinis S. Benedicti solemniter celebrantibus, in tribus tantùm anni festivitatibus, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, & cum assistentia aliquorum Ministrorum Sacris paratorum Indumentis coloris solemnitati convenien- 956

nientis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4.Constit.126.quæ incipit* Nuper, *& refert etiam* Tamburin. *de Iure Abbat.tom.1.disput.21.quæsito 10. numer.* 10.

1632.18.Sept. —— Quoad thurificationem triplicis ductus licèt per regulas Cæremonialis debeatur soli Episcopo, vel Celebranti, nihilominus si adest immemorabilis consuetudo, quod alii pariter thurificentur triplici ductu, ea omnino servari debet. *Congr. Rit. in Casertana apud* Pascucc. *par.2.tit.* de Præcedentia, *pag.227.* 957

1632.23.Nov. —— Quatuor requiruntur ad hoc, ut Beneficia, & Officia electi in Episcopum vacent, scilicet, quod fuerit electus: quod confirmationem electionis fuerit consecutus: quod sit adeptus possessionem, & quod si consecratus, vel quod sit in mora petendi consecrationem, & dicitur esse in mora, si non petierit infra tres menses à die confirmationis habitæ, *ex cap. 2. dist.75. Congr. Episc. in Barchinonen. apud* eund. *par. 1. tit.* de Beneficiis, *pag. 36.* 958

1632.3.Dec. —— Privatur immunitate Mater occidens Filium infantem, & quicumque procurans abortum fœtus animati aliqua noxia potione, vel quocumque alio modo. *Congr. Conc. apud* eund. *ibid. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag. 525.* 959

1632.4.Dec. —— Episcopi vigore *cap. 6. Conc. Trident. sess.24.* non possunt absolvere, nec dispensare in casu Hæresis, neque in aliis nova lege post Concilium Sedi Apostolicæ reservatis. *Congr. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic.Cur.Reg. tom.1.cap.4.n.32.* 960

1633.15.Jan. —— Licet Prælatis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium habentibus usum Mitræ, & Baculi erigere in tribus anni festivitatibus Baldachinum, dum Pontificaliter celebrant, sine auro tamen, & pompa, & cum assistentia aliquorum Ministrorum Sacris paratorum indumentis coloris tempori convenientis. 961

Congr.

Congreg. Rit. apud Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, decreto* 8. *& refert etiam* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 21. *quæsito* 10. *num.* 10.

1633. 19. Jan. —— Quando sunt plures Abbates in eodem loco, habentes Clerum distinctum, debet in Processionibus incedere quisque cùm suo Clero, & in suo loco. *Congr. Episc. in Nucerina Terra Gualdi apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Processionibus, *pag.* 271. 962

1633. 29. Jan. —— Regulares quoquo modo exempti, qui ob delictum in excommunicationem incidunt, possunt ab Ordinario denunciari excommunicati, ad hoc, ut ab aliis evitentur. *Congr. Episc. in limana, apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag.* 270. ubi refert, sic postea censuisse Congregationem Concilii, *in Eysteren.* 1649. 28. *Aug.* 963

1633. 29. Jan. —— Moniales Regularibus subjectæ, alloquentes cum Regularibus, etiam ejusdem Ordinis, licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pænas, & censuras à Conciliis Provincialibus, vel Edictis Episcopalibus in similibus appositas. *Cong. Conc. in Verulana apud* eund. *par.* 2. *ti.* de Monialibus, *pag.* 79. *& refert etiam* Ascan. Tambur. *de Jure Abbatiss. disput.* 25. *quæsito* 8. *ad Nonum*. 964

1633. 19. Febr. —— Seminarii Bona stabilia non licet ad novennium locare, nec eadem Bona cum aliis Bonis in evidentem Ecclesiæ utilitatem permutare, nec sterilia, & inculta in emphyteusim ad tertiam generationem concedere. *Congr. Conc. in Vercellen. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 386. 965

1633. 18. Mar. —— Episcopus non tenetur examinare Sacerdotem approbandum ad Confessiones audiendas, quando aliunde novit eum esse sufficientem. *Congr. Episc. in Bituntina apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *num.* 10. 966

1633. 15. Apr. —— Non debet Ordinarius absque causa relevanti præcipere Educandæ, ne contrahat Matrimonium sine sua licentia. *Cong. Episc. in Neapoli-* 967

politana apud eund. *in Flosc. verb.* Matrimonium, *n.* 9.

1633. 16. Apr. —— Nuncius Apostolicus, si promoveat ad Ordines Sacros suæ Provincię Clericos absque facultate Sedis Apostolicæ, ipse, & Ordinarii incurrunt pænas à Sacro Concilio Tridentino *sess.* 23. *c.* 8. *de reform.* impositas. *Congr. Conc. in Taurin. apud* Pasc. *par.* 2. *tit.* de Nunciis Apostolic. *pag.* 126. — 968

1633. 2. Jul. —— Potest Episcopus in sui servitium habere Canonicos duos de sua Ecclesia, qui fructus Præbendarum in absentia, non tamen distributiones quotidianas percipiant: præsentes enim quoad hunc effectum dicuntur, qui cum Episcopo pro suo, & ipsius Ecclesiæ servitio commorantur, ut ex *cap. de cætero, & cap. ad audientiam, de Cleric. non resid.* censuit *Congr. Conc. in responsione ad Cardinalem Spinolam Archiepiscopum Compostellanum, ut refert* Barbosa *de Canon. & Dignit. cap.* 25. *num.* 5. — 969

1633. 9. Jul. —— Fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceati Hispaniarum in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes, à quovis Catholico Episcopo communionem Sedis Apostolice habente, minores, & Sacros Ordines, etiam extra tempora, & non servatis Interstitiis, possunt suscipere. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 130. *qua incipit* Cùm sicut. — 970

1634. 13. Jan. —— Episcopus aliquo emolumento, seu stipendio juxta qualitatem loci, & Ecclesiæ constituto, potest Clericum ad personale servitium ipsi Ecclesiæ præstandum compellere. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Residentia, *pag.* 351. — 971

1634. 3. Febr. —— Locorum Ordinarii, & Verbi Dei Concionatores, ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus & Quadragesimæ temporibus, necessitates Locorum Terræ Sanctæ commendari curent. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.* 5. *Const.* 195. *qua incipit* Salvatoris. ¶ Vide infra, 1645. 19. Sept. — 972

1634. 4. Febr. —— In subscriptione licentiarum ingrediendi — 973

diendi septa Monialium Regularibus subjectarum, easque Moniales alloquendi, debet Episcopus habere primum locum. *Congr. Conc. in Bellunen. apud* Pascucc.*par.2.tit.*de Monialibus, *pag.59.*

1634. 6. Maii.—— Jurisdictio contra Regulares exemptos curam Animarum exercentes in *cap. 11. sess. 25. de Regular.*.concessam Episcopis, illis cumulativè competit, non autem privativè quoad Superiores Regulares. *Congreg. Conc. pro Abbate Montis Cassini apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib.3. tit. 29. numer. 5.* 974

1634.16.Maii. ——Si Episcopus sine justa causa renuat, aut differat approbare Confessarium Monialium Regularibus subjectarum, datur facultas Ordinario vicino quoad hujusmodi approbationem.*Congr. Episc.apud* eund.*in Flosc.verb.*Episcopus, *num.61.* 975

1634. 5. Jul. —— Nullus Ordinariorum, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum, super alicujus utriusque sexus cum Sanctitatis, aut Martyrii fama, vel opinione defuncti Miraculis, Revelationibus, aliisque ejusmodi Sanctitatem redolentibus ex integro informationes quoquo modo recipiat, aut Processum instruat, vel hucusque receptas informationes, instructumve Processum ulterius prosequatur, nisi Postulator prius per legitimas juridicè susceptas probationes circa Personam ejus, de cujus Miraculis, Revelationibus, aliisque rebus gestis Sanctitatem præseferentibus agatur, præscriptam in Decreto formam omnino servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatus, diligenti præhabita disquisitione circa eandem Personam, supracitato Decreto nullatenus contraventum esse ritè pronunciaverit. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.4. Constit.134.qua incipit* Cælestis Hierusalem Cives, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.3. Constit.10.ejusd.Pontific.ac* Monacel.*in Formular.leg. pract.* 976

pract.par.2.tit.15.form.18.num.27.

1634. 5. Jul. —— Ut autem id inviolabiliter observetur, statuitur insuper, ne transmissi ad Almam Urbem undecumque hujusmodi Processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minuive Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in Sacrorum Rituũ Congregatone, alio sejunctim oblato authentico Processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum ritè, ac rectè, ut præmittitur, cognovisse, ac pronunciasse, prælibato decreto nequaquam contra itum esse, plenè constet, ac deinde à Romano Pontifice judicialiter aperiendi eos Processus facultas indulta sit. *Urbanus VIII. apud eosd. ib.* 977

1634. 5. Jul. —— Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in prædicto Decreto supra posito, & edito *1625.2.Octobris*, intelligi declarat Pontifex esse tempus centum annorum metam excedens: deque his, atque aliis omnibus, quæ in hujusmodi Decretis disposita, & ordinata sunt, aliqua suboriente difficultate, Ordinariis Locorum, & Delegatis Apostolicis quibuslibet omnis omnino interpretandi facultas adimitur, utque Sedem Apostolicam desuper consulant, ab eaque responsum expectent, mandatur eisdem. *Urbanus VIII, apud eosd. ibid.* 978

1634. 12. Dec. —— Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, quocunque nomine, seu titulo Præfecti, etiam S. R. E. Cardinales, & quicunque alii apud suas Ecclesias personaliter debent residere, nec possunt ab ipsis Ecclesiis discedere, nisi prius obtenta Romani Pontificis pro tempore existentis per Breve, seu Litteras missivas licentia, alioquin pœnas incurrunt interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionis tam fructuum earumdem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duraverit, quàm facultatum testandi, & disponendi de Bonis suis, à Sede 979

Apo-

Apostolica sibi aliàs concessarum, nec non privationis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum, aliasque pœnas arbitrio Romani Pontificis pro tempore existentis infligendas. *Urbanus VIII. apud* Cherub. *in Bull. tom.* 4. *Const.* 139. *quæ incipit* Sancta Synodus, §. 7. & 8.

1634. 12. Dec. — Non possunt prædicti se excusare ex quacunque causa, nisi ratione personalis interessentiæ in Synodis Provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ Officii Episcopatibus, vel Ecclesiis majoribus præfatis adjuncti pro eo tantùm tempore, quo Synodus, Congregationes, Assembleæ, exercitiumque muneris, seu Officii publici ipsis Ecclesiis adjuncti actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias præfatas sibi commissas se conferre debent. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 10. 980

1634. 12. Dec. — Episcopi, Archiepiscopi, Metropolitani, etiam S.R.E. Cardinales citra montes, vel mare existentes, per quatuor, alii verò ultra montes, vel mare degentes per septem menses continuos à residentia in præfatis Ecclesiis facienda, ad effectum visitandi Limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli juxta Sacros Canones, ac Apostolicas Constitutiones, pro qualibet visitatione excusantur: ita tamen, ut tunc illis durantibus, visitationis hujusmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus se divertant. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 12. 981

1634. 12. Dec. — Cardinalibus verò pro tempore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum Conclavis ad hoc designati, datur facultas discedendi ab Ecclesiis præfatis sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius Sedis Apostolicæ, & extra residentiam in loco, in quo electionem hujusmodi celebrari con- 982

tinget, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pontifex Coronationis suæ insignia susceperit: quo tempore elapso, præfati Cardinales, nisi illico, ut præfertur, ad Ecclesias præfatas, quibus præsidere contigerit, se contulerint, subjaceant pœnis supradictis. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 13.

1634. 19. Dec. —— Elapso termino absolutionis à Censuris cum reincidentia, Ordinarius debet affigere Cedulones contra jam absolutos. *Congr. Immunit. in Baren. & antea in Alexandrina 17. Jan. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 146. *& refert etiam* Monacel. *in Formul. Leg. pract. par. 3. in prælud. num. 84. pag. 23.* 983

1635. 9. Mar. —— Episcopus charitativi Subsidii nomine non potest à Monialibus quicquam nedum exigere, sed nec recipere à sponte dantibus sub pœnis tam dantibus, quàm accipientibus arbitrio Sacræ *Congr. Episc. in Capuana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 31. num. 1. vers.* Item. 984

1635. 23. Jul. —— Si Abbas conferre tentet Sacramentum Confirmationis, nihil agit, non obstantibus Privilegiis obtentis ante Concilium Tridentinum. *Congreg. Conc. apud* eund. *ibid. tit. 15. num. 1. ubi etiam* non obstante consuetudine *c. Quanto 4. de consuetud.* 985

1635. 9. Nov. —— Monialibus pœnitentiatis exprobrari non debent earum errores, ne abundatiori tristitia absorbeantur. *Congr. Episc. in Florentina, & antea in Cajetana 1602. 25. Oct. apud* eund. *in Flosćul. verb.* Pænitentia, *num.* 10. 986

1635. 9. Nov. —— Ordinarius habita notitia, quod Educandæ contraxerint Sponsalia, debet eas à Clausura dimittere. *Congr. Episc. in Cusentina apud* eund. *ibid. verb.* Sponsalia, *num.* 4. 987

1636. 5. Apr. —— Abbas finito officio non potest conferre Ordines minores, licèt sit Procurator generalis 988

ralis in Curia. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubr. tom.2. lib.1. tit. 13. num.2. circa finem.*

1635.16.Apr. —— Presbyteri, & Clerici omnes non possunt cogi sub pœna ad interessendum Processionibus, nisi habeant Beneficium, aut Officium. *Congreg. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consul. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Residentia *pag.353.* — 989

1636.16.Jun. —— Episcopus proprius non potest pro Sacramento Confirmationis administrando procurationem recipere. *Congr. Episc. in Ariana*, juxta, *c. Ea quæ 16. & cap. Ad nostram 21. de Simon. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib. 1. tit.15. num.1.* — 990

1636.15.Iul. —— Episcopi in Visitationibus Parochis inhibeant sub pęna arbitraria, ne exceptis casibus confugii, permittant Bona reponi in Ecclesiis, & Locis Sacris, prout inhibendum esse censuit *Congr. Immunit. in Nucerina Umbriæ apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.1. in append. pag.382 num.4.* — 991

1636.30. Sept. —— Associans Processionem SS. Sacramenti gaudet immunitate. *Congr. Immunit. in Beneventana apud* Pascucc. *par.1. tit.* de Immunit. Eccles. *pag.483. ubi quod* Carceratus sequens, & manu tenens fimbriam vestis Sacerdotis redeuntis ad Ecclesiam cum SS. Eucharistiæ Sacramento itidem gaudet immunitate, *ex ead. Congr. in Meliten. 1626. 28. Maii.* — 992

1637.3.Febr. —— Si Regulares lædant immunitatem Ecclesiasticam, Iudex Processus est Episcopus, qui eo expleto, remittit delinquentes puniendos ad Superiores. *Congr. Immunit. in Panormitana apud* Monacel. *par.1. tit.6. form.20. num.17.* — 993

1637.8.Iun. —— Præordinatio Ecclesiarum, & Locorum Piorum est Officium proprium Episcopi. *Rota in Comen. Juris conferendi coram Ghisterio, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.1. tit.* de Episcopis, *pag. 263.* — 994

1637.20.Iun. —— Qui sub mentito nomine, seu cogno- — 995

gnomine, adhuc prima Uxore vivente, ad secundas Nuptias transire audent, ultra pænas, quibus ordinariè ipsi puniri solent, damnentur in perpetuum ad triremes: quod si inhabiles reperti fuerint, publicè fustigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum: si verò pro qualitate, & enormitate Delicti graviores pænas meruerint, etiam Curiæ Sæculari arbitrio S. Romanæ Inquisitionis puniendi tradantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 149. *quæ incipit* Magnum in Christo.

1637.27.Iun. —— Contra non restituentem, seu non revelantem Bona Locorum piorum non intrat Excommunicatio, de qua Tridentinum *sess.*22.*cap.* 11. sed Episcopus procedere debet, prout de jure. *Congr.Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2.*lib.* 5. *tit.* 39. *num.* 178. 996

1637.2.Oct. —— Fratres Religionis B.Ioannis Dei habendi sunt pro veris Religiosis: proindeque locorum Ordinarii, volentes procedere contra aliquem illorum intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut Populo scandalo sit, tenentur observare formam Decreti Clemen. VIII. hac de re editi. *Congr. Episcop. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 12. 997

1637. ——— Archiepiscopi visitare volentes Suffraganeorum Diæceses, ubi cogi non potest Concilium Provinciale, debent à Romana Curia facultatem, seu approbationem obtinere. *Congr. de prop. Fide, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.*3. *tit.* 39. *numer.* 5. 998

1638.11.Mar. —— Ordinarii Locorum decernant, ne Parochi plus percipere possint in Sepulturis, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quàm in eis, quæ fiunt in propriis, seu aliorum Clericorum. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Cùm sicut *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.*3. *Constit.*20. *ejusd. Pontific. pag.*430. 999

1638.23.

1638.23.Mar. —— Extractio à loco immuni non est permittenda, nisi solis Episcopis, non autem inferioribus,& ante illam requiritur Processus. *Cong. Immunit. in una Nullius Orbitelli apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.1 tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.384.* 1000

1638.15.Iun. —— Non debet Episcopus improvida festinatione extractionem delinquentis à loco immuni permittere, nisi prius per expositionem Fisci Laici, vel Partis læsæ, aut alio modo saltem extrajudiciali, arbitrio conscientiæ suæ regulato, sibi constet confugam aliquod ex delictis exceptis in Bulla Gregorii commisisse, ut respondit *Congr. Immunit. in Melevitana, apud* Monacel. *par. 1. tit. 6. form. 8. num. 1. ubi num. seq. ait, quod* in aliis casibus à Bulla Gregoriana non exceptis extractio confugientium ad Ecclesias, & Loca immunia fieri non potest, neque de licentia Episcopi, qui talem potestatem non habet, *ex ead. Congreg. in Vallisoletana* 1627. 19. *Maii.* 1001

1638.9.Iul. —— Quoad Conventus, & Hospitalia Congregationis B. Ioannis Dei, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant: & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra Personas in nihilo prorsus se immisceant. *Vrbanus VIII. in Bullar. tom.5 post Constit. 71. Alexandri VII. & refert etiam* Peyrin. *de Privil. Regular. tom. 3. Constit. 21. ejusd. Vrbani, quæ incipit* Cùm sicut. 1002

1638.5.Oct. —— Locorum Ordinarii, & Nuncii Apostolici si quem invenerint Tertiariorum Ordinis S. Francisci deferentes Tunicam oblongam, absque licentia in scriptis Superiorum prædictæ Religionis, cum, vel sine mantello, carceri manci- 1003

pandum, tali habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremisibiliter curent. *Urbanus VIII. in Bullar.tom.*5.*Const.*254. *qua incipit* Cùm sicut, *& refert etiam d.* Peyrin. *ibid. Constit.*23.*ejusd. Pontific.*

1638.13.Nov. —— Prælati Nullius veniunt sub nomine Ordinariorum, non autem sub nomine Episcoporum: unde eorum jurisdictio non dicitur Episcopalis, sed quasi. *Congr. Conc. in Nullius Guastall. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius, *num.* 1. 1004

1638.13.Nov. —— Episcopo visitanti Ecclesiam Monialium, si in ea non adsit Beneficium, non debentur procurationes, seu expensæ victualium. *Congr.Episc. in Volaterrana apud* eund. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.*3.*tit.*39.*num.*21.*vers.*Limita XIII. 1005

1638.17.Nov. —— Non possunt Episcopi cogere Monachos Cassinenses, ut accedant ad Processiones, nisi SS. Sacramenti, juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis editum sub die 9.Oct. ejusd. anni. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.*5. *Constit.* 255. *qua incipit* Nuper. 1006

1638.4.Dec. —— Procuratores mittendi ad Concilium Provinciale, cùm Episcopus, & Vicarius sunt legitimè impediti, debent esse Doctores habiles, & discreti. *Congr.Episc.in Tarraconen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Concilium, *num.* 5. 1007

1638.7.Dec. —— Confugiens ad Crucem existentem in via, gaudet immunitate. *Congr.Immunit.in Meliten. apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult. Canon.Jac. Pignatel.par.*1.*tit.* de Immunit.Eccles.*pag.*483.*ubi quod* Nobilis asylus est Crux, quippe Christianis fuit semper sancta, & venerabilis, *l.* 26.*C.de Episc. & Cleric.* adeoque fuit Signum Christi Sanctum, ut in instrumentis pro fide, & subscriptione cederet. *l.ult.C. de jur. de lib. Novell. Leonis* 72.& collocatione ejus profana loca expiari, & Deo consecrari solerent, *l. ult. C. Theod.de pag.Sacr.Novell.*5.*&* 67. 1008

1639.8.Febr. —— Licèt plures DD. admittant, & non- 1099

nonnulli Episcopi ad praxin deduxerint, quod ad præcavendum fugæ delinquentis, possit custodiri in Ecclesia etiam in compedibus, hanc tamen praxim non esse bonam declaravit *Congr. Immunit. in Caven. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 8. *num.* 7.

1639. 26. Febr. —— Episcopus congregare potest Synodum Diæcesanam sine consilio Capituli. *Congr. Conc. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 6. *num.* 6. 1010

1639. 26. Febr. —— Non potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua Ecclesia creare Canonicos supranumerarios absque consensu Capituli, & Canonicorum. *Congr. Conc. in d. Fulginaten. apud* Piton. *discept. Eccles. par.* 1. *disceptat.* 16. *nu.* 76. 1011

1639. 10. Sept. —— Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debent à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. *Congr. Conc. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 16. 1012

1639. 24. Sept. —— Dum Regulares non consentiunt, Missas à Testatore relictas per Sæculares in Regularium Ecclesia celebrandas, ibidem celebrari, possunt alibi dici de licentia Ordinarii. *Congr. Conc. in una Venetiarum apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. 1013

1639. 24. Sept. —— Episcopus Civitatum unitarum potest Concursum facere in Civitate, in qua reperitur, modò cum interventu Examinatorum Diæcesis, in qua sita est Parochialis. *Congr. Conc. in Civitatis Castellana, & Hortana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 15. 1014

1639. 3. Dec. —— Regularis professus incapax Bonorum ad Episcopatum assumptus recuperat jus succedendi ad Hæreditates post adeptum Episcopatum ad utilitatem suæ Ecclesiæ sibi delatas quoad 1015

proprietatem, & ad proprium commodum quoad usumfructum: nec eidem obstat cessio, & renunciatio quoad hæreditates, quæ non sint alteri ante adeptum Episcopatum acquisitæ. *Congr. Conc. in Neapolitana apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 14. form. 3 num. 18.*

1640. 9. Feb. —— Fratres Minores Conventuales S. Frãcisci tanquam Mendicantes non possunt ab Ordinariis locorum, seu aliis Regularibus prohiberi, quominus per seipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tantùm si extra loca, ubi Conventus existunt, quæritare voluerint, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere. *Urbanus VIII. in Bullar. tom. 5. Constit. 279. quæ incipit* Cum sicut. 1016

1640. 10. Febr. —— Si Homicida etiam casualis dispensetur ad Ordines, non tamen permittatur celebrare in loco commissi delicti, licèt sit Religiosus. *Congr. Epic. & antea 1639. 9. Sept. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 18. num. 77. vers.* Amplia V. 1017

1640. 28. Apr. —— Nullo modo licet Regularibus facere Processiones extra Claustra Monasteriorum, prout nec etiam licet ipsis Regularibus publicè exponere SS. Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum. *Congr. Rit. in Lycien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. 299.* 1018

1640. 25. Maii. —— Non potest Episcopus sibi reservare nominationem Iudicum Synodalium faciendam extra Synodum, cùm reperti fuerint præditi qualitatibus requisitis: sed si non adsunt idonei in Diœcesi, danda facultas deputandi alios de consensu Capituli. *Congr. Conc. in Mazarina apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1 tit. 3. num. 17.* 1019

1640. 26. Maii. —— Episcopi, etiam inconsultis Superioribus, possunt visitare Monialium Monasteria Regularibus subjecta, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem 1020

Mo-

Monialium. *Congr. Conc. apud* Matthęucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1 *cap.* 13 *num.* 13. *ex* Barbos. *ad Concil. Trident. seß.* 24. *cap.* 5 *de Regular. num.* 13.

1640. 30. Oct. —— Non potest Episcopus prohibere Curato, ne administret Viaticum Infirmis sine sua licentia. *Congr. Episc. in una S. Marci apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Infirmus, *num.* 1. 1021

1640. 22. Dec. —— Beneficia, & Pensiones non vacant in eo, qui ad Titularem Episcopatum assumitur, cui etiam de novo conferri possunt, præsertim simplicia. *Cong. Episc. in Elboren. apud* eund. *in Lucubr. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 43. *vers.* Limita primò. 1022

1641. 7. Apr. —— Potest Episcopus tempore penuriæ, & ideo stante necessitate, cogere Clericos divites ad vendendum suum frumentum, ad pretium tamen honestum. *Congr. Immunit. in Brundusina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag.* 369. 1023

1641. 13. Apr. —— Si Abbas non suscipiat Benedictionem, non ideo desinit esse Abbas, nec privatur, seu suspenditur à Jurisdictione, seu gubernio, nec incurrit aliquam aliam pœnam, nisi quia non potest exercere ea Pontificalia, quæ Abbates benedicti exercere consueverunt. *Congr. Conc. in Posnanien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 10. *n.* 2. 1024

1641. 16. Aug. —— Pecunia mulctatitia retineri nequit ab Ordinario, sed debet consignari Depositario mulctarum, creato cum idonea cautione de benè administrando, qui librum habeat, in quo omnia distinctè describat, qua die, quàve de causa fuerunt receptæ, vel erogatæ; neque eas solvat sine expresso in scriptis mandato ab Ordinario subscripto, quod habita confessione ejus, cui pecuniam solvit, conservabit. *Congr. Episc. in Cathacen. apud* eund. *ibid. lib.* 5. *tit.* 37. *num.* 1. *& refert etiam* Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Legatis piis, *pag.* 9. 1025

1641. 28. Oct. —— Episcopis sublata est facultas absolvendi ab Hæresi occulta. *Congr. Inquis. apud* Matthæucc. 1026

pract.par.2.tit.15.form.18.num.27.

1634. 5. Iul. —— Ut autem id inviolabiliter observetur, statuitur insuper, ne transmissi ad Almam Urbem undecumque hujusmodi Processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve Sanctæ Fidei Promotore quomodolibet aperiantur, nisi prius in Sacrorum Rituū Congregatone, alio sejunctim oblato authentico Processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum ritè, ac rectè, ut præmittitur, cognovisse, ac pronunciasse, prælibato decreto nequaquam contra itum esse, plenè constet, ac deinde à Romano Pontifice judicialiter aperiendi eos Processus facultas indulta sit. *Urbanus VIII. apud eosd. ib.* 977

1634. 5. Jul. —— Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in prædicto Decreto supra posito, & edito *1625.2.Octobris*, intelligi declarat Pontifex esse tempus centum annorum metam excedens: deque his, atque aliis omnibus, quæ in hujusmodi Decretis disposita, & ordinata sunt, aliqua suboriente difficultate, Ordinariis Locorum, & Delegatis Apostolicis quibuslibet omnis omnino interpretandi facultas adimitur, utque Sedem Apostolicam desuper consulant, ab eaque responsum expectent, mandatur eisdem. *Urbanus VIII, apud eosd. ibid.* 978

1634. 12. Dec. —— Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, quocunque nomine, seu titulo Præfecti, etiam S. R. E. Cardinales, & quicunque alii apud suas Ecclesias personaliter debent residere, nec possunt ab ipsis Ecclesiis discedere, nisi prius obtenta Romani Pontificis pro tempore existentis per Breve, seu Litteras missivas licentia, alioquin pœnas incurrunt interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionis tam fructuum earumdem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duraverit, quàm facultatum testandi, & disponendi de Bonis suis, à Sede 979

Apo-

Apoſtolica ſibi aliàs conceſſarum, nec non privationis à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, aliaſque pænas arbitrio Romani Pontificis pro tempore exiſtentis infligendas. *Urbanus VIII. apud* Cherub. *in Bull. tom.*4. *Conſt.*139. *quæ incipit* Sancta Synodus, §.7. & 8.

1634. 12. Dec. — Non poſſunt prædicti ſe excuſare ex quacunque cauſa, niſi ratione perſonalis intereſſentiæ in Synodis Provincialibus, vel Congregationibus, ſeu Aſſembleis generalibus, in quibus Eccleſiaſtici intervenire ſolent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ Officii Epiſcopatibus, vel Eccleſiis majoribus præfatis adjuncti pro eo tantùm tempore, quo Synodus, Congregationes, Aſſembleæ, exercitiumque muneris, ſeu Officii publici ipſis Eccleſiis adjuncti actu duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Eccleſias præfatas ſibi commiſſas ſe conferre debent. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 10. 980

1634. 12. Dec. — Epiſcopi, Archiepiſcopi, Metropolitani, etiam S.R. E. Cardinales citra montes, vel mare exiſtentes, per quatuor, alii verò ultra montes, vel mare degentes per ſeptem menſes continuos à reſidentia in præfatis Eccleſiis facienda, ad effectum viſitandi Limina SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli juxta Sacros Canones, ac Apoſtolicas Conſtitutiones, pro qualibet viſitatione excuſantur: ita tamen, ut tunc illis durantibus, viſitationis hujuſmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus ſe divertant. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 12. 981

1634. 12. Dec. — Cardinalibus verò pro tempore exiſtentibus, qui in caſu vacationis Sedis Apoſtolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere ſolent ad locum Conclavis ad hoc deſignati, datur facultas diſcedendi ab Eccleſiis præfatis ſibi commiſſis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & extra reſidentiam in loco, in quo electionem hujuſmodi celebrari con- 982

tinget, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pontifex Coronationis suæ insignia susceperit: quo tempore elapso, præfati Cardinales, nisi illico, ut præfertur, ad Ecclesias præfatas, quibus præsidere contigerit, se contulerint, subjaceant pęnis supradictis. *Urbanus VIII. apud eund. ibid.* §. 13.

1634. 19. Dec. —— Elapso termino absolutionis à Censuris cum reincidentia, Ordinarius debet affigere Cedulones contra jam absolutos. *Congr. Immunit. in Baren. & antea in Alexandrina 17. Jan. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 146. *& refert etiam* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 3. in prælud. num.* 84. *pag.* 23. — 983

1635. 9. Mar. —— Episcopus charitativi Subsidii nomine non potest à Monialibus quicquam nedum exigere, sed nec recipere à sponte dantibus sub pænis tam dantibus, quàm accipientibus arbitrio Sacræ *Congr. Episc. in Capuana apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1 tit. 31. num. 1. vers.* Item. — 984

1635. 23. Jul. —— Si Abbas conferre tentet Sacramentum Confirmationis, nihil agit, non obstantibus Privilegiis obtentis ante Concilium Tridentinum. *Congreg. Conc. apud* eund. *ibid. tit. 15. num. 1. ubi etiam* non obstante consuetudine *c. Quanto 4. de consuetud.* — 985

1635. 9. Nov. —— Monialibus pęnitentiatis exprobrari non debent earum errores, ne abundātiori tristitia absorbeantur. *Congr. Episc. in Florentina, & antea in Cajetana 1602. 25. Oct. apud* eund. *in Flosculi. verb.* Pænitentia, *num.* 10. — 986

1635. 9. Nov. —— Ordinarius habita notitia, quod Educandæ contraxerint Sponsalia, debet eas à Clausura dimittere. *Congr. Episc. in Cusentina apud* eund. *ibid. verb.* Sponsalia, *num.* 4. — 987

1636. 5. Apr. —— Abbas finito officio non potest conferre Ordines minores, licèt sit Procurator generalis — 988

ralis in Curia. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubr. tom.2. lib.1 tit. 13. num.2. circa finem.*

1635.16.Apr. —— Presbyteri, & Clerici omnes non possunt cogi sub pœna ad interessendum Processionibus, nisi habeant Beneficium, aut Officium. *Congreg. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consul. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Residentia *pag.* 353. 989

1636.16.Jun. —— Episcopus proprius non potest pro Sacramento Confirmationis administrando procurationem recipere. *Congr. Episc. in Ariana*, juxta, *c. Ea quæ 16. & cap. Ad nostram 21. de Simon. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.2. lib. 1. tit.15. num.1.* 990

1636.15.Iul. —— Episcopi in Visitationibus Parochis inhibeant sub pœna arbitraria, ne exceptis casibus confugii, permittant Bona reponi in Ecclesiis, & Locis Sacris, prout inhibendum esse censuit *Congr. Immunit. in Nucerina Umbria apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.1. in append. pag.382 num.4.* 991

1636.30. Sept. —— Associans Processionem SS. Sacramenti gaudet immunitate. *Congr. Immunit. in Beneventana apud* Pascucc. *par.1. tit.* de Immunit. Eccles. *pag.*483. *ubi quod* Carceratus sequens, & manu tenens fimbriam vestis Sacerdotis redeuntis ad Ecclesiam cum SS. Eucharistiæ Sacramento itidem gaudet immunitate, *ex ead. Congr. in Meliten.1626. 28. Maii.* 992

1637.3.Febr. —— Si Regulares lædant immunitatem Ecclesiasticam, Iudex Processus est Episcopus, qui eo expleto, remittit delinquentes puniendos ad Superiores. *Congr. Immunit. in Panormitana apud* Monacel. *par.1 tit.6. form.20. num.17.* 993

1637.8.Iun. —— Præordinatio Ecclesiarum, & Locorum Piorum est Officium proprium Episcopi. *Rota in Comen. Juris conferendi coram Ghislerio, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.1 tit.* de Episcopis, *pag.* 263. 994

1637.20.Iun. —— Qui sub mentito nomine, seu co- 995

gnomine, adhuc prima Uxore vivente, ad secundas Nuptias transire audent, ultra pænas, quibus ordinariè ipsi puniri solent, damnentur in perpetuum ad triremes: quod si inhabiles reperti fuerint, publicè fustigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum: si verò pro qualitate, & enormitate Delicti graviores pænas meruerint, etiam Curiæ Sæculari arbitrio S. Romanæ Inquisitionis puniendi tradantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 149. *quæ incipit* Magnum in Christo.

1637.27.Iun. —— Contra non restituentem, seu non revelantem Bona Locorum piorum non intrat Excommunicatio, de qua Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 11. sed Episcopus procedere debet, prout de jure. *Congr. Conc. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *num.* 178. — 996

1637.2.Oct. —— Fratres Religionis B. Ioannis Dei habendi sunt pro veris Religiosis: proindeque locorum Ordinarii, volentes procedere contra aliquem illorum intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, ut Populo scandalo sit, tenentur observare formam Decreti Clemen. VIII. hac de re editi. *Congr. Episcop. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 12. — 997

1637. ———— Archiepiscopi visitare volentes Suffraganeorum Diæceses, ubi cogi non potest Concilium Provinciale, debent à Romana Curia facultatem, seu approbationem obtinere. *Congr. de prop. Fide, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *numer.* 5. — 998

1638.11.Mar. —— Ordinarii Locorum decernant, ne Parochi plus percipere possint in Sepulturis, quæ fiunt in Ecclesiis Regularium, quàm in eis, quæ fiunt in propriis, seu aliorum Clericorum. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Cùm sicut *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *Constit.* 20. *ejusd. Pontific. pag.* 430. — 999

1638.23.

1638.23.Mar. —— Extractio à loco immuni non est permittenda, nisi solis Episcopis, non autem inferioribus, & ante illam requiritur Processus. *Cong. Immunit. in una Nullius Orbitelli apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.1 tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.384.* 1000

1638.15.Iun. —— Non debet Episcopus inprovida festinatione extractionem delinquentis à loco immuni permittere, nisi prius per expositionem Fisci Laici, vel Partis læsæ, aut alio modo saltem extrajudiciali, arbitrio conscientiæ suæ regulato, sibi constet confugam aliquod ex delictis exceptis in Bulla Gregorii commisisse, ut respondit *Congr. Immunit. in Melevitana, apud* Monacel. *par. 1. tit. 6. form.8 num.1. ubi num. seq. ait, quod* in aliis casibus à Bulla Gregoriana non exceptis extractio confugientium ad Ecclesias, & Loca immunia fieri non potest, neque de licentia Episcopi, qui talem potestatem non habet, *ex ead. Congreg. in Vallisoletana 1627. 19. Maii.* 1001

1638.9.Iul. —— Quoad Conventus, & Hospitalia Congregationis B. Ioannis Dei, in quibus erunt duodecim Religiosi, Episcopi nullatenus se ingerant: & quoad illos Conventus, seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali, vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen, ut contra Personas in nihilo prorsus se immisceant. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.5.post Constit. 71. Alexandri VII. & refert etiam* Peyrin. *de Privil. Regular. tom.3. Constit. 21. ejusd. Urbani, quæ incipit* Cùm sicut. 1002

1638.5.Oct. —— Locorum Ordinarii, & Nuncii Apostolici si quem invenerint Tertiariorum Ordinis S. Francisci deferentes Tunicam oblongam, absque licentia in scriptis Superiorum prædictæ Religionis, cum, vel sine mantello, carceri manci- 1003

pandum, tali habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremisibiliter curent. *Urbanus VIII. in Bullar.tom.5.Const.254. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam d.* Peyrin. *ibid. Constit.23. ejusd. Pontific.*

1638.13.Nov. — Prælati Nullius veniunt sub nomine Ordinariorum, non autem sub nomine Episcoporum: unde eorum jurisdictio non dicitur Episcopalis, sed quasi. *Congr. Conc. in Nullius Guastall. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius, *num.* 1. 1004

1638.13.Nov. — Episcopo visitanti Ecclesiam Monialium, si in ea non adsit Beneficium, non debentur procurationes, seu expensæ victualium. *Congr.Episc. in Volaterrana apud* eund. *in Lucubrat. tom.2. lib.3.tit.39.num.21.vers.*Limita XIII. 1005

1638.17.Nov. — Non possunt Episcopi cogere Monachos Cassinenses, ut accedant ad Processiones, nisi SS. Sacramenti, juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis editum sub die 9.Oct. ejusd. anni. *Urbanus VIII. in Bullar. tom.5. Constit.* 255. *quæ incipit* Nuper. 1006

1638.4.Dec. — Procuratores mittendi ad Concilium Provinciale, cùm Episcopus, & Vicarius sunt legitimè impediti, debent esse Doctores habiles, & discreti. *Congr.Episc.in Tarraconen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Concilium, *num.* 5. 1007

1638.7.Dec. — Confugiens ad Crucem existentem in via, gaudet immunitate. *Congr.Immunit.in Meliten. apud* Pascucc. *in Compend.ad Consult. Canon.Jac. Pignatel.par.1.tit.* de Immunit.Eccles.*pag.*483.*ubi quod* Nobilis asylus est Crux, quippe Christianis fuit semper sancta, & venerabilis. *l.26.C.de Episc. & Cleric.* adeoque fuit Signum Christi Sanctum, ut in instrumentis pro fide, & subscriptione cederet. *l.ult.C. de jur. de lib. Novell. Leonis* 72.& collocatione ejus profana loca expiari, & Deo consecrari solerent, *l. ult. C. Theod.de pag.Sacr.Novell.*5.*&* 67. 1008

1639.8.Febr. — Licèt plures DD. admittant, & non- 1099

nonnulli Episcopi ad praxin deduxerint, quod ad præcavendum fugæ delinquentis, possit custodiri in Ecclesia etiam in compedibus, hanc tamen praxim non esse bonam declaravit *Congr. Immunit. in Caven. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 8. num. 7.*

1639. 26. Febr. — Episcopus congregare potest Synodum Diæcesanam sine consilio Capituli. *Congr. Conc. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 6. num. 6.* 1010

1639. 26. Febr. — Non potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua Ecclesia creare Canonicos supranumerarios absque consensu Capituli, & Canonicorum. *Congr. Conc. in d. Fulginaten. apud* Piton. *discept. Eccles. par. 1. disceptat. 16. nu. 76.* 1011

1639. 10. Sept. — Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debent à Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. *Congr. Conc. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto 16.* 1012

1639. 24. Sept. — Dum Regulares non consentiunt, Missas à Testatore relictas per Sæculares in Regularium Ecclesia celebrandas, ibidem celebrari, possunt alibi dici de licentia Ordinarii. *Congr. Conc. in una Venetiarum apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 12. num. 8.* 1013

1639. 24. Sept. — Episcopus Civitatum unitarum potest Concursum facere in Civitate, in qua reperitur, modò cum interventu Examinatorum Diæcesis, in qua sita est Parochialis. *Congr. Conc. in Civitatis Castellanæ, & Hortanæ apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 3. tit. 5. num. 15.* 1014

1639. 3. Dec. — Regularis professus incapax Bonorum ad Episcopatum assumptus recuperat jus succedendi ad Hæreditates post adeptum Episcopatum ad utilitatem suæ Ecclesiæ sibi delatas quoad 1015

proprietatem, & ad proprium commodum quoad usumfructum: nec eidem obstat cessio, & renunciatio quoad hæreditates, quæ non sint alteri ante adeptum Episcopatum acquisitæ. *Congr. Conc. in Neapolitana apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 2. tit. 14. form. 3. num. 18.*

1640. 9. Feb. —— Fratres Minores Conventuales S. Frãcisci tanquam Mendicantes non possunt ab Ordinariis locorum, seu aliis Regularibus prohiberi, quominus per seipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tantùm si extra loca, ubi Conventus existunt, quæritare voluerint, teneantur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere. *Urbanus VIII. in Bullar. tom. 5. Constit. 279. quæ incipit* Cum sicut. 1016

1640. 10. Febr. —— Si Homicida etiam casualis dispensetur ad Ordines, non tamen permittatur celebrare in loco commissi delicti, licèt sit Religiosus. *Congr. Epic. & antea 1639. 9. Sept. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 18. num. 77. vers.* Amplia V. 1017

1640. 28. Apr. —— Nullo modo licet Regularibus facere Processiones extra Claustra Monasteriorum, prout nec etiam licet ipsis Regularibus publicè exponere SS. Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum. *Congr. Rit. in Lycien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. 299.* 1018

1640. 25. Maii. —— Non potest Episcopus sibi reservare nominationem Iudicum Synodalium faciendam extra Synodum, cùm reperti fuerint præditi qualitatibus requisitis: sed si non adsunt idonei in Diœcesi, danda facultas deputandi alios de consensu Capituli. *Congr. Conc. in Mazarina apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 3. num. 17.* 1019

1640. 26. Maii. —— Episcopi, etiam inconsultis Superioribus, possunt visitare Monialium Monasteria Regularibus subjecta, etiam assumpto secum Vicario Generali, & Confessario earundem 1020

Mo-

Monialium. *Congr. Conc. apud* Matthęucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1 *cap.* 13 *num.* 13. *ex* Barbos. *ad Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5 *de Regular. num.* 13.

1640. 30. Oct. —— Non potest Episcopus prohibere Curato, ne administret Viaticum Infirmis sine sua licentia. *Congr. Episc. in una S. Marci apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Infirmus, *num.* 1. 1021

1640. 22. Dec. —— Beneficia, & Pensiones non vacant in eo, qui ad Titularem Episcopatum assumitur, cui etiam de novo conferri possunt, præsertim simplicia. *Cong. Episc. in Elboren. apud* eund. *in Lucubr. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 43. *vers.* Limita primò. 1022

1641. 7. Apr. —— Potest Episcopus tempore penuriæ, & ideo stante necessitate, cogere Clericos divites ad vendendum suum frumentum, ad pretium tamen honestum. *Congr. Immunit. in Brundusina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag.* 369. 1023

1641. 13. Apr. —— Si Abbas non suscipiat Benedictionem, non ideo desinit esse Abbas, nec privatur, seu suspenditur à Jurisdictione, seu gubernio, nec incurrit aliquam aliam pœnam, nisi quia non potest exercere ea Pontificalia, quæ Abbates benedicti exercere consueverunt. *Congr. Conc. in Posnanien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1 *tit.* 10. *n.* 2. 1024

1641. 16. Aug. —— Pecunia mulctatitia retineri nequit ab Ordinario, sed debet consignari Depositario mulctarum, creato cum idonea cautione de benè administrando, qui librum habeat, in quo omnia distinctè describat, qua die, quàve de causa fuerunt receptæ, vel erogatæ; neque eas solvat sine expresso in scriptis mandato ab Ordinario subscripto, quod habita confessione ejus, cui pecuniam solvit, conservabit. *Congr. Episc. in Cathacen. apud* eund. *ibid. lib.* 5 *tit.* 37 *num.* 1. *& refert etiam* Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Legatis piis, *pag.* 9. 1025

1641. 28. Oct. —— Episcopis sublata est facultas absolvendi ab Hæresi occulta. *Congr. Inquis. apud* Matthæucc. 1026

thæucc. *in Offic.Cur. Reg.tom.* 2.*cap.*4.*num.*32.*ex* Sperell. *decis.* 112.*num.*61.

1641.13.Nov. —— Abbates Regulares Benedictini nō benedicti habentes Jura Episcopalia, usumque Mitræ, & Baculi, ac facultatem benedicendi, primamque Tonsuram & minores Ordines conferendi, non possunt dictam primam Tonsuram vel minores Ordines, nisi suis Subditis Regularibus conferre, non autem Regularibus alterius Ordinis, etiamsi habeant litteras dimissorias Superiorum suorum Regularium, & consensum Ordinariorum: & multò minus Personis sæcularibus etiam habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis: ac propterea inhibetur omnibus Ordinariis, ne audeant in futurum dictas litteras concedere, & Abbatibus ne recipiant: quod si secus, tam concedentes, quàm ordinantes (præter alias pænas Sacræ Congregationi reservatas) à collatione Ordinum suspensi remaneant. *Congr. Conc. approbante Urbano VIII.*1642.17.*Jan.apud* Pascucc.*par.*1.*verb.* de Abbate, *pag.*2. *ubi etiam ait*, *quod* non obstat declaratio adducta à Fagnano, & Tamburino, quia loquitur de Abbatibus benedictis, non autem de non benedictis: & hoc etiam habet Nic. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 14. *num.* 2. 1027

1642.17.Jan. —— Quando regimen Monasterii assignatur Ordinario vicino, vel alteri privativè quoad Episcopum, tunc Episcopus non potest se ingerere in Clausura vel aliis, quæ pertinent ad Ordinarium in Monasteriis exemptis. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Gubernator, *numer.* 12. 1028

1642.31.Jan. —— Confraternitates Laicorum, utcumque in Ecclesiis Regularium exemptorum institutæ, subsunt jurisdictioni, ac visitationi Episcopi, atque ab eo visitari possunt, nedum ipsæ Confraternitates, sed etiam Capellæ ipsarum in eisdem Ecclesiis Regularium existentes: in his tamen, quæ Confraternitatum administrationem respiciunt. 1029

ciunt. *Congr. Episc. in Leopolien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Visitatione, *pag.* 434. *ubi quod* in hac pacifica possessione sunt ferè omnes Episcopi.

1642. 14. Febr. — Episcopus habet jurisdictionem delegatam ex litteris generalibus contra delinquentes in ædiculis, in quibus Confratres vestibus se induere solent, ibique Cruces, & alia supellectilia Confraternitatis servare, quarum fenestræ in Claustrum Regularium prospectum habent, & per eorundem Regularium Ecclesiam transire debent, qui volunt ad eas accedere, quarum occasione nonnulli forum sæculare subterfugientes, aliquando ibi se recipiunt, ac etiam cum Mulieribus pernoctant. *Congr. Immunit. in Ottonen. apud* eund. *par.* 1 *tit.* de Immunit. Eccles. *pag.* 369. 1030

1642. 15. Febr. — Metropolitanus etiam in prima instantia est Judex competens in causis contra Officiales Episcoporum Suffraganeorum, quando delinquunt in Officio, *Congr. Conc. in Tarentina apud* eund. *ibid. tit.* de Archiepiscopo, *pag.* 28. 1031

1642. 11. Mar. — Licentiæ vendendi in diebus festis sunt dandæ à solo Episcopo. *Congr. Episc. in Alatrina apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Festis diebus, *p.* 296. *ubi ait quod* spectat ad ipsum Episcopum concessio licentiarum laborandi in hujusmodi diebus, *ex ead. Congr. in Ruben.* 1635. 1. *Maii*, quæ *in Castren.* 1629. 2. *Maii* censuit has licentias dandas esse in scriptis. 1032

1642. 15. Mar. — Imagines D. N. I. C. & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum non sculpantur, pingantur, vel quomodolibet effingantur cum alio habitu, & forma, quàm in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit; nec etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis: Nec similiter exponantur in Ecclesiis quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis, ac earum Frontispiciis, & Atriis 1033

Ima-

Imagines profanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præseferentes: idcirco prædicta inviolabiliter observent Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, nec non omnia Capitula Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, Monasteria, & Collegia, ac Moniales etiam Regularibus subjectæ, ac etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin.*in Bullar.tom.4.Const.163.quæ incipit* Sacrosancta.

1642. 12. Apr. —— Dispensationes Matrimoniales diriguntur Prælato Nullius, vel ejus Vicario.*Congr. Concil. in Pacten. apud* Nicol.*in Floscul. verb.* Nullius, *num.* 2. 1034

1612. 12. Apr. —— Episcopus vicinior potest visitare loca Nullius, sed non ibi ministrare Sacramentum Confirmationis absque consensu Prelati, qui potest ad id quem maluerit Episcopum advocare, vel etiam ipse, si sit consecratus Episcopum, conferre. *Congr.Conc.in d.Pacten.apud* eund. *ibid.num.*8. 1035

1642. 16. Maii. —— Episcopus vasis argenteis, vel aliæ Sacristiæ supellectili non utatur in Mensa, vel ad alios profanos usus, imo nec ad sacros extra Cathedralem, sed ea ibi pro Ecclesiæ servitio relinquat. *Congr. Episc. in Castellanet. & antea in Tullen.* 1597. 10.*Mar. apud* eund. *in Lucubr.tom.2.lib.1.tit.26.n.5.* 1036

1642. 13. Jul. —— Capitanei, sive Officiales Militiarum, qui subjacent jurisdictioni temporali Episcoporum, seu qui actualiter inserviunt Episcopis, non gaudent privilegio fori. *Congr. Immunit.in Senogallien.apud* Pascucc.*in Compend.ad Consult. Canon.Iac. Pignat.par.1 tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *p.*370. 1037

1642.15.Jul. —— Decretum Clementis VIII.super executione, seu interpretatione Concilii Tridentini emanatum confirmatur, & ideo inviolabiliter de cætero observetur per quoscunque Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, ac S.R.E. Cardinales, & declaratur prædictum Decretum 1038

cretum

cretum etiam eosdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscunque alios indulta Apostolica conferendi Beneficia reservata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse hactenus post ipsum Decretum Clementis, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilii, aut aliàs etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis indultis extinctæ, & sublatæ sint reservationes, & affectiones, eadem Beneficia quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta unire, etiam Seminariis Puerorum, nec de eis per viam cujuscunque unionis, suppressionis, vel applicationis disponere, nec etiam in vim prædictorum indultorum reservata, & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre Beneficia duplici reservatione personali reservata vel affecta. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 165. *quæ incipit* Quamvis.

1642. 1. Aug. —— Carceres quoad Forum Ecclesiasticum non debent esse subterranei, sed supra terram vel saltem æquales terræ, & publici, habere fenestras in publicum respondentes, cavendumque, ne eò Latrinæ avertantur. *Congr. Episc. in Cathanen. & antea in Panormitana* 1583. 6. *Aug. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Carceribus Episcopalibus. *pag.* 135. — 1039

1642. 1. Aug. —— Quando Episcopi visitant per alium, exigere non possunt integram taxam, ac si ipsi Ordinarii visitarent, sed aliquid minus dimidia. *Congreg. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2 *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. — 1040

1642. 11. Sept. —— Præter sumptuum exorbitantiam, videtur etiam inconveniens, ut quilibet Abbas dum vadit de uno Monasterio ad aliud, etiam occasione Visitationis, lectica vehatur. *Congr. Episc. in Olivetana apud* eund. *in Floscul. verb.* Abbas *num.* 14. — 1041

1642. 13. Sept. —— Dies festi de præcepto colendi, sunt tan- — 1042

tantùm ſequentes, ſcilicet, Dominici dies totius Anni, Nativitatis D. N. I. Chriſti, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis cum duabus ſequentibus feriis, Aſcenſionis, Pentecoſtes cum duabus pariter ſequentibus feriis, SS. Trinitatis, Solemnitatis Corporis Chriſti & Inventionis S. Crucis, nec non Feſtivitatum Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis, & Nativitatis Deiparæ Virginis, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Jo: Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli, S. Andreæ, S. Iacobi, S. Ioannis, S. Thomæ, SS. Philippi & Iacobi, S. Bartholomæi, S. Matthæi, SS. Simonis & Iudæ, & S. Matthiæ Chriſti Domini Apoſtolorum, item S. Stephani Prothomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii Martyris, S. Sylveſtri Papæ & Confeſſoris, S. Ioſephi etiam Confeſſoris, & S. Annæ Deiparæ reſpectivè ſponſi ac Genitricis, Solemnitatis omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocunque Regno, ſive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacunque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit. *Urbanus VIII. apud* Cherub. *in Bul. tom.* 4. *Conſtit.* 164. *quæ incipit* Univerſa, §. 2.

1642. 13. Sept. —— Ne autem dies feſtos à Locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut Populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, iidem Ordinarii in Domino moneantur, ut ad Eccleſiaſticam ubique ſervandam æqualitatem de cętero perpetuis futuris temporibus [illegible] indictione ſub præcepto novorum Feſto[illegible] nt abſtinere: Ut verò ea, quæ ſupe[illegible] t, ferventiori qua decet venera[illegible] colantur, eiſdem Ordina[illegible] num obſervantia ad me[illegible] dis licentiis lab[illegible] centiæ non [illegible] Canonu[illegible]

1643

si gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto directè, vel indirectè concedantur sub pœnis etiam gravioribus Summorum Pontificum arbitrio infligendis: Per hanc tamen Constitutionem non immutantur in aliquo dies feriati circa Judicialia, qui dies feriati ad hunc effectum relinquuntur in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante ejusdem promulgationem. *Urban. VIII. apud* eund. *ib.* §. 3.

1642. 3. Oct. —— Episcopus non debet mandare transferri Carceratos ad loca Diæcesis, ubi ipse degit, nisi valde rarò, & propter causas multùm graves, & urgentes. *Congr. Episc. in Campanien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. — 1044

1642. 3. Oct. —— Caveat Ordinarius sciscitari Personam in danda licentia Casuum reservatorum. *Congr. Episc. in d. Campanien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Casus reservati *n.* 15. ubi aliæ citantur precedentes Decisiones *in Verulana* 1615. 10. *Apr. & in Vintimillien.* 1613. 29. *Nov.* — 1045

1642. 16. Dec. —— Clericus potest aliquando habitum reassumere, etiam contradicente Episcopo, ut gaudeat privilegio Fori. *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 432. — 1046

1643. 2. Mar. —— Quoties per Judicem Appellationis suspenduntur Censuræ prolatæ per Judicem inferiorem, si Ecclesiastici illis irretiti, durante suspensione, excedant actus exerceri prohibitos sub pœna Irregularitatis, in illam non incidunt. *Congr. Conc. ex cap.* 3. *sess.* 23. *& ex cap.* 6. *sess.* 24. *de reformat. in Ver*[illegible] *apud* eund. *ibid. tit.* de Appellationibus, [illegible] *iam quod* est enim notissimi Juris, quod [illegible] suspendit sententiam & rem judicatam, [illegible] *de* [illegible] Abb. *in cap. fin. num.* 6. *de se*-[illegible] & [illegible] cùm habentes interesse [illegible] int[illegible]nem, debent remanere [illegible] i[illegible]nte sententiam, *l.* 1. *ff. ad* [illegible] *appell. pend.* — 1047

1643. 14. Mar. —— Potest Episcopus, quando reperitur in aliquo Oppido suæ Diæcesis, licitè recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma Rubricarum, seu ex Concessione Sacræ Congregationis, eò quod sint Patroni, seu Titulares, in eisdem Oppidis recitatur; & sic præcepto de recitando Officio satisfacere. *Congr. Rit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ritibus, *pag.* 364. 1048

1643. 21. Mar. —— Licet Episcopo punire Regulares prohibita, vel indecentia in Ecclesiis suorum Ordinum committentes circa Missæ Sacrificium. *Congr. Conc. in Vercellen. ex cap. unic. sess. 22. de observan. & evitan.* juncto *cap. 14. sess. 25. de Regular. apud* eund. *ibid. tit.* de Regularib. *pag.* 289. *& refert etiam* Monacel. *in Formulario leg. pract. in fine 1. part. pag.* 508. *num.* 45. 1049

1643. 21. Mar. —— Si Episcopus occulti Irregularitatis criminis notitiam privatam haberet, posset vigore *cap. 1. sess. 24. de reform.* suis Subditis ascensum ad Ordines denegare: imo & à Divinis suspendere: neque tenetur exprimere Reo causam rejectionis, seu suspensionis, sed tantùm Sedi Apostolicæ, si requiratur. *Congr. Conc. in d. Vercell. apud* Monacel. *par. 2. tit. 13. form. 3. num. 29. &* Pascucc. *par. 1 tit* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 144. 1050

1643. 21. Mar. —— Potest Episcopus ex causa sibi bene visa Benedictionem prædicandi in propria Ecclesia dandam Regularibus limitare ad tempus, & Regularibus professionem Fidei emittere nolentibus illam denegare, si ita expedire judicaverit, sed in hoc debet cautè procedere, quare licentiam absolutè datam non potest limitare ad tempus absque causa. *Congr. Conc. in d. Vercellen. apud cit.* Pascucc. *par. 2. tit.* de Regularibus, *pag.* 289. 1051

1643. 21. Mar. —— Non licet Regularibus in propriis Oratoriis, vel in propriis Ecclesiis extra tempus Adventus, & Quadragesimæ sermoné habere, absq; 1052

Bene-

Benedictione Ordinariis. *Congr.Conc.in d. Vercellen. ad cap.4.sess.24.de reform.apud eund.ibid.*

1643. 21. Mar. —— Regulares obloquentes de Ordinario in suis sermonibus, quos habent in Oratoriis, vel in propriis Ecclesiis, possunt ab eodem Ordinario puniri. *Congreg.Concil.in d.Vercellen.ex cap.3. sess.6.& cap.14.sess.25.de Regular.* juncto *cap.2.sess.5. apud* eund. *ibid.* 1053

1643. 21. Mar. —— Est nullum Examen factum sine Examinatoribus Synodalibus in collatione Parochialium Iurispatronatus Ecclesiastici, seu Laicalis, vel mixti, quando plures præsentantur. *Congreg. Concil. in d. Vercellenen. apud* eund. *par.1 tit.* de Examine, *pag.* 293. 1054

1643. 14. Aug. —— Episcopus, vel Vicarius Generalis tenetur dare litteras approbationis iis, qui fuerunt approbati ab Examinatoribus ad Ordines, Confessiones, & ad Curam Animarum, quamvis certus in conscientia credat, hujusmodi approbatos esse minus idoneos, non enim potest reprobare approbatos, sed ex illis eligere quem maluerit, ad præscriptum Tridentini. *Congreg. Concil. in Januen. apud eund. ibid.* 1055

1643.14.Aug. —— Posita Constitutione Gregorii XV. edita *1622.5.Februarii*, Episcopus, qui potest punire, & corrigere delinquentes circa Clausuram Monialium etiam Regularibus subjectarum circa administrationem Bonorum, & circa accessum ad Monasteria, & colloquia cum Monialibus, potest ad effectum probandi hujusmodi delicta examinare Moniales, & alias Personas intra septa degentes ex officio. *Congreg. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult.Canon.Iac.Pignatel.par.2.tit.*de Monialibus, *pag.* 71. 1056

1643. 14. Aug. —— Regulares, qui occasione recitandi Rosarium in suis Ecclesiis exponunt Sacra Mysteria, & faciunt pias exhortationes, tenentur petere benedictionem ab Ordinario loci. *Congr.Conc.* 1057

apud eund.*ibid.tit.*de Regularibus, *pag.*292.

1643.2.Oct. —— Non potest Episcopus excommunicare Conservatores. *Congr. Episcopor. in Majoricen. apud* Nicol.*in Lucubrat.tom.*2.*lib.*1.*tit.*29.*numer.*13. *ad IV.* 1058

1643.14.Nov. —— Episcopus, qui ob tenuitatem redditum, etiam de consensu Sacræ Episcoporum Congregationis non retinet Vicarium, non potest exequi litteras Apostolicas Vicario directas. *Cong.* Conc. *in Aquilana ad cap.*5.*sess.* 22. *de reform. apud* Pascucc.*par.*1.*tit.*de Episcopis, *pag.*251: *ubi addit. quod* hoc est contra Sbrotium *de Offic. Vicar. quæst.* 136. *num.*6. *lib.* 2. Videtur igitur electa industria Personæ, Congr. *Episc. in Marsicana* 1587.22. *Sept. apud* d. Pascucc. *ib. tit.*de Concurs.Paroch.*pag.*194. 1059

1644.16.Ian. —— Si Ecclesia, Capitulum, vel Confraternitas onus injunctum Missarum perpetuarum absque licentia Episcopi acceptarent, acceptatio esset valida, & obligaret ad adimplendum, quia Decreta Urbani VIII. edita 1625. 21. Iun. non continent clausulam irritantem. Congr. Conc.*apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.*1.*tit.*6.*form.*9. *num.*4. ex Pignatel. *tom.*4.*consult.*222.*circa fin.* 1060

1644.16.Mar. —— Clerici initiati prima Tonsura sub ritu Latino non possunt transire ad ritum Græcum absque dispensatione Apostolica, sine qua si promoveantur ab Episcopo Græco ad alios Ordines, sunt ipso jure suspensi, ut Decreto generali declaravit Congr. *Inquis. apud* eund. *in fine* 1. *par. pag.* 508. *num.* 33. 1061

1644.9.Jul. —— Metropolitanus, Sede vacante, ingerere se potest in regimine, & cura Ecclesiæ Suffraganeæ vacantis, & Capitulum non habentis. Congr. *Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.*Metropolitanus, *num.* 8. 1062

1644.16.Aug. —— Non licet Abbatibus Cassinensibus consecrare Altaria, nisi pro usu propriæ Ecclesiæ, & Religiosorum ejusdem Ordinis tantum. Congr. 1063

Rit.

Rit. in causa Placentina Benedictionis apud Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Abbate, *pag.* 4. *ubi addit, quod* idem dicendum de consecratione Campanarum, & Sacrorum Vasorũ Ecclesię, in quibus adhibetur Sacra Unctio, ac de Benedictione Sacrarum Vestium.

1644. 5. Nov. —— Supposita taxa pro Seminario cum solutione continuata ultra triginta annos, tenentur Hospitalia, & Confraternitates ad illius solutionem in futurum, quia ex solutione tot annorum præsumitur vel quod Bona sint Ecclesiastica, vel quod aliquod Beneficium sit eis unitum: & ideo potest Episcopus illa, & illas compellere remediis Censurarum Ecclesiasticarum, sequestrationis fructuum, & similium, ut resolvit *Congr. Conc. in Tudertina ad cap.* 18. *sess.* 23. *de reform. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 383. 1064

1644. 3. Dec. —— Electio, seu approbatio Examinatorum Synodalium sustinetur arbitrio Episcopi, si non fiat per vota secreta. *Congr. Conc. in Fulginaten. ad cap.* 18. *sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Examine, *pag.* 293. 1065

1644. 3. Dec. —— Si Cathedraticum Episcopis antecessoribus aliquando fuit solutum, potest modernus Episcopus exigere: & exigi possunt tantùm duo solidi juxta juris communis dispositionem, & in moneta antiqua juxta illius æstimationem, non concurrente contraria consuetudine: exactio autem non est facienda à toto Clero, sed tantùm ab Ecclesiis, Capellis, & Beneficiis, si ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis. *Congreg. Conc. in Albiganen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 14. *form* 1. *num.* 4. 1066

1645. 7. Apr. —— Testimoniales Ordinum susceptorum, & carentiæ legitimi impedimenti ad celebrandum extra Diœcesim, negari non possunt sub prætextu, quod quis sustinuerit partes Fisci in proces- 1067

ſu contra Ordinarium fabricato. *Congr. Epiſc. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Teſtimoniales, *num.2.*

1645.12.Maii. —— Si cauſæ laborandi in die feſto verè ſubſint, Ordinarius tenetur licentiam dare. *Congr. Epiſc. in Beneventana apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par.1. tit.* de Feſtis diebus, *pag.295.* 1068

1645.26.Maii. —— Quando Populus convenire non vult ad electionem Officialis alicujus Eccleſiæ ſecundùm ſolitum, datur Epiſcopo facultas eligendi. *Congr. Epiſc. in Lucana apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Electio, *num.11.* 1069

1645.8.Aug. —— Epiſcopi poſſunt corpora exhumanda, vulneratos, & teſtes extrahere facere extra Eccleſias, & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Iudices, & Miniſtros laicos facienda pro eorundem Epiſcoporum arbitrio rectè tamen regulato: Superioribus verò Regularium minimè licet etiam in Eccleſiis, & locis immunibus ipſorum Regularium, ſed id ad ſolos Epiſcopos ſpectat. *Congr. Immunit. in Maceraten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form.7. num. 6.* 1070

1645.19.Sept. —— Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi quando viſitabunt limina Apoſtolorum, referant, ſe paruiſſe litteræ Urbani VIII. ſupra poſitæ, & editæ 1634. 3. Februarii. *Innocentius X. in Bullar. tom.5. Conſtitut.10. quæ incipit* Salvatoris, *& confirmavit Clemens X. ibid. Conſtit. 39. quæ itidem incipit* Salvatoris, *edita 1671. 19. Jun.* 1071

1645.20.Sept. —— Ordinarius, obtenta à Sacra Congregatione licentia nominandi extra Synodum Examinatores, accedente tamen conſenſu Capituli; ſi propoſitis nominatis, & requiſito prædicto conſenſu, Capitulum denegaverit ſub prætextu, quod dicti nominati ſint Amici ipſius Ordinarii, nominatio eſt valida, etiam non interveniente dicto conſenſu ſine cauſa denegato, præſertim ſi nomina- 1072

nominati habuerint requisita à Concilio Tridentino. *Congr. Conc. in Messanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Examine, *pag.* 292.

1645. 29. Sept. — Ordinarius abstinere debet à pœnis pecuniariis contra Regulares. *Cong. Episc. in una Conventualium apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Pęna, *num.* 7. | 1073

1645. 6. Oct. — Episcopus non potest recipere decimam partem pro quolibet Instrumento producto in Tribunali, sed solùm quod solvitur pro Decretis Ecclesiasticis, non obstante pragmatica, quæ servari non debet in Foro Ecclesiastico. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Instrumentum, *n.* 2. | 1074

1645. 18. Nov. — Non est deneganda Copia Appellationis, & aliorum Decretorum Synodi, sed danda est legitimis Personis. *Congr. Conc. in Fulginaten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Synodo, *pag.* 403. | 1075

1645. 1. Dec. — Non potest Ordinarius contrahere debita, vel tenere quodlibet interesse pecuniarum cum Monialibus. *Congreg. Episcopor. in Ferentina apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Ordinarius, *num.* 2. | 1076

1645. 6. Dec. — Capellanus eligendus ab Episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus. *Congr. Conc. in Gravinen. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Capellis, & Capellanis, *pag.* 99. | 1077

1645. 7. Dec. — Auditor Cameræ inhibere non potest Episcopo, ne procedat contra Curatum non residentem, neque Ordinario præcipere, ut admittat resignationem. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Auditor, *num.* 3. | 1078

1645. 7. Dec. — Non potest Episcopus exercere tutelam, nisi legitimam. *Congr. Episc. in Albigen.* vel miserabilium personarum, *ead. Congr. in Cusentina*: & casu, quo gesserit, cogi debet ad rationem reddendam absque ullo respectu, *ead. Congr. in Mel-* | 1079

Imagines profanæ, vel aliàs indecentiam, & inhonestatem præseferentes: idcirco prædicta inviolabiliter observent Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliique locorum Ordinarii, nec non omnia Capitula Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, Monasteria, & Collegia, ac Moniales etiam Regularibus subjectæ, ac etiam Sedi Apostolicæ immediatè suppositæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin.*in Bullar.tom.4.Const.163.qua incipit* Sacrosancta.

1642. 12. Apr. —— Dispensationes Matrimoniales diriguntur Prælato Nullius, vel ejus Vicario.*Congr. Concil. in Pacten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Nullius, *num.* 2. 1034

1612. 12. Apr. —— Episcopus vicinior potest visitare loca Nullius, sed non ibi ministrare Sacramentum Confirmationis absque consensu Prelati, qui potest ad id quem maluerit Episcopum advocare, vel etiam ipse, si sit consecratus Episcopum, conferre. *Congr.Conc.in d.Pacten.apud* eund. *ibid.num.*8. 1035

1642. 16. Maii. —— Episcopus vasis argenteis, vel alia Sacristiæ supellectili non utatur in Mensa, vel ad alios profanos usus, imo nec ad sacros extra Cathedralem, sed ea ibi pro Ecclesiæ servitio relinquat. *Congr. Episc. in Castellanet. & antea in Tullen.* 1597. 10.*Mar. apud* eund. *in Lucubr.tom.2.lib.1.tit.26. n.5.* 1036

1642. 13. Jul. —— Capitanei, sive Officiales Militiarum, qui subjacent jurisdictioni temporali Episcoporum, seu qui actualiter inserviunt Episcopis, non gaudent privilegio fori. *Congr. Immunit.in Senogallien.apud* Pascucc.*in Compend.ad Consult. Canon.Iac. Pignat.par.1 tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *p.*370. 1037

1642.15.Jul. —— Decretum Clementis VIII.super executione, seu interpretatione Concilii Tridentini emanatum confirmatur, & ideo inviolabiliter de cætero observetur per quoscunque Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, ac S.R.E. Cardinales, & declaratur prædictum Decretum 1038

cretum

cretum etiam eosdem Cardinales comprehendisse, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscunque alios indulta Apostolica conferendi Beneficia reservata, seu affecta, & de eisdem disponendi habentes, non potuisse hactenus post ipsum Decretum Clementis, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilii, aut aliàs etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis indultis extinctæ, & sublatæ sint reservationes, & affectiones, eadem Beneficia quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta unire, etiam Seminariis Puerorum, nec de eis per viam cujuscunque unionis, suppressionis, vel applicationis disponere, nec etiam in vim prædictorum indultorum reservata, & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec posse conferre Beneficia duplici reservatione personali reservata vel affecta. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constit.* 165. *quæ incipit* Quamvis.

1642. 1. Aug. —— Carceres quoad Forum Ecclesiasticum non debent esse subterranei, sed supra terram vel saltem æquales terræ, & publici, habere fenestras in publicum respondentes, cavendumque, ne eò Latrinæ avertantur. *Congr. Episc. in Cathanen. & antea in Panormitana* 1583. 6. *Aug. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1 *tit.* de Carceribus Episcopalibus. *pag.* 135. — 1039

1642. 1. Aug. —— Quando Episcopi visitant per alium, exigere non possunt integram taxam, ac si ipsi Ordinarii visitarent, sed aliquid minus dimidia. *Congreg. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2 *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. — 1040

1642. 11. Sept. —— Præter sumptuum exorbitantiam, videtur etiam inconveniens, ut quilibet Abbas dum vadit de uno Monasterio ad aliud, etiam occasione Visitationis, lectica vehatur. *Congr. Episc. in Olivetana apud* eund. *in Floscul. verb.* Abbas *num.* 14. — 1041

1642. 13. Sept. —— Dies festi de præcepto colendi sunt tan- — 1042

tantùm sequentes, scilicet, Dominici dies totius Anni, Nativitatis D. N. I. Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis cum duabus sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duabus pariter sequentibus feriis, SS. Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, & Inventionis S. Crucis, nec non Festivitatum Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis Deiparæ Virginis, Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Jo: Baptistæ, SS. Petri & Pauli, S. Andreæ, S. Iacobi, S. Ioannis, S. Thomæ, SS. Philippi & Iacobi, S. Bartholomæi, S. Matthæi, SS. Simonis & Iudæ, & S. Matthiæ Christi Domini Apostolorum, item S. Stephani Prothomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii Martyris, S. Sylvestri Papæ & Confessoris, S. Iosephi etiam Confessoris, & S. Annæ Deiparæ respective sponsi ac Genitricis, Solemnitatis omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocunque Regno, sive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacunque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit. *Urbanus VIII. apud* Cherub. *in Bul. tom.* 4. *Constit.* 164. *qua incipit* Universa, §. 2.

1642. 13. Sept. —— Ne autem dies festos à Locorum Ordinariis nimia aliquorum facilitate, aut Populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, iidem Ordinarii in Domino monentur, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam æqualitatem de cetero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum Festorum studeant abstinere: Ut verò ea, quæ superius expressa sunt, ferventiori qua decet veneratione, ac devotione colantur, eisdem Ordinariis antiquorum Canonum observantia ad memoriam revocatur in concedendis licentiis laborandi diebus festis: quę quidem licentiæ non aliter quàm ad formam prædictorum Canonum, ut præmittitur, concedendæ, non nisi gra-

1043

si gratis, liberè, & sine ullo prorsus pretio, aut pacto directè, vel indirectè concedantur sub pœnis etiam gravioribus Summorum Pontificum arbitrio infligendis: Per hanc tamen Constitutionem non immutantur in aliquo dies feriati circa Judicialia, qui dies feriati ad hunc effectum relinquuntur in eisdem statu, & terminis, in quibus erant ante ejusdem promulgationem. *Urban. VIII. apud* eund. *ib.* §. 3.

1642. 3. Oct. —— Episcopus non debet mandare transferri Carceratos ad loca Diœcesis, ubi ipse degit, nisi valde rarò, & propter causas multùm graves, & urgentes. *Congr. Episc. in Campanien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. 1044

1642. 3. Oct. —— Caveat Ordinarius sciscitari Personam in danda licentia Casuum reservatorum. *Congr. Episc. in d. Campanien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Casus reservati, *n.* 15. ubi aliæ citantur præcedentes Decisiones *in Verulana* 1615. 10. *Apr. & in Vintimillien.* 1613. 29. *Nov.* 1045

1642. 16. Dec. —— Clericus potest aliquando habitum reassumere, etiam contradicente Episcopo, ut gaudeat privilegio Fori. *Congr. Immunit. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 432. 1046

1643. 2. Mar. —— Quoties per Judicem Appellationis suspenduntur Censuræ prolatæ per Judicem inferiorem, si Ecclesiastici illis irretiti, durante suspensione, excedant actus exerceri prohibitos sub pœna Irregularitatis, in illam non incidunt. *Congr. Conc. ex cap. 3. sess. 23. & ex cap. 6. sess. 24. de reformat. in Vercellen. apud* eund. *ibid. tit.* de Appellationibus, *pag. 22. ubi etiam quod* est enim notissimi Juris, quod Appellatio suspendit sententiam & rem judicatam, *cap. Venientes, de jurejur.* Abb. *in cap. fin. num. 6. de sequestr. possess.* & propterea cùm habentes interesse interposuerint appellationem, debent remanere in eo statu, in quo erant ante sententiam, *l. 1. ff. ad Turpill. & l. un. ff. nihil nov. appell. pend.* 1047

1643. 14. Mar. —— Potest Episcopus, quando reperitur in aliquo Oppido suæ Diæcesis, licitè recitare Officium Sanctorum, de quibus ex forma Rubricarum, seu ex Concessione Sacræ Congregationis, eò quod sint Patroni, seu Titulares, in eisdem Oppidis recitatur; & sic præcepto de recitando Officio satisfacere. *Congr. Rit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ritibus, *pag.* 364. 1048

1643. 21. Mar. —— Licet Episcopo punire Regulares prohibita, vel indecentia in Ecclesiis suorum Ordinum committentes circa Missæ Sacrificium. *Congr. Conc. in Vercellen. ex cap. unic. sess. 22. de observan. & evitan.* juncto *cap. 14. sess. 25. de Regular. apud* eund. *ibid. tit.* de Regularib. *pag.* 289. *& refert etiam* Monacel. *in Formulario leg. pract. in fine 1. part. pag.* 508. *num.* 45. 1049

1643. 21. Mar. —— Si Episcopus occulti Irregularitatis criminis notitiam privatam haberet, posset vigore *cap. 1. sess. 24. de reform.* suis Subditis ascensum ad Ordines denegare: imo & à Divinis suspendere: neque tenetur exprimere Reo causam rejectionis, seu suspensionis, sed tantùm Sedi Apostolicæ, si requiratur. *Congr. Conc. in d. Vercell. apud* Monacel. *par. 2. tit. 13. form. 3. num. 29. &* Pascucc. *par. 1 tit* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 144. 1050

1643. 21. Mar. —— Potest Episcopus ex causa sibi benè visa Benedictionem prædicandi in propria Ecclesia dandam Regularibus limitare ad tempus, & Regularibus professionem Fidei emittere nolentibus illam denegare, si ita expedire judicaverit, sed in hoc debet cautè procedere, quare licentiam absolutè datam non potest limitare ad tempus absque causa. *Congr. Conc. in d. Vercellen. apud cit.* Pascucc. *par. 2 tit.* de Regularibus, *pag.* 289. 1051

1643. 21. Mar. —— Non licet Regularibus in propriis Oratoriis, vel in propriis Ecclesiis extra tempus Adventus, & Quadragesimæ sermonē habere, absq; 1052

Bene-

Benedictione Ordinariis. *Congr.Conc.in d. Vercellen. ad cap.4. sess.24.de reform.apud eund.ibid.*

1643. 21. Mar. —— Regulares obloquentes de Ordinario in suis sermonibus, quos habent in Oratoriis, vel in propriis Ecclesiis, possunt ab eodem Ordinario puniri. *Congreg.Concil.in d.Vercellen.ex cap.3. sess.6.& cap.14.sess.25.de Regular.* juncto *cap.2.sess.5. apud* eund. *ibid.* 1053

1643. 21. Mar. —— Est nullum Examen factum sine Examinatoribus Synodalibus in collatione Parochialium Iurispatronatus Ecclesiastici, seu Laicalis, vel mixti, quando plures præsentantur. *Congreg. Concil. in d. Vercellenen. apud* eund. *par.1 tit.* de Examine, *pag.* 293. 1054

1643. 14. Aug. —— Episcopus, vel Vicarius Generalis tenetur dare litteras approbationis iis, qui fuerunt approbati ab Examinatoribus ad Ordines, Confessiones, & ad Curam Animarum, quamvis certus in conscientia credat, hujusmodi approbatos esse minus idoneos, non enim potest reprobare approbatos, sed ex illis eligere quem maluerit, ad præscriptum Tridentini. *Congreg. Concil. in Januen. apud eund. ibid.* 1055

1643. 14. Aug. —— Posita Constitutione Gregorii XV. edita 1622.5.*Februarii*, Episcopus, qui potest punire, & corrigere delinquentes circa Clausuram Monialium etiam Regularibus subjectarum circa administrationem Bonorum, & circa accessum ad Monasteria, & colloquia cum Monialibus, potest ad effectum probandi hujusmodi delicta examinare Moniales, & alias Personas intra septa degentes ex officio. *Congreg. Conc.apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult.Canon.Jac.Pignatel.par.2.tit.*de Monialibus, *pag.* 71. 1056

1643. 14. Aug. —— Regulares, qui occasione recitandi Rosarium in suis Ecclesiis exponunt Sacra Mysteria, & faciunt pias exhortationes, tenentur petere benedictionem ab Ordinario loci. *Congr.Conc.* 1057

apud eund.*ibid.tit.*de Regularibus, *pag.*292.

1643.2.Oct. —— Non poteſt Epiſcopus excommunicare Conſervatores. *Congr. Epiſcopor. in Majoricen. apud* Nicol.*in Lucubrat.tom.*2.*lib.*1.*tit.*29.*numer.*13. *ad IV.* 1058

1643.14.Nov. —— Epiſcopus, qui ob tenuitatem redditum, etiam de conſenſu Sacræ Epiſcoporum Congregationis non retinet Vicarium, non poteſt exequi litteras Apoſtolicas Vicario directas. *Cong. Conc. in Aquilana ad cap.*5.*ſeſſ.*22.*de reform. apud* Paſcucc.*par.*1.*tit.* de Epiſcopis, *pag.*251: *ubi addit. quod* hoc eſt contra Sbrotium *de Offic. Vicar. quæſt.* 136. *num.*6. *lib.* 2. Videtur igitur electa induſtria Perſonæ, *Congr. Epiſc. in Marſicana* 1587.22. *Sept. apud* d. Paſcucc. *ib. tit.*de Concurſ.Paroch.*pag.*194. 1059

1644.16.Ian. —— Si Eccleſia, Capitulum, vel Confraternitas onus injunctum Miſſarum perpetuarum abſque licentia Epiſcopi acceptarent, acceptatio eſſet valida, & obligaret ad adimplendum, quia Decreta Urbani VIII. edita 1625. 21. Iun. non continent clauſulam irritantem. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.*1. *tit.*6. *form.*9. *num.*4. ex Pignatel. *tom.*4.*conſult.*222.*circa fin.* 1060

1644.16.Mar. —— Clerici initiati prima Tonſura ſub ritu Latino non poſſunt tranſire ad ritum Græcum abſque diſpenſatione Apoſtolica, ſine qua ſi promoveantur ab Epiſcopo Græco ad alios Ordines, ſunt ipſo jure ſuſpenſi, ut Decreto generali declaravit *Congr. Inquiſ. apud* eund. *in fine* 1. *par. pag.* 508. *num.* 33. 1061

1644.9.Jul. —— Metropolitanus, Sede vacante, ingerere ſe poteſt in regimine, & cura Eccleſiæ Suffraganeæ vacantis, & Capitulum non habentis. *Congr. Epiſc. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.*Metropolitanus, *num.* 8. 1062

1644.16.Aug. —— Non licet Abbatibus Caſſinenſibus conſecrare Altaria, niſi pro uſu propriæ Eccleſiæ, & Religioſorum ejuſdem Ordinis tantùm. *Congr. Rit.* 1063

Rit. in causa Placentina Benedictionis apud Pascucc. *par.* 1.*tit.* de Abbate, *pag.* 4.*ubi addit*, *quod* idem dicendum de consecratione Campanarum, & Sacrorum Vasorũ Ecclesię, in quibus adhibetur Sacra Unctio, ac de Benedictione Sacrarum Vestium.

1644.5.Nov.—— Supposita taxa pro Seminario cum solutione continuata ultra triginta annos, tenentur Hospitalia, & Confraternitates ad illius solutionem in futurum, quia ex solutione tot annorum præsumitur vel quod Bona sint Ecclesiastica, vel quod aliquod Beneficium sit eis unitum: & ideo potest Episcopus illa, & illas compellere remediis Censurarum Ecclesiasticarum, sequestrationis fructuum, & similium, ut resolvit *Congr. Conc. in Tudertina ad cap.* 18.*sess.* 23.*de reform. apud* eund.*par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 383. — 1064

1644.3.Dec.—— Electio, seu approbatio Examinatorum Synodalium sustinetur arbitrio Episcopi, si non fiat per vota secreta. *Congr. Conc. in Fulginaten. ad cap.* 18.*sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Examine, *pag.* 293. — 1065

1644.3.Dec.—— Si Cathedraticum Episcopis antecessoribus aliquando fuit solutum, potest modernus Episcopus exigere: & exigi possunt tantùm duo solidi juxta juris communis dispositionem, & in moneta antiqua juxta illius æstimationem, non concurrente contraria consuetudine: exactio autem non est facienda à toto Clero, sed tantùm ab Ecclesiis, Capellis, & Beneficiis, si ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis. *Congreg. Conc. in Albiganen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 14. *form.* 1.*num.* 4. — 1066

1645. 7. Apr.—— Testimoniales Ordinum susceptorum, & carentiæ legitimi impedimenti ad celebrandum extra Diæcesim, negari non possunt sub prætextu, quod quis sustinuerit partes Fisci in proces- — 1067

ſu contra Ordinarium fabricato. *Congr. Epiſc. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Teſtimoniales, *num.2.*

1645.12.Maii. —— Si cauſæ laborandi in die feſto verè ſubſint, Ordinarius tenetur licentiam dare. *Congr. Epiſc. in Beneventana apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par.1. tit.* de Feſtis diebus, *pag.295.* 1068

1645.26.Maii. —— Quando Populus convenire non vult ad electionem Officialis alicujus Eccleſiæ ſecundùm ſolitum, datur Epiſcopo facultas eligendi. *Congr. Epiſc. in Lucana apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Electio, *num.11.* 1069

1645.8.Aug. —— Epiſcopi poſſunt corpora exhumanda, vulneratos, & teſtes extrahere facere extra Eccleſias, & loca immunia ad effectum recognitionis, & probationis corporis delicti per Iudices, & Miniſtros laicos faciendę pro eorundem Epiſcoporum arbitrio rectè tamen regulato: Superioribus verò Regularium minimè licet etiam in Eccleſiis, & locis immunibus ipſorum Regularium, ſed id ad ſolos Epiſcopos ſpectat. *Congr. Immunit. in Maceraten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 7. num. 6.* 1070

1645.19.Sept. —— Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi quando viſitabunt limina Apoſtolorum, referant, ſe paruiſſe litteræ Urbani VIII. ſupra poſitæ, & editæ 1634. 3. Februarii. *Innocentius X. in Bullar. tom.5. Conſtitut.10. quæ incipit* Salvatoris, *& confirmavit Clemens X. ibid. Conſtit. 39. quæ itidem incipit* Salvatoris, *edita 1671. 19. Jun.* 1071

1645.20.Sept. —— Ordinarius, obtenta à Sacra Congregatione licentia nominandi extra Synodum Examinatores, accedente tamen conſenſu Capituli; ſi propoſitis nominatis, & requiſito prædicto conſenſu, Capitulum denegaverit ſub prætextu, quod dicti nominati ſint Amici ipſius Ordinarii, nominatio eſt valida, etiam non interveniente dicto conſenſu ſine cauſa denegato, præſertim ſi nomina- 1072

nominati habuerint requisita à Concilio Tridentino. *Congr. Conc. in Messanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tir.* de Examine, *pag.* 292.

1645.29. Sept. —— Ordinarius abstinere debet à pęnis pecuniariis contra Regulares. *Cong. Episc. in una Conventualium apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pęna, *num.* 7. | 1073

1645.6. Oct. —— Episcopus non potest recipere decimam partem pro quolibet Instrumento producto in Tribunali, sed solùm quod solvitur pro Decretis Ecclesiasticis, non obstante pragmatica, quæ servari non debet in Foro Ecclesiastico. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Instrumentum, *n.* 2. | 1074

1645.18. Nov. —— Non est deneganda Copia Appellationis, & aliorum Decretorum Synodi, sed danda est legitimis Personis. *Congr. Conc. in Fulginaten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Iac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Synodo, *pag.* 403. | 1075

1645.1. Dec. —— Non potest Ordinarius contrahere debita, vel tenere quodlibet interesse pecuniarum cum Monialibus. *Congreg. Episcopor. in Ferentina apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Ordinarius, *num.* 2. | 1076

1645. 6. Dec. —— Capellanus eligendus ab Episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus. *Congr. Conc. in Gravinen. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Capellis, & Capellanis, *pag.* 99. | 1077

1645.7. Dec. —— Auditor Cameræ inhibere non potest Episcopo, ne procedat contra Curatum non residentem, neque Ordinario præcipere, ut admittat resignationem. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Auditor, *num.* 3. | 1078

1645.7. Dec. —— Non potest Episcopus exercere tutelam, nisi legitimam. *Congr. Episc. in Albigen.* vel miserabilium personarum, *ead. Congr. in Cusentina*: & casu, quo gesserit, cogi debet ad rationem reddendam absque ullo respectu, *ead. Congr. in Mel-* | 1079

phitana apud eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 50.

1645.16.Dec. —— Moniales ad habitum, & professionem in Monasteriis Regularibus subjectis non possunt admitti, tanquam si Episcopus, & eo absente, vel impedito, illius Vicarius, vel alius ab eo deputatus earum voluntatem, & conditiones exploraverit. *Congr. Conc. in Lectoren. ad cap.* 17. *sess.* 25. *de reform. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 71. 1080

1646.3. Febr. —— Ex Abbatiis, quæ conceduntur Cardinalibus, solvitur taxa Seminariis, non obstantibus eorum amplissimis Privilegijs. *Congr. Conc. in Romana*, & hoc antea decreverat *Congr. Episc. sæpissimè, & signanter in Cæsenaten.* 1602. 31. *Maii apud* eund. *ibid. tit.* de Seminario, *pag.* 383. 1081

1646.23.Febr. —— Episcopus cogere non potest ad celebrandum in Cathedrali aliàs non obligatos. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Missa *num.* 15. 1083

1646.23.Mar. —— Redditus Cancellariæ Episcopalis, sive alterius Prælati similis locari non potest, sed prædicta Cancellaria debet exerceri per Ministros ab Episcopo, vel Prælato deputandos. *Congr. Episc. in Forolivien. apud* eund. *ibid. verb.* Cancellaria, *nu.* 1. & hoc etiam antea decreverat *ead. Congr. in Neapolitana* 1592. 29. *Aug. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 14. *quæsito* 3. *ex* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 94. *num.* 34. 1083

1646.14.Apr. —— Regularis Sacerdos, qui absque prævia Episcopi approbatione Confessiones Personarum sæcularium audiret, posset etiam pænis Censurarum puniri, ut declaravit *Congreg. Concil. in Neapolitana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *pag.* 37. *num.* 2. & refert etiam Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Confessione, *pag.* 195. *ad cap.* 15. *sess.* 27. *de reform.* 1084

1646.4. Maii. —— Expensæ superfluæ non debent permitti Monialibus, neque occasione Festi de Sancto sui Nominis, neque Consecrationis. *Congr. Episc.* 1085

Episc. apud Nicol. *in Floscul. verb.* Expensæ, *num.*5.

1646.11.Maii. —— Ad transmittendum statum Monasteriorum non debet Ordinarius facere processum, examinare testes, vel aliquas expensas afferre Monialibus, sed eum è libris extrahere, gratisque transmittere. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Status. 1086

1646.18.Maii. —— Monialium Collocutorium non debet habere Portam, quæ respondeat in Clausuram. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Collocutorium, *num.* 5. 1087

1646.22.Jun. —— Ordinarius se ingerere non debet in Iconibus, & Picturis Ecclesiarum Capuccinorum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Capuccini, *num.*4. 1088

1646.22.Jun. —— Potest Episcopus cogere Clerum ad deputandum aliquem, qui curam habeat providendi de victualibus, durante Visitatione. *Congreg. Episc. in Eugubina apud* eund. *in Lucubrat. tom.*2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.*21. *vers.* V. amplia. 1089

1646.4.Jul. —— Episcopus, si conferat de consensu alterius, sibi præjudicat quoad liberam Collationem. *Rota in Gerunden. Capellania coram* Bichio, *tom.*1. *decis.*268. *num.* 12. 1090

1646.13.Jul. —— Dum imminet periculum evictionis stabilium assignatorum pro Dote Monialis, Ordinarius compellere debet eum, qui tradidit, vel hæredes ad removendum molestias præsentes, & assicurandum pro futuris. *Congr. Episc. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Dos, *num.* 4. 1091

1646.13.Jul. —— Non debet Episcopus contra alium Episcopum Cedulones affigere, neque sub prætextu defensionis suæ Jurisdictionis, præsertim quando patet recursus ad Superiorem. *Congr. Episc. in Conversanen. apud* Petram *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *Constit.*2.*Leonis IX. sect.*5.*num.*110. *pag.* 284. 1092

1646.27.Iul. —— Episcopus debet admittere in locis 1093

phitana apud eund. *ibid. verb.* Episcopus, *num.* 50.

1645.16.Dec. —— Moniales ad habitum, & professionem in Monasteriis Regularibus subjectis non possunt admitti, tanquam si Episcopus, & eo absente, vel impedito, illius Vicarius, vel alius ab eo deputatus earum voluntatem, & conditiones exploraverit. *Congr. Conc. in Lectoren. ad cap.* 17.*sess.* 25.*de reform. apud* Pascucc.*par.*2.*tit.* de Monialibus, *pag.* 71.

1646.3.Febr. —— Ex Abbatiis, quæ conceduntur Cardinalibus, solvitur taxa Seminariis, non obstantibus eorum amplissimis Privilegijs. *Congr. Conc. in Romana*, & hoc antea decreverat *Congr. Episc. sapissimè, & signanter in Cæsenaten.* 1602.31.*Maii apud* eund. *ibid. tit.* de Seminario, *pag.* 383.

1646.23.Febr. —— Episcopus cogere non potest ad celebrandum in Cathedrali aliàs non obligatos. *Cong. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Missa *num.*15.

1646.23.Mar. —— Redditus Cancellariæ Episcopalis, sive alterius Prælati similis locari non potest, sed prædicta Cancellaria debet exerceri per Ministros ab Episcopo, vel Prælato deputandos. *Congr. Episc. in Forolivien. apud* eund. *ibid. verb.* Cancellaria, *nu.*1. & hoc etiam antea decreverat *ead. Congr. in Neapolitana* 1592.29.*Aug. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.*3.*disput.*14.*quæsito* 3.*ex* Barbos.*de potest. Episc. par.*3.*alleg.* 94.*num.* 34.

1646.14.Apr. —— Regularis Sacerdos, qui absque prævia Episcopi approbatione Confessiones Personarum sæcularium audiret, posset etiam pænis Censurarum puniri, ut declaravit *Congreg. Concil. in Neapolitana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.*2.*tit.*13.*form.*1.*pag.* 37. *num.* 2. & refert etiam Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Confessione, *pag.*195.*ad cap.* 15.*sess.* 27.*de reform.*

1646.4.Maii. —— Expensæ superfluæ non debent permitti Monialibus, neque occasione Festi de Sancto sui Nominis, neque Consecrationis. *Congr. Episc.*

Episc. apud Nicol. *in Floscul. verb.* Expensæ, *num.* 5.

1646.11.Maii. —— Ad transmittendum statum Monasteriorum non debet Ordinarius facere processum, examinare testes, vel aliquas expensas afferre Monialibus, sed eum è libris extrahere, gratisque transmittere. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Status. 1086

1646.18.Maii. —— Monialium Collocutorium non debet habere Portam, quæ respondeat in Clausuram. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Collocutorium, *num.* 5. 1087

1646.22.Jun. —— Ordinarius se ingerere non debet in Iconibus, & Picturis Ecclesiarum Capuccinorum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Capuccini, *num.* 4. 1088

1646.22.Jun. —— Potest Episcopus cogere Clerum ad deputandum aliquem, qui curam habeat providendi de victualibus, durante Visitatione. *Congreg. Episc. in Eugubina apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 21. *vers.* V. amplia. 1089

1646.4.Jul. —— Episcopus, si conferat de consensu alterius, sibi præjudicat quoad liberam Collationem. *Rota in Gerunden. Capellaniæ coram* Bichio, *tom.* 1. *decis.* 268. *num.* 12. 1090

1646.13.Jul. —— Dum imminet periculum evictionis stabilium assignatorum pro Dote Monialis, Ordinarius compellere debet eum, qui tradidit, vel hæredes ad removendum molestias præsentes, & assicurandum pro futuris. *Congr. Episc. in Fulginaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Dos, *num.* 4. 1091

1646.13.Jul. —— Non debet Episcopus contra alium Episcopum Cedulones affigere, neque sub prætextu defensionis suæ Jurisdictionis, præsertim quando patet recursus ad Superiorem. *Congr. Episc. in Conversanen. apud* Petram *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 2. *Leonis IX. sect.* 5. *num.* 110. *pag.* 284. 1092

1646.27.Iul. —— Episcopus debet admittere in locis 1093

numerariis habentes requisita. *Congr. Episc. in Parmen.* permittendo Monialibus liberam acceptationem in ejusdem locis, *ead. Congr. in Ieracen.* 1615. 8. *Maii*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Habitus *n.* 17.

1646. 15. Dec. —— Clerici, & Sacerdotes subjecti jurisdictioni Abbatum, qui sunt intra Diœceses Ordinariorum, tenentur observare Constitutiones Synodales earumdem Diœcesum, adeo ut puniri possunt, nec dicti Abbates, seu eorum Vicarij facere possunt Edicta dictis Constitutionibus adversanti a. *Congr. Conc. in una Burgi S. Sepulchri apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Abbate, *pag.* 2.

1647. 14. Jan. —— Si Conjugata ingressa est Monasterium de licentia Ordinarii, etiam præ timore, ne occideretur à Viro, cogi debet ad exeundum, ejusque indemnitati per alia remedia provideri. *Congr. Epist. in Narnien. & antea in Melphitana* 1617. 10. *Jan. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Conjux, *num.* 6. *ad IV.*

1647. 8. Febr. —— Causæ in prima instantia cognosci debent ab Ordinario. *Congr. Episc. in Campanien. & antea* 1602. 7. *Feb. ac in Asculana* 1601. 6. *Jul.* non à Metropolitano, vel ejus Delegato, *ead. Congr. in Mazarien. apud* eund. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 2. *tit.* 28. *num.* 27.

1647. 9. Febr. —— Non possunt Regulares in suis Ecclesiis, contradicente Episcopo, petita ab eo, & non obtenta licentia, prædicare, nisi ex legitima consuetudine. *Congr. Conc. in Forolivien. ad cap.* 4. *sess.* 24. *de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 291.

1647. 16. Mar. —— Abbas Regularis non benedictus, potest (quatenus habeat privilegium) Ordines conferre suis Subditis Regularibus, non autem aliis, & conferens Ordines minores non Subditis in loco exempto, in Diœcesi Episcopi, potest

ab

ab eodem Episcopo puniri. *Congr. Conc. in Panormitana apud* eund. *par.*1 *tit.*de Abbate, *pag.*1.

1647.19.Mar. —— Episcopus non potest expellere confugientem ab Ecclesia, ne incidat in manum Curiæ Sæcularis. *Congr. Immunit. in Caphalunen. apud* eund. *ibid. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 384. 1099

1647.6.Apr. —— Monialibus in articulo mortis constitutis Confessarium extraordinarium petentibus omnino est concedendus, etiamsi bis & ter in anno habuissent, ut declaravit *Congr. Episc. in Nullius apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit.* 15. *form.* 15. *num.*10. 1100

1647.28.Jun. —— Episcopus nequit Bona Beneficii vacantis occupare, & sine causa illius fructus sibi applicare absque licentia Papæ, aliàs dicitur in dolo, ut *in cap. unic. vers. & circa inhonestatem, ut Benefic. Eccles. sine diminut. conferan.* notat Anchar. *num.*16. Henricus Boich. *num.*8. Joan.de Imol. *nu.* 27. Sed solùm, secuta vacatione, providere potest de OEconomo, qui fructus successori servet, & custodiat, ut disponitur in Tridentino *sess.* 24. *de reform. cap.*18. & notant DD. *in cap. bona* 51. *de appellat.* Gloss. *in cap.*1. *verb. defensore, de reb. Eccl. non alienan. in* 6. *apud Rotam in Perusina Beneficii coram* Bichio, *tom.*1. *decis.*318. *num.*7. & 8. 1101

1647.1.Jul. —— Potest Episcopus vigore Concilii *cap.* 7. *sess.* 7. *de refor.* curam Animarum toti Capitulo Cathedralis incumbentem per viam unionis perpetuæ in certam Personam, seu Dignitatem ejusdem Ecclesiæ adnectere, consensu Capituli interveniente, ut declaravit *Congr. Conc. in Compsana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.*2. *tit.* 16. *form.*10. *num.* 7. 1102

1647.6.Jul. —— Servanda est consuetudo, ut Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alii Clerici, etiam non habentes Beneficia, & Officia, accedant ad Processiones publicas, inserviant Ecclesiæ festis die- 1103

diebus, dum Missa cantata celebratur, & interveniant Tronibus & Congregationibus Casuum Conscientiæ, & Cæremoniarum. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.2.tit.* de Residentia, *pag.*352.

1647.13.Jul. —— Familiares Episcopi gaudent privilegio Fori, & possunt deferre Arma. *Congr. Immunit. in una Montis Politiani apud* eund. *par.1 tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*398.

1647.2.Aug. —— Episcopi non excommunicantur ab Homine, nisi à Papa. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Episcopus, *num.*68.

1648.10.Jan. —— Episcopus etiam per Censuras providere debet, ne Clerus exigat pro Funeribus ultra solitum. *Congr. Episc. & antea* 1646.16. *Nov. ac in Cremonen.* 1604. 20. *Sept.* Neque sub prætextu, quod Capitulum solito rarius advocetur, *ead. Cong. in Cajetana* 1602. 19. *Ian. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*1.*lib.*4.*tit.*15. de Interdictis, *n.*26.*vers.* Et Episc.

1648. 10. Jan. —— Superior Regularis non potest prætendere visitare velle clausuram Monialium sibi subiectarum simul cum Episcopo; vel assistere illius visitationi. *Congr. Episc. in Fulginaten. apud* Pascucc. *par.*2. *tit.* de Monialibus, *pag.*81.

1648. 3. Febr. —— Inter actus irretractabiles, in quibus contra exemptos procedi non potest sine Adjunctis, vel sine licentia Sacræ Congregationis, comprehenduntur etiam Censuræ. *Congr. Episc. in Elnen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Censura, *num.*2.

1648. 4. Febr. —— Si de vacantibus Beneficiis Sedi Apostolicæ reservatis, ab eadem Sede aliquis Vir dignus fuerit provisus, Episcopus autem eadem Beneficia uti Seminario erigendo unita contulerit Magistris ejusdem Seminarii, hæc Beneficiorum unio, ut supra facta non sustinetur. *Congr. Concil. ad cap.*18.*sess.*23. *de reform. apud* Pascucc. *par.*1 *tit.* de Beneficiis, *pag.* 37.

1648. 17. Febr. —— Abbas Regularis potest habere in Ter-

Territorio Episcopi collationem Beneficiorum sæcularium, ut post Abbatem, & alios, Lotther. *de re benefic.lib.*1.*quæst.*34.*num.*7.*apud Rotam in Montis* Cassinen.*Parochialis coram* Bichio, *tom.* 1.*decis.* 339.*numer.* 7.

1648. 5. Mar. —— Episcopus debet dare licentiam publicandi Indulgentiam concessam Ecclesiæ nondum consecratæ. *Congr.Episc.in Cremen.apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Indulgentia, *num.*10. 1111

1648. 14. Mar. —— Legatus de latere non potest in præjudicium Curiæ Episcopalis cognoscere causas in prima instantia, nisi habeat specialem, & expressam facultatem à Sede Apostolica. *Congr. Conc.in Pisaurien.apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel.par.*1.*tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *p.*514. ubi alia posterior Decisio *edita* 1675.4.*Maii.* 1112

1648. 14. Mar. —— Potest Episcopus Monasterio pauperrimo Lectori Regulari Cleri Sæcularis assignare aliquam portionem mulctarum, & pænarum in recognitionem, quatenus sit locus pius, & ut supponitur, pauper. *Congr.Conc.in Fulginaten.ex cap.* 3.*sess.*25.*de reform. apud* eund.*part.*2.*tit.*de Regularibus, *pag.* 289. 1113

1648. 14. Mar. —— Superior Regularis ad perficiendum Processum sui Subditi extra Claustra delinquentis, relicto Cancellario Episcopali, potest uti opera Cancellarii Regularis, juxta præscriptam Constitutionem sui Ordinis, absque tamen fraude, ne delicta remaneant impunita, *Congr.Conc. in Novellen.ad* 2.*apud* eund.*ibid.pag.*309. 1114

1648. 14. Mar. —— Superior Regularis tenetur ad Episcopum mittere nedum sententiam: sed etiam omnia acta, & eum certiorare in scriptis de punitione, & ipsius sententiæ executione. *Congr. Conc.in d.Novellen.ad* 3.*apud eund.ibid.* 1115

1648. 14. Maii. —— Si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Jesu, ut Decreta aliqua Concilii Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, 1116

sibus, in quibus per ipsum Concilium, vel Constitutiones Apostolicas Regulares exempti subjiciuntur jurisdictioni, & correctioni Episcopi, minimè licet ipsis Regularibus ob eam causam Conservatores eligere, sicuti neque quando Ordinarius procedit, juris ordine servato, adversus Regulares exemptos in prędictis casibus. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom. 4. Const. 29. quæ incipit* Cùm sicut *& referunt etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 5. tit. 33. num. 23. ac* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 24. num. 22. ad* I. & II.

1648. 14. Maii. —— Regularibus, etiam Societatis Jesu, asserentibus se habere Privilegia, quo minus obediant Episcopo in executione Decretorum Juris Communis, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, Ordinarii non tenentur hujusmodi assertioni fidem adhibere absque integrali Privilegiorum exhibitione: Quod si verba Privilegiorum exhibitorum sunt obscura, & ambigua, non licet recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Episcopum, nec Conservatores eligere, sed ad Summum Pontificem pro interpretatione est adeundum. *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad III. & IV.*

1648. 14. Maii. —— Regulares assumentes Conservatores, sive ad Iura, sive ad Privilegia tuenda, non tenentur ante exercitium commissionis præstare cautionem coram Ordinario, sive alio Judice competente de Iudicio sisti, & judicatum solvendo, casu, quo in lite, sive causa succubuerint. *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad VII.*

1648. 14. Maii. —— Si Episcopi pro tuendis Juribus Cathedralium Ecclesiarum coram Judice competenti, libros, memorialia, & allegationes producant, & Regularium immoderatas acquisitiones veraciter, & modestè referant, non licet ob eam causam ad Conservatores recurrere. *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad VIII.*

1648.

1648.14.Maii. —— Si Regularis intra Clauſtra degens, extra ea ita notori deliquerit, ut Populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, tenetur Superior Regularis intra tempus ab eo præfigendum, ſeverè illum punire, ac de punitione Epiſcopum certiorem facere, alioquin ſic delinquens ab Epiſcopo puniri poteſt, ad præſcriptum Tridentini *cap.14.ſeſſ.25. de Regular.* Quod ſi delinquens ad aliam Diæceſim migraverit ſervandum eſt quod præcipitur in Conſtitutione Clementis VIII. quæ incipit *Suſcepti muneris ratio*, prout ſtatuit *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad XII.* 1120

1648. 14. Maii. —— Conſervatores nominati, & electi à Regularibus, ante exercitium ſuæ Juriſdictionis tenentur ubique electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario ſub pæna nullitatis actuum. *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad XIII.* 1121

1648.14.Maii. —— Regulares tenentur Epiſcopo exhibere Privilegia, quæ ſunt contra juriſdictionem Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt, ſi eis uti voluerint. *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad XIV.* 1122

1648.14.Maii. —— Poteſt Epiſcopus licentiam audiendi Confeſſiones concedere tam per litteras miſſivas, quàm etiam oretenus ſine ſcripturis. *Innocentius X. in ſecunda inſtantia apud eoſd. ibid. ad V. & VI.* 1123

1648. 19. Jun. —— Nequit Nuncius Apoſtolicus impedire Epiſcopum interrogare volentem Moniales Regularibus ſubjectas de omnibus pertinentibus ad Clauſuram, & providere. *Congr. Epiſc. apud* Paſc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 82.* 1124

1648. 19. Jun. —— Proſpectus in Monaſteria, & omne id, quod Clauſuræ præjudicare poteſt, debet omnino removeri expenſis ejus, qui fecit: & ubi non eſt tertius, Monaſterii: ad quod Ordinarius cogere debet etiam in Monaſteriis, quæ reguntur à Regularibus. *Congr. Epiſcop. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Fabrica, *num. 9.* 1125

1648. 29. Jun. —— Quando Conjugata fit Monialis, induci debet Maritus ad votum Castitatis emittendum. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Coniux, *num.* 7

1648. 17. Jul. —— Episcopus non potest cogere Moniales ad Consanguineos alloquendos. *Congr. Episc. in Carpien. apud* eund. *ibid. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 13.

1648. 14. Aug. —— Regulares, qui ob occupata, devastata, vel combusta ab Hæreticis propria Monasteria, se conferunt ad aliam Civitatem, non possunt ordinari ad titulum paupertatis, si careant Conventu in illa Diæcesi, licèt hujusmodi Regulares sint in Ordine Subdiaconali, vel Diaconali jam constituti. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Ordine, *pag.* 170.

1648. 15. Sept. —— Antequam causa plenè cognita fuerit, absolvi potest à Censuris cum reincidentia, præstita promissione de parendo, & stando juri. Primò, quando petitur ab Ordinariis, vel ab alio informatio, maximè cùm præcipitur transmissio Processus, *Congr. Episc. in una Montis Falisci*: Secundò, quando adest fumus boni juris ejus, qui recurrit, prout *ead. Congr. in Bojanen.* 1650. 30. *Sept.* Tertiò, quando Ordinarius excommunicavit in causa propria, modò non tractetur de Decimis, *ex ead. Congr. in Larinen.* 1646. 21. *Sept.* Quartò, quando sunt excommunicati ob non exhibitionem librorum Confraternitatum, quos asserunt non esse apud se, ut censuit *ead. Congr. in Scalen.* 1647. 27. *Mar.* Quintò in honorem alicujus magnæ Festivitatis, præsertim Resurrectionis, & Nativitatis Domini, hoc enim adjudicavit *ead. Congr. in Ariminen.* 1648. 3. *Apr.* Sextò denique, propter aliam justam causam, *ex ead. Congr. in Vulturarien.* 1603. 23. *Dec. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 147.

1648. 10. Nov. —— Episcoporum Servi sunt exempti ab oneribus personalibus. *Cong. Immunit. in Bonon. apud* eund.

eund.*ibid. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 398.

1648. 14. Nov. —— Ut Clausura Monialium ubique tuta reddatur, potest Episcopus illam visitare, etiam semota quacumque Superiorum Regularium negligentia, aut suspicione violationis, illisque irrequisitis, & inconsultis, non solùm per seipsum, sed etiam per suum Vicarium Generalem ad hoc speciale mandatum habentem; & in casu resistentiæ, poterit contra renuentes, & contradictores ad pænas etiam Censurarum procedere, prout declaravit *Congr. Conc. in Neapolitana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit.* 15. *form.* 15. *num.* 18. 1131

1649. 12. Jan. —— Bona Episcopi gravari non possunt hospitatione Militum. *Congr. Immun. in Regien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 374. 1132

1649. 29. Jan. —— Puellæ antequàm introducantur, sive ad habitum, sive ad educationem, debent acceptari, *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Consensus, *num.* 2. *ubi etiam quod* sufficit tamen, quod Ordinarius habeat relationem Abbatissæ, Puellas fuisse ser. ser. acceptatas: quod si dubium emerserit, an acceptatio fuerit legitimè facta, tunc Episcopus explorare poterit voluntatem Monialium, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis. 1133

1649. 1. Mar. —— Ordinarius potest inhibere Possessori Beneficii, cui incumbit Curæ exercitium, ne illam exerceat absque examine, & approbatione, ut per Garz. *de Benefic. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 186. *& seqq.* Gratian. *discept.* 865. *nu.* 44. dixit *Rota in Mediolanen. Prabenda coram* Bichio, *tom.* 1. *decis.* 377. *num.* 18. 1134

1649. 11. Mar. —— Monialis aufugiens à Monasterio, non debet in Carceribus extra Monasterium detineri, sed ad aliud reduci, privari velo, voce activa, & passiva, & collocutorio, etiamsi post debitam pænitentiam peractam è carcere relaxaretur: si verò ultra fugam, graviter deliquit, præsertim contra votum Castitatis, muro perpetuo claudi 1135

debet

debet. *Congr. Episc. in Bituntina apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Carcerib. Episcopalib. *pag.* 135. *ubi etiam* ne Moniales intrudantur in carcerem per Satellites, nisi ob gravissima delicta, *ex ead. Congr. in una Interamnensi* 1637. 13. *Jun.* Monasteria verò Monialium ne quidem pro carcere Monialium delinquentium debent inservire, prout censuit *ead. Congr. in Consentina* 1599. 21. *Apr.*

1649. 20. Mar. — Carceres Episcopales non possunt ab Episcopo fabricari, seu fabricatas restaurari ex pœnis, ac mulctis. *Congr. Conc. in Nicien. ad cap.* 3. *&* 14. *sess.* 25. *de reform. apud* eund. *ib. pag.* 134. *ubi quod* ad id Episcopus tenetur de suo.

1649. 20. Mar. — Monasteria non possunt consequi dotes Novitiarum in anno probationis decedentium, eo non completo; licèt autem ante obitum Professionem emiserint, si tamen convaluerint, iterum profiteri debent. *Congr. Conc. in una Ordinis S. Francisci Min. Observ. ad cap.* 15. *sess.* 25. *de Regul. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 70.

1649. 16. Apr. — Si Abbates Locales taxæ contributionum promptè non satisfaciunt, prohibentur accedere ad Capitulum Generale, cum privatione Officii, & inhabilitate ad illud, & ad alia majora. *Congr. Ep. in una Lateranensium, & antea in ead.* 1637. 9. *Jan. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Contributio, *num.* 5.

1649. 17. Apr. — Convocatio Concilii Provincialis, absente, vel impedito, seu mortuo Archiepiscopo, spectat ad antiquiorem ex Suffraganeis, non autem ad exemptum eligentem, etiamsi antiquiorem, ut resolvit *Congr. Conc. in Burgen. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit. unic. Honorii II. sect.* 1. *nu.* 31. *pag.* 470. *&* 471. ex Pignatel. *tom.* 1. *Consult.* 354.

1649. 17. Apr. — Puellæ Novitiæ, anno probationis completo, de licentia in scriptis Ordinarii, sub cujus jurisdictione extat Monasterium, coactæ ad proprias Domos se conferre propter acerbissimas

ssimas Civitatis seditiones, quibus redditus Monasterii ita sunt diminuti, ut pro sustentatione Monialium professarum non sufficiant, si rebus pacatis ad idem Monasterium redeant, admitti possunt arbitrio Ordinarii ad Professionem absque alio probationis anno, dum habeant alia requisita, ut supponitur. *Congr. Conc. in Neapolitana ad cap. 16. sess. 25. de Regul. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag.* 70.

1649. 17. Apr. — Non potest Episcopus præcipere Capellanis Capellarum Campestrium Regularium ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum Parochialium. *Congr. Conc. in Tarvisina ad cap. 8. sess. 7. de Reform. apud* eund. *ibid. tit.* de Visitatione, *pag.* 429. 1141

1649. 29. Maii. — Pensionarii Mensæ Episcopalis non tenentur contribuere pro rata expensis, quas Episcopus annuatim solvit ex fructibus mensę Prędicatori in Cathedrali concionanti. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 7. num.* 3. 1142

1649. 7. Jul. — Episcopus propter aeris intemperiem residens in aliqua parte suæ Diæcesis, non tamen removere debet Vicarium, & Tribunal à Civitate, ut declaravit *Congr. Episc. apud* Pascucc. *par. 2 tit.* de Residentia, *pag.* 355. 1143

1649. 23. Jul. — Numerus Monialium augeri non potest ab Ordinario sine licentia Sacræ *Congr. Episc. in Lauretana, & antea in ead. 1604. 27. Jul. & in Brundusina 1602. 12. Mar. apud* eund. *ibid. tit.* de Monialibus, *pag.* 75. 1144

1649. 13. Aug. — Appellatio à Censuris non datur à declaratione Episcopi, an quis gaudere debeat immunitate Ecclesiastica. *Congr. Immunit. in Vercell. & antea in Nicien. 12. Ian. ejusd. anni, apud* eund. *par. 1 tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 147. 1145

1649. 28. Aug. — In delictis certis, ac notoriis, pro 1146

quibus in Jure feruntur Censuræ, potest Episcopus procedere contra Equites Hierosolymitanos, & quoscunque alios exemptos; nam in his casibus non agitur de Excomunicatione inflicta ab Homine, sed à Jure, ad cujus declarationem potest Episcopus procedere etiam contra illos exemptos, qui expressum habent privilegium, ne possint Censuris innodari, per text. *in Clem.* 1 *de Privileg.* ibiq. Zabarell. Abb. & alij: eamque sententiam, maturè discusso articulo, comprobavit *Congr. Conc. in Eystenen. apud* eund. *ibid. tit.* de Equitibus, *pag.* 280.

1649. 31. Aug. —— Potest Episcopus Parochum repertum cum Concubina extrahere è Domo Parochiali, & punire. *Congr. Immunit. in Aretina, & antea in Interamnen.* 1640. 27. *Mar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 6. *form.* 8. *num.* 2.

1649. 3. Dec. —— Abbas non est restituendus in suis Juribus Abbatialibus, sed servanda sunt Decreta à Nuncio Apostolico emanata pro regimine Monasterii, tam in Spiritualibus, quàm Temporalibus, donec deponatur, ut disposuit de Abbate Olivetano *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 329. ubi refert hoc Decretum ad probandum, quod etiam Abbates possunt suspendi, excommunicari, & privari suis Officiis, ac Dignitaribus à Legatis, sive Nuncijs Apostolicis.

1649. 17. Dec. —— Potest Episcopus residere in qualibet parte Diæcesis, modò vadat ad Cathedralem temporibus præscriptis à Sacro Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. *Congr. Episcop. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Episcopus, *num.* 93. *ubi tamen ait, quod* si Episcopus non accedat ad Cathedralem temporibus à Concilio præscriptis, licèt malè faciat, non tamen incidit in privationem fructuum impositam à dicto Concilio contra non residentes, *ex Cong. Conc. in Cassanen.* 1622. 3. *Sept.*

1650. 30.

1650.30.Ian. —— Si Episcopus prætendat ex consuetudine, quod Canonici teneantur ad illum excipiendum in Camera in aliis Festivitatibus, præter solemniores, & in diebus Dominicis, ac tempore Concionis, quando non ingreditur per Portam primariam Ecclesiæ, hujusmodi consuetudo erit ab illo probanda. *Congreg. Rit. in Ripania apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Ritibus, *pag. 365.* 1150

1650.18.Febr. —— Candelæ, Cineres, Palmæ distribuuntur stando cum Mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Mitra, *num. 2.* 1151

1650.19.Mar. —— Clericus provisus de Beneficio, quod dubitabatur spectare ad Pontificem pro collatione, potest ex hoc capite ad Ordines promoveri. *Congr. Conc. in Ravelleri. ad cap. 1. sess. 23. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult.* *Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, *pag. 170.* 1152

1650.9.Apr. —— Tenetur Episcopus ordinatos in Sacris ad ulteriora promovere, si nullum obstet canonicum impedimentum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num. 5. ubi etiam quod* nemini denegari possunt Ordines absque legitima causa, *ex ead. Congr.* 1647. 3. *Maii.* 1153

1650.20.Iun. —— Si Episcopus ante provisionem Ecclesiæ Parochialis factam ab Abbate Regulari celebraverit concursum juxta dispositionem Tridentini *sess. 24. cap. 18.* non est ei deneganda manutentio secundùm vulgares conclusiones: Unde non obstat, quòd in illius provisione non requiratur concursus, quoniam ad hunc effectum est attendendus ultimus status, qui unioni repugnat. *Rota in Vicen. Parochialis coram Bichio, apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Concursu Paroch. *pag. 195.* 1154

1650.22.Iun. —— Cardinalis Ordinarius conferens vigore Indulti, adhuc conferre dicitur jure ordinario, quamvis in Indulto dicat, se etiam conferre vigore Indulti. *Rota in Valentina Rectoria coram* 1155

Bichio, *tom.2.decis.433.num.11.ex* Paris. *conf.* 42. *num.5.lib.4.* Gonzal. *super reg.8.gloss.24.num.68.* & Gassad. *decis.* 8. *&* 10. *num.6. de praben.*

1650.1.Jul. —— Potest, & debet Episcopus concedere licentiam acceptandi ad Habitum, vel Professionem emittendi Monialibus sibi non subjectis, & contra hujusmodi Monasteriorum Superiores contravenientes potest procedere etiam per censuras. *Congr. Episc. in Brixien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.*75.

1650.30.Jul. —— Cæremoniale Episcoporum recognitum, & emendatum perpetuò confirmatur, & approbatur illudque in universali Ecclesia ab omnibus, & singulis Personis, ad quos spectat, perpetuò observetur, nec unquam in toto, vel in parte mutetur, vel ei aliquid addatur, aut omnino detrahatur. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constitut.*25. *quæ incipit* Etsi aliàs.

1650.3.Sept. —— Episcopus duarum Cathedralium unitarum, in casu absentiæ ab altera Cathedrali, tenetur in illa deputare Vicarium Generalem, idque pro subministranda justitia Subditis, præcipuè si Diæcesis sit ampla, & maximè si hæ duæ Diæceses sint æquè principaliter unitæ, atque adeo quælibet conservat sua Iura, & Privilegia, propriisque legibus regitur, eisque judicari debet à suis Iudicibus. *Congr. Conc. in Valven. & Sulmonen. apud* Pascucc. *par.*1. *tit.* de Cathedralibus, *pag.* 141. *& refert etiam* Leuren. *de Episc. Vicar. tract.* 1. *cap.*1. §.1. *quæst.* 31. *num.*2.

1650.3.Sept. —— Dictus Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum tenetur deputare in utraque Ecclesia Examinatores Synodales, siquidem illorum deputatio fieri debet ab iis, qui Synodo intersunt, qui sunt distincti ab aliis, qui intersunt Synodo alterius Diæcesis, unde si Examinatores morte obirent, subrogandi sunt alii cum approbatione, &

con-

consensu Capituli illius Diæcesis, cujus sunt Examinatores. *Congr. Conc. in d. Valven. & Sulmonen. apud* d. Pascucc. *ibid.*

1650.3.Sept. —— Taxa duorum cum dimidio facta ab Episcopo pro Seminario cum debitis requisitis, non est excessiva. *Congr. Conc. in Fulginaten. ad cap. 18. sess. 23. de reform. apud* eund. *par. 2. tit.* de Seminario, *pag.* 383. 1160

1650.10.Sept. —— Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & accipi debent à Superiori Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo. *Congr. Conc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 1. nu. 16. ubi quod* nec potest eas ante actum electionis personaliter audire, & interrogare in materia ad electionem spectante, *ex ead. Congr.* 1638.4. *Oct.* nec adnotare potest vota, imo neque ejus Vicarius, neque Cancellarius, *ex Cong. Episc.* 1671.19. *Jun.* Neque minus habet jus electas Abbatissas confirmandi, *ex ead. Congr. relata à* Fagnan. *de privil. cap. cum Capella, ad dubium* 5. 1161

1650.17.Sept. —— Episcopus potest suo Edicto injungere tertiæ parti Canonicorum, ut intersit Divinis Officiis omnibus diebus festis, ordine successivo, per turnum; & in ordine ad Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de reform.* potest augere pœnas. *Congr. Conc. in Januen. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag.* 102. 1162

1650.30.Sept. —— Non debet Legatus se ingerere in materiis spiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinario remittit, ut est Clausura Monialium, Approbatio Confessariorum, Collatio Ordinum, & hujusmodi. *Innocentius X. ex voto Sacr. Congr. Episc. apud* eund. *par. 2. tit.* de Nunciis Apostolicis, *pag.* 126. 1163

1650.30.Sept. —— Si quis eodem die susciperet minores Ordines cum Subdiaconatu, vel etiam solum 1164

diebus, dum Missa cantata celebratur, & interveniant Tronibus & Congregationibus Casuum Conscientiæ, & Cæremoniarum. *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.2. tit.* de Residentia, *pag.*352.

1647.13.Jul. —— Familiares Episcopi gaudent privilegio Fori, & possunt deferre Arma. *Congr. Immunit. in una Montis Politiani apud* eund. *par.*1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*398.

1647.2.Aug. —— Episcopi non excommunicantur ab Homine, nisi à Papa. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Episcopus, *num.*68.

1648.10.Jan. —— Episcopus etiam per Censuras providere debet, ne Clerus exigat pro Funeribus ultra solitum. *Congr. Episc. & antea* 1646.16. *Nov. ac in Cremonen.* 1604. 20. *Sept.* Neque sub prætextu, quod Capitulum solito rarius advocetur, *ead. Cong. in Cajetana* 1602. 19. *Ian. apud* eund. *in Lucubrat. tom.*1 *lib.*4.*tit.*15. de Interdictis, *n.*26. *vers.* Et Episc.

1648. 10. Jan. —— Superior Regularis non potest pretendere visitare velle clausuram Monialium sibi subiectarum simul cum Episcopo; vel assistere illius visitationi. *Congr. Episc. in Fulginaten. apud* Pascucc. *par.*2. *tit.* de Monialibus, *pag.*81.

1648. 3. Febr. —— Inter actus irretractabiles, in quibus contra exemptos procedi non potest sine Adjunctis, vel sine licentia Sacræ Congregationis, comprehenduntur etiam Censuræ. *Congr. Episc. in Elnen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Censura, *num.*2.

1648. 4. Febr. —— Si de vacantibus Beneficiis Sedi Apostolicæ reservatis, ab eadem Sede aliquis Vir dignus fuerit provisus, Episcopus autem eadem Beneficia uti Seminario erigendo unita contulerit Magistris ejusdem Seminarii, hæc Beneficiorum unio, ut supra facta non sustinetur. *Congr. Concil. ad cap.*18. *sess.*23. *de reform. apud* Pascucc. *par.*1 *tit.* de Beneficiis, *pag.*37.

1648. 17. Febr. —— Abbas Regularis potest habere in

Ter-

Territorio Episcopi collationem Beneficiorum sæcularium, ut post Abbatem, & alios, Lotther. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *num.* 7. *apud Rotam in Montis Cassinen. Parochialis coram* Bichio, *tom.* 1. *decis.* 339. *numer.* 7.

1648. 5. Mar. —— Episcopus debet dare licentiam publicandi Indulgentiam concessam Ecclesiæ nondum consecratæ. *Congr. Episc. in Cremen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Indulgentia, *num.* 10. 1111

1648. 14. Mar. —— Legatus de latere non potest in prejudicium Curiæ Episcopalis cognoscere causas in prima instantia, nisi habeat specialem, & expressam facultatem à Sede Apostolica. *Congr. Conc. in Pisaurien. apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *p.* 514. ubi alia posterior Decisio *edita* 1675. 4. *Maii.* 1112

1648. 14. Mar. —— Potest Episcopus Monasterio pauperrimo Lectori Regulari Cleri Sæcularis assignare aliquam portionem mulctarum, & pænarum in recognitionem, quatenus sit locus pius, & ut supponitur, pauper. *Congr. Conc. in Fulginaten. ex cap.* 3. *sess.* 25. *de reform. apud* eund. *part.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 289. 1113

1648. 14. Mar. —— Superior Regularis ad perficiendum Processum sui Subditi extra Claustra delinquentis, relicto Cancellario Episcopali, potest uti opera Cancellarii Regularis, juxta præscriptam Constitutionem sui Ordinis, absque tamen fraude, ne delicta remaneant impunita, *Congr. Conc. in Novellen. ad* 2. *apud* eund. *ibid. pag.* 309. 1114

1648. 14. Mar. —— Superior Regularis tenetur ad Episcopum mittere nedum sententiam: sed etiam omnia acta, & eum certiorare in scriptis de punitione, & ipsius sententiæ executione. *Congr. Conc. in d. Novellen. ad* 3. *apud eund. ibid.* 1115

1648. 14. Maii. —— Si Episcopus præcipiat Regularibus, etiam Societatis Jesu, ut Decreta aliqua Concilii Tridentini observent, ac exequantur in illis casibus, 1116

ſibus, in quibus per ipſum Concilium, vel Conſtitutiones Apoſtolicas Regulares exempti ſubjiciuntur juriſdictioni, & correctioni Epiſcopi, minime licet ipſis Regularibus ob eam cauſam Conſervatores eligere, ſicuti neque quando Ordinarius procedit, juris ordine ſervato, adverſus Regulares exemptos in prędictis caſibus. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Conſt.* 29. *quæ incipit* Cùm ſicut *& referunt etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 33. *num.* 23. *ac* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 24. *num.* 22. *ad* I. & II.

1648. 14. Maii. —— Regularibus, etiam Societatis Jeſu, aſſerentibus ſe habere Privilegia, quo minus obediant Epiſcopo in executione Decretorum Juris Communis, Concilii Tridentini, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, Ordinarii non tenentur hujuſmodi aſſertioni fidem adhibere abſque integrali Privilegiorum exhibitione: Quod ſi verba Privilegiorum exhibitorum ſunt obſcura, & ambigua, non licet recurrere ad Metropolitanum, vel viciniorem Epiſcopum, nec Conſervatores eligere, ſed ad Summum Pontificem pro interpretatione eſt adeundum. *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad III. & IV.*

1648. 14. Maii. —— Regulares aſſumentes Conſervatores, ſive ad Iura, ſive ad Privilegia tuenda, non tenentur ante exercitium commiſſionis præſtare cautionem coram Ordinario, ſive alio Judice competente de Iudicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, caſu, quo in lite, ſive cauſa ſuccubuerint. *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad VII.*

1648. 14. Maii. —— Si Epiſcopi pro tuendis Juribus Cathedralium Eccleſiarum coram Judice competenti, libros, memorialia, & allegationes producant, & Regularium immoderatas acquiſitiones veraciter, & modeſtè referant, non licet ob eam cauſam ad Conſervatores recurrere. *Innocentius X. apud eoſd. ibid. ad VIII.*

1648.

1648.14.Maii.—— Si Regularis intra Claustra degens, extra ea ita notori deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, tenetur Superior Regularis intra tempus ab eo præfigendum, severè illum punire, ac de punitione Episcopum certiorem facere, alioquin sic delinquens ab Episcopo puniri potest, ad præscriptum Tridentini *cap.14.sess.25. de Regular.* Quod si delinquens ad aliam Diœcesim migraverit servandum est quod præcipitur in Constitutione Clementis VIII. quæ incipit *Suscepti muneris ratio*, prout statuit *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad XII.* 1120

1648. 14. Maii.—— Conservatores nominati, & electi à Regularibus, ante exercitium suæ Jurisdictionis tenentur ubique electionis authenticum documentum exhibere coram Ordinario sub pæna nullitatis actuum. *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad XIII.* 1121

1648.14.Maii.—— Regulares tenentur Episcopo exhibere Privilegia, quæ sunt contra jurisdictionem Ordinarii, & quibus gaudent, & gaudere prætendunt, si eis uti voluerint. *Innocentius X. apud eosd. ibid. ad XIV.* 1122

1648.14.Maii.—— Potest Episcopus licentiam audiendi Confessiones concedere tam per litteras missivas, quàm etiam oretenus sine scripturis. *Innocentius X. in secunda instantia apud eosd. ibid. ad V. & VI.* 1123

1648. 19.Jun.—— Nequit Nuncius Apostolicus impedire Episcopum interrogare volentem Moniales Regularibus subjectas de omnibus pertinentibus ad Clausuram, & providere. *Congr. Episc. apud* Pasc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.2. tit.* de Monialibus, *pag.82.* 1124

1648. 19. Jun.—— Prospectus in Monasteria, & omne id, quod Clausuræ præjudicare potest, debet omnino removeri expensis ejus, qui fecit: & ubi non est tertius, Monasterii: ad quod Ordinarius cogere debet etiam in Monasteriis, quæ reguntur à Regularibus. *Congr. Episcop. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Fabrica, *num. 9.* 1125

1648.

1648. 29. Jun. —— Quando Conjugata fit Monialis, induci debet Maritus ad votum Castitatis emittendum. *Congr. Episc. apud* eund. *ibid. verb.* Coniux, *num.* 7

1648. 17. Jul. —— Episcopus non potest cogere Moniales ad Consanguineos alloquendos. *Congr. Episc. in Carpien. apud* eund. *ibid. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 13.

1648. 14. Aug. —— Regulares, qui ob occupata, devastata, vel combusta ab Hæreticis propria Monasteria, se conferunt ad aliam Civitatem, non possunt ordinari ad titulum paupertatis, si careant Conventu in illa Diœcesi, licèt hujusmodi Regulares sint in Ordine Subdiaconali, vel Diaconali jam constituti. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Ordine, *pag.* 170.

1648. 15. Sept. —— Antequam causa plenè cognita fuerit, absolvi potest à Censuris cum reincidentia, præstita promissione de parendo, & stando juri. Primò, quando petitur ab Ordinariis, vel ab alio informatio, maximè cùm præcipitur transmissio Processus. *Congr. Episc. in una Montis Falisci*: Secundò, quando adest fumus boni juris ejus, qui recurrit, prout *ead. Congr. in Bojanen.* 1650. 30. *Sept.* Tertiò, quando Ordinarius excommunicavit in causa propria, modò non tractetur de Decimis, *ex ead. Congr. in Larinen.* 1646. 21. *Sept.* Quartò, quando sint excommunicati ob non exhibitionem librorum Confraternitatum, quos asserunt non esse apud se, ut censuit *ead. Congr. in Scalen.* 1647. 27. *Mar.* Quintò in honorem alicujus magnæ Festivitatis, præsertim Resurrectionis, & Nativitatis Domini, hoc enim adjudicavit *ead. Congr. in Ariminen.* 1648. 3. *Apr.* Sextò denique, propter aliam justam causam, *ex ead. Congr. in Vulturarien.* 1603. 23. *Dec. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 147.

1648. 10. Nov. —— Episcoporum Servi sunt exempti ab oneribus personalibus. *Cong. Immunit. in Bonon. apud* eund.

eund.*ibid.tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*398.

1648. 14. Nov. —— Ut Clausura Monialium ubique tuta reddatur, potest Episcopus illam visitare, etiam semota quacunque Superiorum Regularium negligentia, aut suspicione violationis, illisque irrequisitis, & inconsultis, non solùm per seipsum, sed etiam per suum Vicarium Generalem ad hoc speciale mandatum habentem; & in casu resistentiæ, poterit contra renuentes, & contradictores ad pænas etiam Censurarum procedere, prout declaravit *Congr.Conc.in Neapolitana apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.2.tit.*15.*form.*15.*num.*18. 1131

1649. 12. Jan. —— Bona Episcopi gravari non possunt hospitatione Militum.*Congr.Immun.in Regien.apud* Pascucc.*in Compend.ad Consult. Canon.Iac. Pignatel. par.*1.*tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*374. 1132

1649. 29. Jan. —— Puellæ antequam introducantur, sive ad habitum, sive ad educationem, debent acceptari, *Congr.Episc.apud* Nicol.*in Flosc.verb.*Consensus, *num.*2. *ubi etiam quod* sufficit tamen, quod Ordinarius habeat relationem Abbatissæ, Puellas fuisse ser.ser.acceptatas: quod si dubium emerserit, an acceptatio fuerit legitimè facta, tunc Episcopus explorare poterit voluntatem Monialium, etiam in Monasteriis Regularibus subjectis. 1133

1649. 1. Mar. —— Ordinarius potest inhibere Possessori Beneficii, cui incumbit Curæ exercitium, ne illam exerceat absque examine, & approbatione, ut per Garz. *de Benefic.par.*9. *cap.*2.*num.*186.*& seqq.* Gratian.*discept.*865.*nu.*44.dixit *Rota in Mediolanen. Prabenda coram* Bichio, *tom.*1. *decis.*377.*num.*18. 1134

1649. 11. Mar. —— Monialis aufugiens à Monasterio, non debet in Carceribus extra Monasterium detineri, sed ad aliud reduci, privari velo, voce activa, & passiva, & collocutorio, etiamsi post debitam pænitentiam peractam è carcere relaxaretur: si verò ultra fugam, graviter deliquit, præsertim contra votum Castitatis, muro perpetuo claudi 1135

débet

debet. *Congr. Episc. in Bituntina apud* Pascucc.*par.* 1 *tit.* de Carcerib. Episcopalib. *pag.* 135. *ubi etiam* ne Moniales intrudantur in carcerem per Satellites nisi ob gravissima delicta, *ex ead. Congr. in una Interamnensi* 1637. 13. *Jun.* Monasteria verò Monialium ne quidem pro carcere Monialium delinquentium debent inservire, prout censuit *ead. Congr. in Consentina* 1599. 21. *Apr.*

1649. 20. Mar. — Carceres Episcopales non possunt ab Episcopo fabricari, seu fabricatas restaurari ex pænis, ac mulctis. *Congr. Conc. in Nicien. ad cap.* 3. & 14. *sess.* 25. *de reform. apud* eund. *ib. pag.* 134. *ubi quod* ad id Episcopus tenetur de suo.

1649. 20. Mar. — Monasteria non possunt consequi dotes Novitiarum in anno probationis decedentium, eo non completo; licèt autem ante obitum Professionem emiserint, si tamen convaluerint, iterum profiteri debent. *Congr. Conc. in una Ordinis S. Francisci Min. Observ. ad cap.* 15. *sess.* 25. *de Regul. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 70.

1649. 16. Apr. — Si Abbates Locales taxæ contributionum promptè non satisfaciunt, prohibentur accedere ad Capitulum Generale, cum privatione Officii, & inhabilitate ad illud, & ad alia majora. *Congr. Ep. in una Lateranensium, & antea in ead.* 1637. 9. *Jan. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Contributio, *num.* 5.

1649. 17. Apr. — Convocatio Concilii Provincialis, absente, vel impedito, seu mortuo Archiepiscopo, spectat ad antiquiorem ex Suffraganeis, non autem ad exemptum eligentem, etiamsi antiquiorem, ut resolvit *Congr. Conc. in Burgen. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit. unic. Honorii II. sect.* 1. *nu.* 31. *pag.* 470. & 471. ex Pignatel. *tom.* 1. *Consult.* 354.

1649. 17. Apr. — Puellæ Novitiæ, anno probationis completo, de licentia in scriptis Ordinarii, sub cujus jurisdictione extat Monasterium, coactæ ad proprias Domos se conferre propter acerbissimas

ſimas Civitatis ſeditiones, quibus redditus Monaſterii ita ſunt diminuti, ut pro ſuſtentatione Monialium profeſſarum non ſufficiant, ſi rebus pacatis ad idem Monaſterium redeant, admitti poſſunt arbitrio Ordinarii ad Profeſſionem abſque alio probationis anno, dum habeant alia requiſita, ut ſupponitur. *Congr. Conc. in Neapolitana ad cap. 16. ſeſſ. 25. de Regul. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 70.*

1649. 17. Apr. —— Non poteſt Epiſcopus præcipere Capellanis Capellarum Campeſtrium Regularium ne Miſſas celebrent, antequam celebretur Miſſa Eccleſiarum Parochialium. *Congr. Conc. in Tarviſina ad cap. 8. ſeſſ. 7. de Reform. apud* eund. *ibid. tit.* de Viſitatione, *pag. 429.* 1141

1649. 29. Maii. —— Penſionarii Menſæ Epiſcopalis non tenentur contribuere pro rata expenſis, quas Epiſcopus annuatim ſolvit ex fructibus menſę Prędicatori in Cathedrali concionanti. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 7. num. 3.* 1142

1649. 7. Jul. —— Epiſcopus propter aeris intemperiem reſidens in aliqua parte ſuæ Diæceſis, non tamen removere debet Vicarium, & Tribunal à Civitate, ut declaravit *Congr. Epiſc. apud* Paſcucc. *par. 2 tit.* de Reſidentia, *pag. 355.* 1143

1649. 23. Jul. —— Numerus Monialium augeri non poteſt ab Ordinario ſine licentia Sacræ *Congr. Epiſc. in Lauretana, & antea in ead. 1604. 27. Iul. & in Brunduſina 1602. 12. Mar. apud* eund. *ibid. tit.* de Monialibus, *pag. 75.* 1144

1649. 13. Aug. —— Appellatio à Cenſuris non datur à declaratione Epiſcopi, an quis gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica. *Congr. Immunit. in Vercell. & antea in Nicien. 12. Ian. ejuſd. anni, apud* eund. *par. 1 tit.* de Cenſuris Eccleſiaſticis, *pag. 147.* 1145

1649. 28. Aug. —— In delictis certis, ac notoriis, pro 1146

quibus in Jure feruntur Censuræ, potest Episcopus procedere contra Equites Hierosolymitanos & quoscunque alios exemptos, nam in his casibu non agitur de Excomunicatione inflicta ab Homine, sed à Jure, ad cujus declarationem potest Episcopus procedere etiam contra illos exemptos qui expressum habent privilegium, ne possint Censuris innodari, per text. *in Clem.* 1 *de Privileg.* ibiq Zabarell. Abb. & alij: eamque sententiam, maturè discusso articulo, comprobavit *Congr. Conc in Eystenen. apud* eund. *ibid. tit.* de Equitibus *pag.* 280.

1649. 31. Aug. —— Potest Episcopus Parochum repertum cum Concubina extrahere è Domo Parochiali, & punire. *Congr. Immunit. in Aretina, & antea in Interamnen.* 1640. 27. *Mar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 6 *form.* 8 *num.* 2.

1649. 3. Dec. —— Abbas non est restituendns in suis Juribus Abbatialibus, sed servanda sunt Decreta à Nuncio Apostolico emanata pro regimine Monasterii, tam in Spiritualibus, quàm Temporalibus, donec deponatur, ut disposuit de Abbate Olivetano *Congr. Episc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 329. ubi refert hoc Decretum ad probandum, quod etiam Abbates possunt suspendi, excommunicari, & privari suis Officiis, ac Dignitatibus à Legatis, sive Nuncijs Apostolicis.

1649. 17. Dec. —— Potest Episcopus residere in qualibet parte Diæcesis, modò vadat ad Cathedralem temporibus præscriptis à Sacro Concilio Tridentino sess. 23. cap. 1. *Congr. Episcop. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Episcopus, *num.* 93. *ubi tamen ait, quod* si Episcopus non accedat ad Cathedralem temporibus à Concilio præscriptis, licèt malè faciat, non tamen incidit in privationem fructuum impositam à dicto Concilio contra non residentes, *ex Cong. Conc. in Cassanen.* 1622. 3. *Sept.*

1650. 30.

1650.30.Ian. —— Si Episcopus prætendat ex consuetudine, quod Canonici teneantur ad illum excipiendum in Camera in aliis Festivitatibus, præter solemniores, & in diebus Dominicis, ac tempore Concionis, quando non ingreditur per Portam primariam Ecclesiæ, hujusmodi consuetudo erit ab illo probanda. *Congreg. Rit. in Ripana apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Ritibus, *pag. 365.* 1150

1650.18.Febr. —— Candelæ, Cineres, Palmæ distribuuntur stando cum Mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Mitra, *num. 21* 1151

1650.19.Mar. —— Clericus provisus de Beneficio, quod dubitabatur spectare ad Pontificem pro collatione, potest ex hoc capite ad Ordines promoveri. *Congr. Conc. in Ravellen. ad cap. 1. sess. 23. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, *pag. 170.* 1152

1650.9.Apr. —— Tenetur Episcopus ordinatos in Sacris ad ulteriora promovere, si nullum obstet canonicum impedimentum. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Ordo, *num. 5. ubi etiam quod* nemini denegari possunt Ordines absque legitima causa, *ex ead. Congr. 1647. 3. Maii.* 1153

1650.20.Iun. —— Si Episcopus ante provisionem Ecclesiæ Parochialis factam ab Abbate Regulari celebraverit concursum juxta dispositionem Tridentini *sess. 24. cap. 18.* non est ei deneganda manutentio secundum vulgares conclusiones: Unde non obstat, quod in illius provisione non requiratur concursus, quoniam ad hunc effectum est attendendus ultimus status, qui unioni repugnat. *Rota in Vicen. Parochialis coram Bichio, apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Concursu Paroch. *pag. 195.* 1154

1650.22.Iun. —— Cardinalis Ordinarius conferens vigore Indulti, adhuc conferre dicitur jure ordinario, quamvis in Indulto dicat, se etiam conferre vigore Indulti. *Rota in Valentina Rectoria coram* 1155

consensu Capituli illius Diœcesis, cujus sunt Examinatores. *Congr. Conc. in d. Valven. & Sulmonen. apud* d. Pascucc. *ibid.*

1650.3. Sept. —— Taxa duorum cum dimidio facta ab Episcopo pro Seminario cum debitis requisitis, non est excessiva. *Congr. Conc. in Fulginaten. ad cap.* 18. *sess.* 23. *de reform. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag.* 383. 1160

1650.10. Sept. —— Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & accipi debent à Superiori Regulari, sciente tamen; & audiente eodem Episcopo. *Congr. Conc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 1. *nu.* 16. *ubi quod* nec potest eas ante actum electionis personaliter audire, & interrogare in materia ad electionem spectante, *ex eād. Congr.* 1638. 4. *Oct.* nec adnotare potest vota, imo neque ejus Vicarius, neque Cancellarius, *ex Cong. Episc.* 1671. 19. *Jun.* Neque minus habet jus electas Abbatissas confirmandi, *ex eād. Congr. relata à* Fagnan. *de privil. cap. cum Capella, ad dubium* 5. 1161

1650.17. Sept. —— Episcopus potest suo Edicto injungere tertiæ parti Canonicorum, ut intersit Divinis Officiis omnibus diebus festis, ordine successivo, per turmam; & in ordine ad Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 12. *de reform.* potest augere pœnas. *Congr. Conc. in Januen. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag.* 102. 1162

1650.30. Sept. —— Non debet Legatus se ingerere in materiis spiritualibus, quas Concilium Tridentinum Ordinario remittit, ut est Clausura Monialium, Approbatio Confessariorum, Collatio Ordinum, & hujusmodi. *Innocentius X. ex voto Sacr. Congr. Episc. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Nunciis Apostolicis, *pag.* 126. 1163

1650.30. Sept. —— Si quis eodem die susciperet minores Ordines cum Subdiaconatu, vel etiam solum 1164

Acolytatum cum Subdiaconatu, non incurrere irregularitatem, sed suspensionem. *Congr. Episc.* juxta *cap. 2. de eo, qui Ord. furt. suscept. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 10. num. 3. vers.* Si tamen, *ubi alia Decisio in Neapolitana* 1581. 3. *Jan.* Pascuccius tamen *par. 2. tit.* de Ordine, *pag.* 170. *ait, quod* non licet Episcopo hujusmodi collationem facere, & si Ordinatus ministraverit, est locus dispensationi, saltem ad cauthelam, *ex Congr. Conc. in Ravellen. ad cap. 11. sess. 23. de reform.* imo asserit, quod Praxis Pœnitentiariæ se habet, quod sic Ordinatus sit irregularis, *ex d. cap. 2. ubi* Gloss. 5. *de nostra licentia.*

1650. 17. Nov. —— Clerici ritus Græci in Italia commorantes, non obstante contraria consuetudine, non debent admitti ad Ordines absque sufficienti titulo Beneficii, seu Patrimonii. *Congr. Conc. in una Siciliæ ad cap. 2. sess. 21. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, *pag.* 186. *& tit.* de Patrimonio, *pag.* 220.

1650. 3. Dec. —— Sacra Concilii Congregatio interrogata, an Clerici unius Diœcesi delinquentes debeant ibidem carcerari, & non transportari ad Carceres alterius Diœcesis, respondit negativè *in Valven. & Sulmonen. ad cap. 1. sess. 6. & cap. 18. sess. 24. de reform. apud* eund. *par. 1. tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 134.

1650. 17. Dec. —— Potest Episcopus jure delegato subjicere Interdicto Ecclesias Exemptorum, si Interterdictum in loco publicatum non observarent. *Congr. Conc. in una Indiarum, apud* Monacell. *par. 3. tit. 3. form. 6. num. 8.*

1651. 23. Ian. —— Neque ipsi Superiores Regulares ingredi possunt in Monasteria Monialium sibi subjectarum sine licentia Ordinarii in scriptis. *Congr. Conc. in Taurinen. & antea in Pennen. 18. Jun. ejusd. anni, apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Monialibus, *pag.* 81.

1651. 4.

1651.4.Febr. —— A' Decretis in Visitatione factis non datur Appellatio quoad effectum suspensivum. *Congr. Conc. in Ianuen. ad cap.* 10. *sess.* 24. *de reform. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Appellationibus, *pag.* 22. ubi addit rationem, quia scilicet, quando agitur de cultu Divino, & favore Ecclesiæ, tunc ne interim diminuatur, vel pereat, non datur Appellatio suspensiva, ex Rebuff. *tract. de sent. provis. nu.* 37. *&* 38. *tom.* 1. In Visitatione autem agitur de cultu Divino, & favore Animarum. 1169

1651.27. Mar. —— Loca per Summos Pontifices dismembrata ab Abbatiis Nullius temporalem habentibus & spiritualem jurisdictionem quasi Episcopalem, proprium Territorium, jus congregandi Synodum, & in ea eligendi Examinatores, si de Diæcesibus, aliorumque Ordinariorum fuerint effecta, Ecclesiæ in dictis locis existentes, quæ ante dismembrationem erant de jurisdictione earumdem Abbatiarum Nullius, & de illarum territorio, remanent in eodem statu, & qualitate post dismembrationem dictorum locorum, dum in ipsa dismembratione fuerit illius Abbati quoad illas præservata jurisdictio, quoad temporalia, & quoad superioritatem, absque ullo præjudicio. *Rota in Montis Cassini coram Bichio*, *apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis *pag.* 247. 1170

1651.27.Mar. —— Tolerari non debet, quod Moniales extra Clausuram quæstuantes, morentur extra Monasterium plusquam sit necessarium, neque in Consanguineorum Domibus. *Congr. Epist. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Clausura, *num.* 46. 1171

1651.28.Mar. —— Episcopi Sacræ Congregationi de propaganda Fide subordinati, non possunt exercere Pontificalia in aliis, præterquam in propriis Ecclesiis, etiamsi esset de consensu Ordinariorum, sub pæna suspensionis ipso facto incurrenda, ac eidem Pontifici reservata, dummodo à præfata Congregatione non sint in certo loco destinati 1172

Vicarii Apostolici, seu Administratores alicujus alterius Diœcesis. *Innoc. X. apud* Pascucc. *par. 2. tit.* de Nuncijs Apostolicis, *pag.* 127. & habet etiam cit. Nicol. *ibid. verb.* Pontifex, *num.* 3.

1651. 12. Apr. —— Potest Episcopus ad Præbendam Theologalem admittere Doctorem in Iure Canonico. *Congr. Conc. in Mazarien. & antea in Asten.* 1646. *2. Feb. ac in Ostunen.* 1641. *20. Jul. nec non in Polignanen.* 1639. *3. Dec. apud* eund. *par.* 1 *tit.* de Capitulo, & Canonicis. *pag.* 104.

1651. 3. Iun. —— Abbas Nullius exercens jurisdictionem quasi Episcopalem in locis sibi subjectis potest in eisdem locis propria auctoritate Pontificalia exercere, ad formam Privilegiorum Benedictinorum, & non communicantium: Potest etiam examinare testes ad probandum statum suorum Subditorum Matrimonia contrahere volentium cum cæteris, & attestatio debet ab Ordinario admitti. *Congr. Conc. in Papien. apud* d. Pascucc. *ibid. tit.* de Abbate, *pag.* 2.

1651. 28. Iun. —— Abbates pro consecratione Monialium non ingrediantur Clausuram. *Congr. Episcop. in Papien. & antea in* Colonien. 1579. 14. *Mar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 6.

1651. 28. Iun. —— Moniales consecrandæ debent explevisse vigesimum quintum annum, nisi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium. *Congreg. Episc. in d. Papien. apud.* eund. *ibid. verb.* Consecratio Monialium, *num.* 4. *ubi num.* 5. *ait*, *quod* Episcopus, qui sine licentia Sedis Apostolicæ Moniales ante dictam ætatem consecrat, suspenditur à Pontificalibus, *ex ead.* Congr. 1626. 26. *Aug.*

1651. 9. Dec. —— Per Episcopum fieri potest præceptum Regularibus, ne absque sua licentia accedant ad Ecclesias Monasteriorum Monialium pro celebrandis ibidem Missis. *Congr. Conc. in Placent. apud* eund. *ibid. verb.* Missa, *num.* 25. *& in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 16. *vers.* Sacra tamen, *& refert etiam*

etiam Paſcucc.*par.2.tit.* de Monialibus, *pag.*92.

1652. 15. Jan. —— Ordinarius ubi plures ad Beneficium Curatum approbati fuerunt, inſtituere poteſt quem maluerit, data tamen æqualitate meritorum. *Rota in Calaguritana Beneficii coram* Bichio, *deciſ. recent.par.*11.*deciſ.*210.*num.* 13. 1178

1652.3.Febr. —— Non poteſt Epiſcopus ad rebenedicendum Eccleſiam pollutam delegare Vicarium Generalem, quando Eccleſia eſt conſecrata, ſecus verò quando eſt benedicta. *Congr.Conc.in Placentina ad cap.6.ſeſſ.24.de reform.* juxta DD. cum Gloſſ.*in cap. fin. verb. lavetur, de conſecr. Eccleſ. apud* Paſcucc.*par.* 1.*tit.* de Eccleſiis, & Eccleſiaſticis, *pag.* 241. *ubi quoad primam partem ait, quod* ea, quæ ſunt Ordinis, non poſſunt delegari non habenti Ordinem, *cap. quamvis, deciſ.* 68. 1179

1652.14.Febr. —— Licet Epiſcopo viſitare, providere, & adminiſtrationem revidere Montis Pietatis, erecti ad effectum, ut ſingulis annis frumentum pauperibus, aliiſque indigentibus Perſonis mutuò detur: non ideo tamen ſunt excluſi Cuſtodes, ſive Communitas Sæcularis. *Congr.Conc.in Fulginaten. ad cap.8.& 9.ſeſſ.22.de reform. apud* eund.*par.2.tit.* de Monte Pietatis, *pag.*119. 1180

1652.14.Feb. —— Stuprum voluntarium à Laico commiſſum, non eſt mixti Fori, ſed ſpectat ad Judicem Laicum. *Congr.Immunit. in Civitatis Caſtellana apud* eund.*par.*1.*tit.*de Immunitate Eccleſiaſtica, *pag.*368. 1181

1652.24.Febr. —— Non poteſt admitti Regularis pro viſitandis Sanctorum Apoſtolorum liminibus. *Congr. Conc. in Colonien.apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel.par.* 1. *tit.* de Epiſcopis, *pag.* 251. 1182

1652.24. Febr. —— Poteſt Epiſcopus tanquam delegatus Apoſtolicus viſitare Parochiales Hieroſolymitanas, & in Viſitatione Decreta condere in concernentibus curam Animarum, adminiſtrationem 1183

Sacra-

Sacramentorum, implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt executioni demandanda. *Congreg. Conc. in Vulturarien. apud* eund. *ibid. tit.* de Equitibus, *pag.* 274.

1652.24.Febr. — Renunciatio Patrimonij donati, ad cujus titulum Clericus promotus fuit ad Ordines Sacros, si fiat absque licentia Episcopi post obtentum Beneficium Ecclesiasticum sufficiens, non sustinetur. *Congr. Conc. in Aquilana ad cap.* 2. *sess.* 21. *de reform. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Patrimonio, *pag.* 220.

1652.14.Mar. — Scrutinium, & consensus Capitularis dependet à Monialium arbitrio, nec ad hoc egent licentia Ordinarii. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Educandæ, *num.* 10.

1652.15.Mar. — Ordinarius in collatione Beneficiorum digniorem elegisse præsumitur, ut *ex cap. in præsentia, de renunc.* dixit *Rota in Calaguritana Beneficii S. Martini coram* Albergato, *decis. recent. par.* 11. *decis.* 231. *num.* 10.

1652.26.Apr. — Pileus Episcopi debetur Ecclesiæ, ubi jacet ejus Cadaver, non Cathedrali, si est alibi sepultus. *Congr. Episc. in Motulen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. de Interdictis, *num.* 26. *vers.* Si verò. ¶ Notandum, quod præsente demortui Episcopi corpore, possunt in Aula ipsa Domus Episcopalis, ubi Corpus adest, erigi Altaria, & celebrari Missæ pro ejus Anima, nam hoc debet concedi Corpori Episcopi defuncti, quod ipse poterat, dum viveret, in Domo sua præsertim, cùm sit in Animæ suæ utilitatem: & talis est consuetudo omnium Portugalliæ Diæcesum, immo & hoc observatur in omnibus Episcopatibus, licèt nihil de hoc loquatur Pontificale Romanum, ut refert Cordeirus *de perfecto Parocho, par.* 1. *tract.* 4. *de Sacrif. Miss. qu.* 3. *num.* 2. *& seqq.*

1652.4.Maii. — Confraternitates Ecclesiasticæ, dum Epi-

Episcopus earum Ecclesias, & Oratoria visitat, tenentur pro rata cum RectoribusEcclesiarum Parochialium contribuere cibariis, & victualibus Episcopo visitanti præstari solitis, sed videatur consuetudo. *Congr. Conc. in Dertonen. ad cap.* 3. *sess.* 24. *de reform. apud* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.*429.

1652.7.Maii. —— Dispositio Tridentini *sess.*2. *cap.*6. *de Sacrif. Miss.* non suffragatur Monialibus, Ordinarioque licet præscribere illis dies, ac locum accipiendi Sacram Communionem. *Congr. Conc. in Gandaven. apud* eund. *ib. tit.* de Monialibus, *pag.*67. 1189

1652.3.Jun. —— Quoad Episcopi translationem probari debent causæ, ob quas Episcopus translationem petit, quibus probatis, non videtur deneganda, cùm in his casibus Summus Pontifex soleat moveri ad gratiam concedendam ex *cap.* 5. *de Cler. agrot.* & in similibus terminis dixit *Rota in Eugubina Coadjutoria coram Celso*, *apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Episcopis, *pag.* 254. 1190

1652.18.Jun. —— Episcopus debet cogere Administratores Confraternitatum sibi appropriantes redditus, pro reddenda ratione. *Congr. Episc. in Guardien. apud* Pascucc. *in Comp. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*393. 1191

1652.23.Jul. —— Cognitio causæ super bonis emphyteuticis Ecclesiasticorum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum privativè quoad alios, etiamsi dubitetur, dicta bona esse emphyteutica, cùm ista cognitio spectet ad Ecclesiasticum, *Congr. Immunit. in Oppiden. apud* eund. *ibid. pag.*398. 1192

1652.2.Aug. —— Non potest Episcopus uti Paramentis Cathedralis extra ipsam Cathedralem, *Congreg. Episc. in Fundana, & antea in Savonen.* 1579.3. *Mar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Episcopus, *num.*25. 1193

1652.17. Aug. —— Regularis, cui reservata fuerit annua Pensio scutorum centum super redditibus Mensæ Episcopalis, pro rata dictæ Pensionis 1194

tene-

tenetur contribuere Seminario dicti Episcopatus *Congr. Conc. in Tropien. ad cap.* 18. *sess.* 23. *de reform apud* Pascucc.*par.* 2.*tit.*de Seminario, *pag.* 383.

1652. 6. Sept. —— Notarius exul ab Urbe ob defectu in Officio commissos non debet admitti in Tribunalibus Ordinariorum. *Congr. Episc. in una Interamnen. apud* Nicol.*in Flosc. verb.* Notarius, *num.* 18.

1652. 15. Oct. —— Omnes, & singuli Conventus quorumcunque Regularium, etiamsi illis animarum cura personarum sæcularium incumbat, sintve Hospitia, vel Grangiæ, seu alterius Monasterii membra, existentes infra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus ob parvum Religiosorum numerum regularis disciplina juxta peculiaria cujusque Ordinis Instituta servari non potest, perpetuò extinguantur, supprimantur, & aboleantur: & Regularium Superiores infra terminum sex mensium dimittant realiter coram Ordinariis locorum possessionem corporalem hujusmodi Conventuum, & Religiosos amoveant: eoque termino elapso non liceat Regularibus in hujusmodi Ecclesiis Missas, & Divina Officia celebrare. Confessiones Sacramentales audire, alia Sacramenta administrare, functiones Parochiales exercere, & mortuos sepelire. *Innocentius X. apud* Cherubin. *in Bullar. tom.* 4. *Constitut.* 27. *quæ incipit* Instaurandæ, §. 2. 3. & 4.

1652. 15. Oct. —— Cura Animarum, si quà illis Conventibus immineat, per Presbyteros sæculares idoneos ab ipsis Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, Ecclesiæque debito non fraudentur servitio, & Missarum onera adimpleantur. Nemo autem Regularium cujusvis Ordinis, & Instituti, Domus, vel Loca Regularia de novo recipere, seu Monasteria, Conventus, vel Collegia incipere, vel fundare præsumant absque speciali Sedis Apostolicæ licentia, alioquin receptiones hujusmodi, fundationes, & erectiones sint ipso jure nullæ,

nullæ, & Domus, ac Loca, & Personæ in eis degentes jurisdictioni omnimodæ, visitationi & correctioni Ordinarii loci plenè in omnibus subjaceant. *Innocentius X. apud* eund. *ibid.*§.4.& 5.

1652. 8. Nov. —— Puella, vel Vidua; quæ temerè ingreditur ad suscipendum Habitum, & Abbatissa recipiens, incidunt in Censuras, hæcque debet graviter puniri, illa expelli, nec amplius admitti sine licentia speciali Sacræ *Congr. Episc.* neque pro educanda neque ad probandum institutum, *ead.Congr.* 1649.8.*Oct.*si tamen ingressa fuit non ad malum finem, postquam exivit, absolvitur cum pœnitentia salutari, absque ulla pœna pecuniaria. *ead.Congreg.* 1654.20. *Nov. apud* Pascucc.*par.* 2.*tit.* de Monialibus, *pag.* 98. 1198

1652. 16. Nov. —— Episcopus, si in sua Diœcesi omnes Canonici, vel eorum major pars, prætextu officii Subcollectoris prætendant exemptionem à sua jurisdictione, debet facere verbum cum Sanctissimo. *Congr.Conc.in Anagnina ad cap.*10.*sess.*24.*de reform. apud* eund.*part.* 1.*tit.* de Capitulo, & Canonicis, *pag.* 107. 1199.

1652. 16. Nov. —— Si quis Ordinarius decreverit sub Censuris, & aliis pœnis, Canonicos, & Beneficiatos Ecclesiæ Cathedralis celebrare debere singulis diebus Missam Conventualem, etiamsi hactenus festis tantùm diebus celebrare consueverint, hoc Decretum est sustinendum quoad Missam quolibet die, sed pœnæ sunt moderandæ. *Congr. Conc. in Tusculana ad cap. unic.de evitand.& observ.sess.*22. *apud eund. ibid.* 1200

1652. 16. Nov. —— Regulares possunt ordinari à quocunque Episcopo, quando Episcopus proprius est impeditus. Congr. *Conc. apud* Petram *in Comment. ad Const.Apostolic.tom.*1.*Const.unic.Urbani II.sect.*2. *num.*5.*pag.*336.*ex* Pignatel.*tom.*1.*Consult.*390. 1201

1632. 16. Nov. —— Non est necessarium, quod annus, qui intercedere debet ab una ad aliam Ordinis susceptio- 1202

ſceptionem, ſit naturalis, ſed ſufficit, quod ſit annus Eccleſiaſticus. *Congr. Concil. in Cervien. ad cap. 13. ſeſſ. 23. de reform. & antea Congreg. Epiſc. in Caſenaten. 1597. 15. Apr. ac in Carpen. 1588. 6. Dec. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, *pag.* 170.

1652. 3. Dec. —— Epiſcopus abſque facultate Sacræ Congregationis non debet committere abſolutionem à Cenſuris cum reincidentia, ſecus incidit in excommunicationem. *Congr. Immunit. in Caſſanen. apud* eund. *par.* 1 *tit.* de Cenſuris Eccleſiaſticis, *pag.* 146. *ubi etiam quod* neque ratione Infirmitatis, niſi ſit periculoſa: neque in honorem Feſtivitatum, *ex ead. Congreg. in Lycien. 1635. 6. Febr. & in Averſana 27. Mar. ejuſd. anni.*

1653. 6. Maii. —— Poteſt Epiſcopus ex Conſtitutione Gregoriana extrahere delinquentes, etiam ab Eccleſiis Religionis Hieroſolymitanæ. *Congr. Immunit. in Meſſanen. apud* eund. *ibid. tit.* de Immunit. Eccleſiaſt. *pag.* 383. *ubi quod* poteſt etiam extrahere in caſibus in dicta Gregoriana non expreſſis ad effectum correctionis tantùm, *ex ead. Congr. in Aretina 1649. 31. Aug. & antea in Cathacen. 1643. 1. Sept. ac in Interamnen. 1640. 27. Mar.*

1653. 16. Maii. —— Si Vicarius ſit Apoſtolicus, ad ipſum ſolum, non ad Epiſcopum pertinet facere Concurſum, ſicut & Synodum, & declarare magis idoneum: quia Epiſcopus non habet, niſi adminiſtrationem Ordinis. *Congr. Epiſc. in Biſinianen. & antea in Lycien. 1608. 9. Jun. apud* Paſcucc. *par. 1. tit.* de Concurſu Paroch. *pag.* 194.

1653. 25. Jun. —— Attenta diſpoſitione Tridentin. *cap. 3. ſeſſ. 25. de reform.* non poteſt Epiſcopus delegare facultatem Vicariis Foraneis, ſed tantùm Vicariis Generalibus, concedendi litteras monitoriales pro rebus deperditis, ſeu ſubtractis. *Congr. Conc. apud* eund. *par. 2. tit.* de Vicario *pag.* 412. *ubi ait ex* Fagnan. *in cap. Quoniam, de offic. deleg. num.* 43. quod antea eadem

dem

dem Congregatio 1590.8.*Febr.*declaravit, non licere Episcopo hanc facultatem alteri, quàm Vicario Generali delegare, neque specialiter.

1653. 23. Aug. —— Nuncius Apostolicus non potest absque licentia Episcopi Diœcesani Ordines in propria Capella conferre habentibus litteras dimissoriales a propriis Episcopis, ut possint à quocunque Antistite ordinari. *Congreg.Conc.in Taurinen.apud* eund.*par.2.tit.*de Nunciis Apostolicis,*pag.*126. 1207

1653. 3. Oct. —— Denegari non possunt Dimissoriæ, præsertim in Curia, ex eo, quod Ordinarius nesciat,an sit idoneus quoad litteraturam.*Congr. Ep.in Vercel.apud* Nicol. *in Flosc.verb.* Dimissoriæ,*num.*6. 1208

1653. 14. Nov. —— Episcopus non debet in Visitatione recipere bona, seu munera à suo Clero. *Congr. Episc. in Policastren. & antea in Reatina* 1596.6. *Mar. ubi fuit dictum, quod* Episcopus accipiens hujusmodi munera, condemnandus est, non solùm ad restitutionem accepti, sed etiam damnorum, & interesse, ut refert Pascucc. *in Compend. ad Consult.* Canon.*Jac.Pignat.par.2.tit.* de Visitatione,*pag.*436. 1209

1653. 15. Nov. —— Episcopo per Sedem Apostolicam notoriè suspenso, possunt illius Subditi cum litteris dimissorialibus Capituli Ecclesiæ Cathedralis valide Ordines recipere ab Episcopo viciniori, si tamen dictus Episcopus declaratus fuerit suspensus per declarationem, nam etiamsi esset notorius quatuor, vel quinque personis, non sufficeret. *Congr. Conc. in una Flandria ad cap.*10.*sess.*7.*de reform. apud* eund.*ibid.tit.*de Ordine,*pag.*170. *& refert etiam* Petra *in Comment.ad Constit. Apostol.tom.*1.*Constit.unic. Alexan.II.sect.*3.*num.*38.*pag.*309. 1210

1653. 29. Nov. —— Quando duæ Civitates sunt invicem unitæ, Beneficia unius non tenentur contribuere Seminario alterius: & si in una nullum extet Seminarium, non tenetur contribuere alteri, quæ habet. *Congr.Conc.in Valuen. Sulmonen. apud* d. Pascucc.*par.2.tit.*de Seminario,*pag.*384.*ubi tamen ait,* 1211

quod

quod hoc non procedit, si seminarium esset erectum ad formam Tridentini *cap.*18.*sess.*25.§.*Si verò*: eo enim casu Beneficia unius Diæcesis etiam non unitæ contribuere tenentur, prout etiam refert Nicol. *in Lucubrat.tom.*2.*lib.*3.*tit.*5.*num.*5.*ad XV.*

1654. 17. Ian. —— Ad Synodum hi tantùm accedere tenentur, qui habent Officium, vel Beneficium, & non alii. *Congr. Conc. in Forosempronien. & antea in Eugubina* 1650.13.*Aug.ac* Congreg. *Rit.in Hipporegien.*1637.9.*Aug.nec non* Congreg.*Episcop.in Aquilana* 1589.21.*Mar.*juxta Abb.*in cap. quod super, de major & obedien.in princ.apud eund.* Pascucc.*ibid.tit.* de Synodo, *pag.*404.*ubi quod* Constitutiones Synodales non obligant, nisi Diæcesanos subditos, ex Bott. *part.* 3. *art.* 2. *conclus.*1.*numer.* 1. *& ex eo* Seraphyn. *decis.*813.*num.*4.

1654.7.Febr. —— Non potest Episcopus ordinare Fratrem, seu Nepotem suum absque Dimissoriis proprii Ordinarii, sub prætextu, quod illum uti familiarem retinuerit Domi propriis expensis, etiamsi ei conferat Beneficium. *Congr. Conc. in Calatina apud* Monac. *in Formular.leg.pract.par.*2.*tit.*13.*form.*3.*num.*13. *& refert etiam* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.*1.*tit.*11.*num.*7. *vers.*Super hac.

1654. 10. Febr. —— Si parvi Conventus primùm suppressi, deinde ob rationabiles causas restituti, ipsis Regularibus denuò concedantur, ut piè, & religiosè vivatur, & regularia instituta quò exactiùs fieri potest observentur; ipsi Conventus, & Personæ tam Regulares, quàm Sæculares in eis degentes, visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii Loci tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegati plenè in omnibus subiiciantur, donec in eis commode sustentari possint duodecim Religiosi, idque pateat Sacræ Congregationi: Interea in eorum singulis ali debeant, & re ipsa alantur sex saltem Religiosi probatæ vitæ, ex quibus quatuor ad minus sint Sacerdotes maturæ

ætà-

ætatis, alioquin gratia restituitonis, & concessionis hujusmodi sit nulla, & invalida, & Ordinarii locorum in illis exequi possint, & debeant ea omnia, quæ in aliis Conventibus itidem suppressis ipsis demandantur, perinde ac si gratia prędictæ restitutionis, & concessionis non emanasset. *Innocentius X. apud* Cherubin.*in Bullar. tom.4. Constitut.32. qua incipit* Ut in parvis, & habet etiam Crispin.*in tract.de Visit.Pastor.par.1.§.15 num.26.*

1654.10.Febr. —— Insuper quia multi sunt Conventus, in quibus etsi præfixus fuerit numerus Religiosorum sufficiens ad observantiam regularis disciplinæ; & idcirco in suppressione antedicta non fuerint comprehensi, nihilominus sive ob reddituum diminutionem, sive ob Superiorum incuriam, vel malam administrationem, sive ob carentiam Religiosorum, aeris intemperiem, vel quamcũque aliam ob causam prædictus numerus cum effectu in eis non alitur, cum gravi detrimento regularis observantiæ; omnes, & singuli ejusmodi Conventus non suppressi, aut Grangiæ, seu membra alterius Monasterii, existentes intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium, in quibus nunc non aluntur, vel quandocunque actu non alentur saltem sex Religiosi probatæ vitæ, quorum ad minus quatuor, ut supra, sint Sacerdotes maturæ ætatis, eidem visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii loci similiter ut Sedis Apostolicæ Delegati plenè in omnibus sint subjecti: Cæterùm, quoad Conventus cum pauciori numero, quàm duodecim Religiosorum, erectos post diem 21. Jun. 1625. & quoad illorum subjectionem loci Ordinario, in suo robore permaneat Decretum jussu Urbani VIII. editum, cui per præmissa aliquatenus non derogatur. *Innocentius X. apud eund. ibid.* 1215

1654.21.Mar. —— Potest Episcopus cogere etiam Clericos Subcollectores, ut Synodis intersint, & ad publicas Processiones accedant. *Congr.Conc.in Ca-* 1216

jac. apud Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Synodo, *pag.* 403.

1654. 18. Apr. —— Non debet Episcopus prohibere, quin Regulares Missas celebrare possint pro devotione in Ecclesiis Sæcularibus de consensu Rectorum: non tamen debent Regulares suscipere in dictis Ecclesiis onus celebrandi ratione stipendii, invito Episcopo. *Congreg. Concil. in Senon. apud* eund. *ibid. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag.* 46.

1654. 16. Maii —— Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato licet visitare Hospitale etiam exemptum, & ab illius Administratoribus rationem administrationis exigere ad præscriptum Tridentini *cap.* 8. & 9. *sess.* 22. *de reform.* ut declaravit *Congr. Conc. apud* eund. *ibid. tit.* de Visitatione, *pag.* 431.

1654. 26. Jun. —— Si Privilegium clarè, & individualiter omnia specificet, nimirum eximendo, & liberando Territorium, ejusque Populum à quorumcunque Episcoporum, & Ordinariorum potestate, & soli dumtaxat Pontifici, & Sanctæ Sedi subijciendo, ita ut nullus Episcopus in posterum, tam in dicto Territorio, quàm in eius Ecclesiis, membris, & pertinentiis ubicumque sitis possit aliqua ratione, vel causa Jurisdictionem sibi vindicare, exigere, vel exercere, sed solùm ipse Abbas, sive alius Prælatus per se, vel alios jurisdictionem ordinariam, ac merum, & mixtum imperium in prædicta loca, & personas habeat, uti quisquis Ordinarius in sua Diæcesi, tunc planè censetur concessa qualitas Nullius cum separatione Territorii. *Rota in Caven. collationis Ordinum*, juxta Calderin. *cons.* 13. *de Privileg. apud* Petram *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom.* 2. *Constit.* 6. *Alexand. III. sect.* 1. *num.* 47. *pag.* 138.

1654. 24. Iul. —— Prohiberi debet Clero, ne creet novos Officiales, puta Præsidentem, in cujus Domo jugiter conveniunt Seditiosi cum detrimento Ecclesiastici regiminis. *Congr. Episc. in Eugubina apud*

Ni-

Nicol. *in Flosc. verb.* Novitas, *numer. 7. ubi verb.* Collegiata, *num. 1. ait, quod* Alias prohiberi non debet Clericis, ne simul conveniant ad tractandum de rebus suis; præsertim si sint Beneficiati, *ex ead. Congr. in Valentina* 1593. 18. *Nov.*

1654. 4. Aug. —— Clericus in minoribus Ordinibus constitutus, qui dimisit habitum Clericalem, potest absque licentia Episcopi illum reassumere, etiam quando adest Constitutio Synodalis prohibitiva, ne reassumatur absque dicta licentia. *Congreg. Conc. ad cap. 6. sess. 23. de reform. apud* Pascucc. *par. 1. tit.* de Clericis, *pag. 169. ubi ait, quod* Concilia Synodalia non possunt condere leges contrarias juri communi, quod habetur *ex cap. Quod super his, de major. & obed. & cap. fin. de offic. Archipresbyt.* potestas enim legislativa horum Conciliorum est inferior potestate Pontificis, ac proinde non potest ipsi contraire, condendo legem contrariam juri communi. 1221

1654. 4. Aug. —— Potest Episcopus tanquam Delegatus, etiam pœnis Censurarum punire, & corrigere Equites Hierosolymitanos degentes extra claustra in propriis Domibus, si tempore Paschali non communicent: & itidem tanquam Delegatus potest eosdem corrigere, & punire, si eodem tempore Paschali retineant in propriis Domibus mulierculas Amicorum, illas post dictum tempus dimittendo, ne dicto tempore Paschali molestentur. *Congr. Conc. ad cap. 3. sess. 6. de reform. apud eund. ibid. tit.* de Equitibus, *pag. 271.* 1222

1654. 2. Oct. —— Litteræ Sacræ Congregationis præsentari debent Ordinariis cum debito respectu, alioquin privari debent impetrantes earum commodo. *Congr. Episc. in Ieracen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Litteræ, *num. 10.* 1223

1654. 14. Nov. —— Ordinariis locorum facultate sibi concessa à Sacro Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 1. de reform.* licet ob legitimas causas suspendere et- 1224

 iam

tiam extrajudicialiter Clericos, & Presbytero Sæculares, etiam Parochos sibi subditos, sublat: eis potestate appellandi. *Congr. Conc. in Bononien apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 2 form. 6. num. 5.*

1654. 13. Dec. —— Quatenus munera, sive strena sint solita dari Episcopo visitanti à Canonicis, vel al aliis Ecclesiasticis, illa sunt urbanitatis, non necessitatis. *Congr. Episc. in una Montis Pelusii, apud* Paleucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Visitatione, *pag.* 436.

1654. 14. Dec. —— Episcopus tenetur singulis annis visitare totam Diœcesim, & si legitimè impeditus fuerit, per suum Vicarium Generalem, vel per alium Visitatorem idoneum debet visitare, ita ut saltem toto biennio Visitatio absolvatur: debet autem Episcopus esse contentus de moderato, ac modesto equitatu, ac famulatu; celeriter verò per dictum Episcopum Visitatio est absolvenda, & ad actus extraneos non est divertendum. *Congr. Conc. in Bojanen. apud* Monacel. *par. 2. tit. 13. form. 2. num. 54.*

1654. 14. Dec. —— Episcopo accedenti ad conferendum Sacramentum Confirmationis, non tenentur Universitates administrare victualia, seu procurationem, nisi concurrat consuetudo legitimè præscripta. *Congr. Conc. in d. Bojanen. apud* eund. *ibid.*

1654. 14. Dec. —— Confraternitates, & cætera Loca Pia tenentur contribuere pro victualibus Visitatoris. *Congr. Conc. in d. Bojanen.* pro rata, exceptis Hospitalibus, ut declaravit *Congr. Episcopor. in Civitatis Castellanæ* 1687. 28. *Nov.* & non obstante consuetudine contraria non contribuendi, *Congr. Conc. in Signina* 1670. 2. *Aug. apud* eund. *in fine* 1. *par. pag.* 423. *num.* 4.

1655. 23. Febr. —— Meretrices non collocantur intra Clausuram in habitu sæculari, neque inter Convertitas, neque ad illas ab occasione peccandi subtra-

trahendas, sed potius apud aliquam gravem Feminam, vel alio modo illarum saluti debet Ordinarius consulere. *Congr.Episc.in Ferrarien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Meretrix, *num.5.*

1655.30.Apr. —— Episcopus Civitatum unitarum debet in utraque residere, convenienti tamen tempore: & in functionibus Synodorum, Ordinationum, Hebdomadæ Sanctæ, aliisque similibus servare debet alternativam, ut si ultimæ functiones factæ fuerint in una Civitate, proximæ habeantur in altera sine respectu intermediorum annorum, qui propter absentiam, vel impedimentum Episcopi, vacui transissent ab hujusmodi functionibus. *Congr.Episc.apud* Pascucc.*par. 2. tit.* de Synodo, *pag.*404. *& refert etiam* d. Nicol. *ibid. verb.* Episcopus, *num.*10. *&* 11. *ubi* quo tamen ad alternativam Ordinationum, intelligitur de publicis, quæ fiunt præmissis edictis, non autem de privatis, maximè quæ fiunt diebus festivis, & extra tempora, *ex Congreg. Concil.in Pennen.* 1659. 26. *Apr.* 1230

¶ Notandum ex hac occasione, quod hujusmodi Episcopi semper in nobiliori Civitate, ac in frequentiori loco habitare coguntur, *cap. Episcopi, dist.*80. *& cap.* 1. *de Privileg. & excess. Privileg. apud* d. Pascucc. *ibid. tit.* de Residentia, *pag.* 350.

1655.14.Maii. —— Episcopus est Parochus universalis in tota Diæcesi, cùm in ea nullæ sint Parochiæ distinctæ, nec ullus adsit Curatus particularis, sed Episcopus alicui ex Beneficiatis curam demandare soleat, ex tradit. per Barbos. *de offic. Paroch. par.*1. *cap.*1 *num.*44. *vers. in illa, & de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.*26. §.2. *num.*15. *ac in vot. dec. vot.* 41. *num.* 42. *apud Rotam in Palentina Decimarum coram* Zarate, *decis. recent. par.*12. *decis.*16. *num.*4. *&* 5. 1231

1655.9.Jun. —— Potest Episcopus in Parochialibus Monachorum exemptorum Sacramentum Confirmationis administrare, invitis ipsis Regularibus, & contra eos hujusmodi administrationem impe- 1232

dientes censuris procedere. *Congreg.Concil.in Brixien. apud* Nicol. *in Floscul. verb.*Chrisma, *num.*3. *in fine, & in Lucubrat. tom.*2. *lib.* 1. *tit.*15. *num.*1. *arg. cap. responso* 43. *de sent. exc. & arg. etiam c. quoniam* 19. *de sent. exc. in* 6.

1655.11.Jun. — Non debet Ordinarius permittere, ut ab Ecclesiis sit ingressus, transitus, vel prospectus in privatas ædes, neque super Ecclesias esse Cameras, vel loca ad habitandum, dormiendum, vel deambulandum absque licentia Sedis Apostolicæ, aliàs debent interdici, donec hæ servitutes removeantur. *Congr. Episc. in Hortonen. & antea in Neapolitana* 1646. 13. *Apr. ac in Melphiten.* 1626. 2. *Oct. nec non in Hieracen.* 1613.26.*Jul. apud* Pascucc. *par.*1 *tit.* de Ecclesiis, & Ecclesiasticis, *pag.* 243.

1655.18.Jun. — Prohibitio, ne fiat collatio primæ Tonsuræ absque licentia Sacræ Episcoporum Congregationis, non cessat ex eo, quod Episcopus remittatur ad residentiam, amoto exinde Vicario Apostolico. *Congr. Episc. in Bisinianen. apud* eund. *ibid. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 431.

1655.25.Jun. — Ordinarii declaratio, quod non intendit habere aliam jurisdictionem in Monasterium Regularium, nisi quatenus de jure, attendenda est; & ubi agitur de materia dependente ab animo ipsius Ordinarii, standum omnino videtur illius attestationi, seu declarationi, ad text. *in l. qui in aliena*, §. *fin. ff. de acquir. hæred.* Bald. *in l. cùm proponas, num.*2. *C. de bon. auth. Jud. possid.* Quæ quidem declaratio facta in contentioso judicio, præjudicat tam Successoribus, quàm Ecclesiæ, ad tradita per Abbat. *in cap. fin. num.* 44. *vers. secus si per viam, & ibid.* Paris. *num.* 54. *in* 3. *conclus. de præscript. apud Rotam in Salisburg. Jurisdictionis coram* Meltio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 65. *num.* 13. 14. & 18.

1655.9.Jul. — Institutrici non conceditur reditus ad antiquum Monasterium, donec novum sit satis, & suf-

& sufficienter in observantia Monastica stabilitum. *Congreg. Episc. in Neapolitana apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Institutrix, *num.* 3.

1655.27.Iul. — Vigore Decreti supra positi, & editi 1654.10.Febr. non potest Episcopus in Conventibus suæ Iurisdictioni subjectis Abbates, Priores, Guardianos, & alios Superiores locales deputare, & familiam constituere: Potest tamen à prædictis Conventibus Religiosos amovere ex rationabili causa, commonito tamen prius Superiore Regulari, ad quem pertinet, ut eosdem Religiosos assignet in aliis Conventibus: Regulares verò eorumdem Conventuum compelli possunt ab Episcopo ad exhibendos libros introitus, & exitus, & reddendas rationes administrationis. *Alexander VII. in Bullar. tom.* 5. *Constitut.* 4. *quæ incipit* Posito Decreto V. *ad* 1. 2. *&* 3. *& referunt etiam* Pascucc. *par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 295. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 24. *num.* 7. *ac* Monacel. *in fine* 1. *par. pag.* 439. 1237

1655.27.Iul. — Episcopus in eisdem Conventibus se ingerere potest in his, quæ regularem disciplinam concernunt: sicut etiam potest visitare Ecclesias dictorum Conventuum, & Capellas Grangiarum, in quibus degunt Conversi pro agrorum cultura: ipsæ enim Grangiæ, & Conversi in eis degentes subsunt visitationi Episcopi, nec non Ecclesiæ; seu Capellæ Grangiarum, in quibus nullus degit Conversus. *Alexander VII. apud eosd. ibid. ad* 4. 5. 6. *&* 7. 1238

1655.27. Iul. — Non licet Episcopo visitare Conventus tam suppressos & postea restitutos, quàm non suppressos, ad effectum cognoscendi, an in illis re ipsa alantur sex Religiosi, antequam aliundè constet de fundamento intentionis Episcopi in deficientia numeri constituto: An autem Episcopus visitans hujusmodi Conventus suæ jurisdictioni suppositos, aut Personas in eis degentes, 1239

possit à visitatis procurationem exigere in victualibus, vel in pecunia, expedit, ut Sanctissimu decernat, & declaret non licere Episcopo tale Conventus visitanti quidquam accipere procurationis nomine: Iurisdictio verò Ordinariis locorum tanquam Sedis Apostolicæ Delegatis attributu in supradicto Decreto, competit Vicariis Generalibus Episcoporum, nec non Abbatibus, & aliis inferioribus Prælatis proprium Territorium ac Iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus *Alexander VII. apud eo, d. ibid. ad* 8. 9. *&* 10.

1655. 27. Iul. —— Provinciales, & aliis Superiore Regulares possunt ejusmodi Conventus Iurisdictioni Ordinarii subjectos, & Religiosos in illi degentes visitare, corrigere, & punire, omnemque jurisdictionem in eos exercere, sicut poteran ante dictum Decretum, non tamen privativè ac Episcopum: Si Superior autem Regularis in causa prævenerit contra Subditum degentem in aliquo ex eisdem Conventibus Ordinario subjectis, fabricando Processum, vel eum carceri mancipando, non potest Episcopus hujusmodi causam reassumere, ac Superiori inhibere, nisi ex juxta causa, veluti cùm videt Superiorem Regularem ex odio, vel amore, cupiditate, vel metu, aut ex nimia severitate, vel indulgentia quid durius, aut remissius constituere, quàm causa deposcit, in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur. *Alexander VII. apud eosd. ibid. ad* 11. *&* 12.

1655. 27. Iul. —— Si è converso Episcopus prævenerit in causa contra Religiosum in tali Conventu commorantem, non licet Superiori Regulari Religiosum illum ab Episcopo inquisitum à loco amovere, & si amotus fuerit, potest Episcopus causam prosequi, & illum quibuscunque remediis revocare, etiam invocato auxilio Ordinarii, & Brachio Sæculari, si opus fuerit, cujuscunque loci, in quo Religiosus ille reperiatur. Si Provincialis verò

vel

vel Superior localis voluerit aliquem ex Fratribus à tali Conventu (extra prædictum casum) removere, Episcopus prohibere non potest. *Alexander VII. apud eosd. ibid. ad* 13. & 14.

1655.27.Iul. —— Si à Conventu primùm suppresso, ac deinde Religioni restituto absint ex aliqua rationabili causa, & ad breve tempus unus, vel plures ex numero sex Religiosorum ibidem degentium, gratia ob id non est nulla, cessante omni fraude, nec Conventus remanet suppressus: Quod si à Conventu non suppresso similiter ex causa rationabili, & ad modicum tempus absit aliquis ex sex Religiosis ibi existentibus, durante tali absentia, Conventus subjacet jurisdictioni Ordinarii: Religioso verò illo redeunte, vel aliàs impleto numero sex Religiosorum, Conventus recuperat pristinam exemptionem. *Alexander VII. apud eosd. ib. ad* 15. 16. & 17. 1242

1655. 27. Iul. —— Si gratia restitutionis Conventus suppressi reddatur nulla ex eo, quod in illo ad formam Decreti cum effectu non alantur sex Religiosi, & postea contingat, ut ejusmodi numerus impleatur, gratia restitutionis Conventus non reviviscit: Ad hoc tamen, ut gratia restitutionis sit nulla, & Conventus denuò remaneat suppressus propterea quod in eo non sustententur sex Religiosi, debet præcedere declaratoria Episcopi super facto, prævia causæ cognitione, nec ante declaratoriam licet Episcopo Conventus possessionem apprehendere, aut Religiosos inde expellere: Ab hujusmodi autem declaratoria licet Regularibus ad Sedem Apostolicam appellare ad effectum devolutivum tantùm, non autem suspensivum. *Alexander VII. apud eosd. ibid. ad* 18. 19. & 20. 1243

1655.27.Iul. —— Cùm ex Decreti præscripto quatuor Sacerdotes in his Conventibus degentes debeant esse maturæ ætatis, ætas matura dicitur ad hunc effectum, completo anno quadragesimo. *Alexander* 1244

der VII. apud eosd. ibid. ad 21.

1655.26.Aug. — Commendatariis Monasteria Ordinis Cisterciensis in Commendam obtinentibus non licet Priores, Subpriores, aut Officiales Claustrales instituere, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates eisdem in litteris Apostolicis concessæ, & expressæ ad ea, quæ institutum Regulare concernunt, ac tenore Privilegiorum, & Sacri Concilii dispositione Monastico regimini relinquuntur, trahi possunt, ac debent: ideoque Sedis Apostolicæ Nuncii, sive etiam locorum Ordinarii, vel dicti Ordinis Conservatores, quotiescunque requisiti fuerint, ab hujusmodi vexationibus, ac violentiis manifestis Commendatarios per Censuras, & alia Iuris remedia, invocato etiam, si opus fuerit, Brachii Sæcularis auxilio, cohibeant, & compescant, salva semper Congregationis Cardinalium auctoritate. *Alexander VII. in Bullar. tom. 5. Constitut. 6. qua incipit* Exponi. ¶ Hoc etiam antea constituerat Innocentius X. 1654. 25. Sept. *ibid. Constit. 62. ejusdem Pontific. qua incipit* Pastoralis officii.

1655.17.Sept. — Auditor Cameræ inhibere non potest Metropolitano, ne se ingerat in causis Suffraganei, vel Subditorum ejusdem, tam motis, quam movendis. *Congr. Episc. in Regien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Auditor, *num.* 8.

1655.1.Oct. — Si Episcopus propter litem super Iuspatronatus recuset Præsentatum examinare, id pro illa vice committi solet alicui Episcopo vicino sine partium præjudicio. *Congr. Episc. in Asculana apud* eund. *ibid. verb.* Parochus, *num.* 25.

1655.1.Oct. — Ordinarii non possunt transmittere Commissarios per Diœcesim in causis ad Ordinariam jurisdictionem spectantibus, expensis prætensorum Reorum: sed illas expensas tenentur facere de suo, ac restituere quidquid ea occasione

acce-

acceperunt, & sequestrum statim amovere. *Cong. Episc. in Narnien. & antea in Terracinen.* 1641. 13. *Sept. ac in Sarzanen.* 1609. 2. *Oct. ad* text. juncta Glos. *in c. cùm ab omni, de vit. & honest. Cler. apud* eund. *ibid. verb.* Ordinarius, *num.* 3.

1655. 2. Oct. —— Episcopus non potest solus facere Concursum, quando habet Vicarium Generalem sibi Roma missum, sed assistere debet etiam Vicarius, qui procurabit, ut omnia canonicè fiant. *Congr. Conc. in Narnien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concur. Paroch. *pag.* 194. *ubi etiam quod* si Vicarius sit Apostolicus, ad ipsum solum, non ad Episcopum pertinet facere Concursum, sicut & Synodum, & declarare magis idoneum, quia Episcopus non habet, nisi administrationem Ordinis, *ex ead. Congr. in Bisinianen.* 1653. 16. *Maii, & antea in Lycien.* 1608. 9. *Jun.* 1249

1656. 28. Jan. —— Ordinarius, qui in Regno Neapolitano potest ex consuetudine condere testamentum pro mortuis ab intestato, intelligatur ille, qui est Ordinarius ejus loci, ubi quis ab intestato decessit non ille, ubi sita sunt Bona, vel habitant Hæredes Defuncti. *Congr. Episc. in Umbriaticen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Testamentum, *nu.* 7. *ubi etiam quod* Ordinarius disponat, & ordinet per scripturam sua manu firmatam, quid fieri velit ab Hæredibus in suffragium Defunctorum, *ex ead. Congreg. in Insulana* 1600. 27. *Iun. & antea in Nucerina Paganorum* 1594. 7. *Jun.* 1250

1656. 7. Febr. —— Ordinarii tanquam Delegati Sedis Apostolicæ debent animadvertere, an erectio novi Monasterii possit quovis modo Ecclesiæ Parochiali præjudicare: & si compererit præjudicium afferre, debet assensum omnino denegare. *Rota in Toletana manutentionis coram* Meltio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 124. *num.* 26. *ex* Modern. Lusitan. *de potest. Episc. alleg.* 26. *num.* 5. 1251

1656. 1. Apr. —— Si Curati Regulares renuerint interesse Capitulis annalibus Curatorum, potest Episcopus procedere contra ipsos Curatos, sed non contra eorum Superiores, quia neque textus Concilii, nec Declarationes Sacræ Congregationis meminerunt de Superioribus Regularibus. *Congr. Conc. in Segobien. in Philippinis apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 3. tit. 29. num. 3.*

1656. 28. Apr. —— Datur Ordinario facultas transferendi ad alias Ecclesias onus Missarum, quas Testator reliquit à Presbyteris sive Sæcularibus, sive Regularibus ad hæredis arbitrium in Ecclesiis Regularium celebrandas, si ipsi Regulares consentire nolint, ut per Presbyteros Sæculares celebrentur. *Congr. Episc. in Firmana, & antea* 1622. 18. *Mar. ac in Burgi S. Sepulchri* 1617. 7. *Oct. apud* eund. *ibid. tit. 31. numer. 15.*

1656. 4. Maii. —— Confessarius præsentatus ad Confessiones accipiendas Monialium Regularibus subjectarum, debet vel absolutè reiici, vel per totum triennium approbari, non verò ad tempus brevius, ut respondit *Congr. Episc. in Catanien. favore PP. Min. de Observan. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 9. form. 6. num. 2.*

1656. 12. Maii. —— Exactio taxæ pro Seminario nondum instituto cum Seminariistis, restitui debet, quia erectionis substantia non consistit in sola præparatione, seu constructione Domus, sed in actuali introductione Personarum, & Alumnorum ibi viventium, & litteras addiscentium: & jure quidem, nam non muri, sed Personæ faciunt Seminarium. *Rota in Neapolitana Seminarii coram Dunozetto, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2 tit.* de Seminario, *pag.* 384.

1656. 15. Maii. —— Ad Episcopatum quis non est admittendus, quamvis electus jam sit, dum multis criminibus sit diffamatus, ut disponit text. *in Can. Tantis Daniel.* 81. *dist.* & probat Abb. *in cap. 1. num. 8.*

in cap.

in cap. per inquisitionem num. 11. *de elect.* Felin. *in cap. nihil*, *num.* 12. *vers. decimotertiò*, *de praescript. apud Rotam in Calaguritana Beneficii de Bilbao coram* Bichio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 172. *num.* 14.

1656. 26. Maii. —— Episcopi Italiae, Insularumque adjacentium ad Synodos peragendas conveniant. *Alexander VII. in Bullar. tom.* 5. *Constitut.* 20. *quae incipit* Inter caetera. 1257

1656. 12. Jun. —— Abbas Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, uti Ordinarius in dicto Monasterio, & dependentiis, omnimodam jurisdictionem quasi temporalem exercere potest, etiam in Castris S. Martini, & Terrae novae, quia Castra, ex Privilegiis usu receptis sunt omnimode exempta, & consequenter habentur, ac si in Beneventana Diaecesi non existerent, juxta tex. *in l. si Papa*, *de Privileg. in* 6. *Rota in Nullius*, *seu Montis Virginis Jurisdictionis coram Dunozetto*, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. in fine*, *decis.* 41. 1258

1657. 5. Mar. —— Ordinarius non valet conferre Beneficia litigiosa, juxta text. *in cap.* 1 *&* 2. *ut lit. pend. in* 6. Calder. *cons.* 1. *de Jurepatron.* Gonzal. *ad reg. de Mensib.* §. 7. *Proemial. num.* 117. Lancell. *de attent. par.* 4. *in praefat. illat.* 5. *num.* 626. *apud Rotam in Papien. Beneficii coram* Bevilaqua, *decision. recent. par.* 12. *decis.* 210. *numer.* 12. 1259

1657. 24. Mar. —— Regulares etiam Rei debent in caussis civilibus judicialem discussionem, & indaginem requirentibus, coram Ordinario, & non coram Conservatoribus conveniri. *Congr. Conc. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag.* 310. 1260

1657. 16. Apr. —— Ordinariis Collatoribus currit tempus ad conferendas Parochiales à die vacationis, quando Beneficium vacavit de facto, & de jure, nempe ob mortem Beneficiati, quia cùm ex officio teneantur inquirere, & scire, ignorantia esset crassa, & supina, quae non excusat, *Clem. unica*, §. *fin.* 1261

ubi

ubi Gloss. *verb. scire*, *de concess. Praben.* Gloss. *in cap. innotuit, verb. ignorantiam*, *de elect.* Abb. *in cap. quia diversitatem, sub nu.7. vers. hoc tamen limita, de concess. Praben.* aliique quamplures *apud Rot. in Oveten. Parochialis coram* Priolo, *decis.48. num.6. & seqq.*

1657. 16. Apr. —— Constitutio nihil disponens contra jus, sed tantùm præter jus, potest validè ab Ordinario condi: & quidem maximè approbante Synodo Diæcesana, *cap. fin.* ubi Gloss. & DD. *de Constit.* Calderin. *cons. 5. num. 2. eod. tit. apud Rotam in Burgen. Beneficii coram* Meltio, *decis. recent. par. 12. decis. 216. num. 4.*

1657. 18. Maii. —— In novis Conventuum fundationibus non solùm exigitur consensus Ordinarii, sed etiam Sedis Apostolicæ cumulative, & tam intra, quàm extra Italiam, & ultra Montes, prout firmavit *Rota in Cæsaraugustana Fundationis Conventus coram* Bevilaqua, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 19. nu. 31. ubi quod* hoc est contra Fagnan. *in cap. non amplius*, *de instit. num. 71.* putantem, quod ultra Montes Fundationes fieri possint cùm sola licentia Ordinariorum.

1657. 24. Maii. —— Ubi Ecclesiæ sunt ferè dirutæ, & collapsæ, Episcopus, auditis quorum interest, potest uti Sedis Apostolicæ Delegatus transferre Beneficia simplicia ad Ecclesias viciniores: Rectores verò Beneficiorum etiam in quacunque Dignitate constituti tenentur post translationem sequutam ad futuram restaurationem Ecclesiarum, ad quas Beneficia fuerint translata: quos Rectores, & Beneficiatos potest Episcopus cogere ad celebrandum, seu celebrari faciendum in die festivitatis illius Sancti, sub cujus invocatione Beneficium est erectum, nisi aliud constet in erectione, seu fundatione: & ad effectum prædictæ restaurationis, nec non pro conficiendis sacris suppellectilibus redditus eorumdem Beneficiorum sequestrare potest. *Congr. Concil. Narnien. apud* eund. *par. 2. tit. 15. form. 1. num. 28.*

1657.

1657. 29. Maii. —— Licet Episcopo aperire, ac retinere furnum pro abundantia. *Congr. Immunit. in una Civitatis Castellana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 370. 1265

1657. 9. Jun. —— Stante Constitutione *Inscrutabili* supra posita, & edita 1622. 5. Febr. non potest Prælatus Regularis, cui Monialium cura commissa est, aliquibus ex ipsis Monialibus facultatem concedere ad plures annos, seu indeterminatè duraturam, confitendi Sacramentaliter peccata sua Sacerdoti, qui non sit Confessarius ordinarius, seu extraordinarius totius Monasterii. *Congr. Conc. in Januen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confessarius, *num.* 32. 1266

1657. 13. Jun. —— Ad Episcopum Beneficia conferendi potestatem pertinere absque consortio, testibus probatur. *Rota in Tarraconen. Præcentoria coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 257. *num.* 19. 1267

1657. 25. Jun. —— Episcopus consideratus ut unus de Capitulo, unicum tantùm votum habet, Abb. *in cap. Postulastis, num.* 14. *de concess. præben.* Modern. Lusit. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 73. *nu.* 18. *cum seq.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 19. *num.* 104. & 105. *apud Rotam in Majoricen. Canonicatus coram* Meltio, *decis. recent. par.* 12. *decis.* 278. *num.* 2. 1268

1657. 7. Aug. —— Non potest Episcopus cogere, nec ex se permittere, ut Ecclesiastici contribuant pro jactura mobilium facta occasione contagii. *Congreg. Immunit. in Cariaten. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 443. *ubi quod* requiritur Beneplacitum Apostolicum, *ex ead. Congreg. in Casaraugustana.* 1269

1657. 15. Sept. —— Episcopus in Processionibus, etiam SS. Corporis Christi, potest post se deferre Sellam gestatoriam, quia est de Ritibus, & illius usus est arbitrarium Episcopo in quocunque loco magis apto, & per Concilia, Canonicasque sanctiones designato ad ministrandum, præsertim, quando 1270

est

est eadem, qua utitur in Ecclesia, & quam Cæremoniale, Concilium, & Canones dicunt esse de Dignitate, & de Pontificali, *c. Episcopus in Ecclesia 95. d. ex Concil. Carthagin.* 4. & usus illius in stationibus reputatur, ac si esset in Ecclesia ipsa; quia Processio ab exitu usque ad reditum unicus dicitur actus, non minus, ac si in ipsa Ecclesia perficeretur, ideoque omnia loca, per quæ Processio transit, tanquam Ecclesia considerantur. *Congr. Rit. in Granaten.* in qua jussit servari Decretum emanatum *anno* 1608. 10. *Maii*, ut refert d. Pascucc. *ib. tit.* de Episcopis, *pag.* 257.

1657. 29. Nov. —— Conventus nunquam suppressi, in quibus actu degunt de Familia plures, quàm sex Religiosi, minimè comprehenduntur in Decreto Innocentii Decimi, quod incipit *Ut in parvis* supra posito, & edito 1654. 10. Febr. ac proinde locorum Ordinarii nequaquam possunt in vim dicti Decreti in hujusmodi Conventibus, aut illorum Personis ullam sibi jurisdictionem vindicare. *Congr. Ep. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 24. num. 6.*

1657. 4. Dec. —— Mandatum de capiendo relaxari non debet ante Processum informativum, nisi præcedant judicia sufficientia, & periculum sit in mora. *Congr. Episc. in Castren. & antea in Campanien.* 1642. 3. *Oct. apud* Pascucc. *par.* 1 *tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. *ubi etiam ait*, *quod* Captura extra Territorium facta, nulla est, & attentata, *ex ead. Congr. in Senen.* 1641. 29. *Nov.*

1658. 2. Jan. —— Laicus, cui à proprio Episcopo denegata fuit prima Tonsura, non potest suscipere ipsam Tonsuram, vel obtinere Dimissorias ab Ordinario alterius Diæcesis, coram quo ipse Laicus præsentatus fuit ad Beneficium Ecclesiasticum: & ratione habitationis in Villa æstivo tempore, quis non acquirit ibi domicilium, ita ut fiat Subditus ejus Episcopi, in cujus Diæcesi est ipsa Villa, ac proinde non possunt ab illo Episcopo ipsi concedi

Dimis-

Dimissoriales in præjudicium Episcopi originarii. *Congr. Conc. in Mutinen. apud* Nicol. *in Lucubr. tom. 2. lib. 1 tit. 11 num. 7. vers.* Super qua materia.

1658. 26. Jan. —— Episcopus ad Clausuram Monialium custodiendam etiam in Monasteriis subjectis Regularibus uti potest censuris, eæque ligant nedum Regulares accedentes, sed etiam Moniales, facta de illis mentione: & Regulares non possunt absolvere incursos. *Congreg. Conc. in Auximana apud* Monac. *in Form. leg. pract. par. 2. ti. 15. form. 15. num. 16.* 1274

1658. 23. Febr. —— Si Regulares in Parochiali Ecclesia eorum Monasterio unita per Regularem sui Ordinis prædicare voluerint, illius deputatio non ad Episcopum, sed ad Priorem pertinet: At Concionator sive Sæcularis, sive alterius Ordinis Regularis, ab Episcopo tantùm est deputandus. *Congr. Concil. in Ferrarien. & antea in Cremonen. 1619. 14. Dec. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. lib. 1. tit. 31. num. 6. in fine*, & refert etiam Pascucc. *par. 1 tit.* de Concionatoribus. *pag.* 180. 1275

1658. 16. Mar. —— Archiepiscopi titulus in petitionibus Benedictionum, & instantiis admissionis Ordinandorum, & publicatione Indulgentiarum, non debet extendi ultra expressum in Pontificali, & Cæremoniali. *Congr. Rit. in Ragusina apud* d. Pascucc. *par. 2. tit.* de Visitatione, *pag.* 433. 1276

1658. 12. Apr. —— Potest Episcopus visitare Capellam, quæ est Titulus Beneficii sæcularis, existentem in Ecclesia Regulari, respectu tantummodo Tituli Beneficii, ac ejusdem Beneficiati, & non ultra. *Congr. Episc. apud* Nicol. *in Lucubr. tom. 2. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers.* VI. amplia. 1277

1658. 31. Maii. —— Quis habere non potest duplex Officium, quando Episcopus id, etiam in Visitatione, prohibuit. *Congr. Episc. in Monopolitana apud* eund. *ibid. tom. 1. lib. 2. tit. 18. num. 13.* 1278

1658. 31. Aug. —— Episcopus de jure potest cum consensu Capituli erigere in Cathedrali novam Dignitatem, 1279

tatem, si in ea certus numerus Sedis Apostolicæ auctoritate, sive Episcopi, & Capituli juramento præfixus non fuerit: non tamen sic noviter institutis dare præcedentiam super Sacerdotes antiquiores. *Congr.Conc.in Fossanen.apud* Nicol.*in Flosc. verb.*Dignitas, *num.3.*

*1658.*17.Sept. —— In Palatio Episcopi non possunt fieri executiones. *Congr.Immunit.in Cervien.apud* Pascucc.*in Compend.ad Consult.Canon.Jac.Pignatel.par.* 1.*tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*452.

1658. 14. Dec. —— Non licet Epicopo cogere etiam mulctis singulos Presbyteros, & Clericos ad Synodum impressam retinendam. *Congr.Conc. apud* Nicol.*in Flosc.verb.*Synodus,*num.7.& in Lucubrat.tom.* 2.*lib.*5.*tit.*6.*num.*14.

1659. 31. Jan. —— Cognitio causarum concernentium curam Animarum, & administrationem Sacramentorum quoad Religionem Hierosolymitanam non spectant ad ejus Conservatores, sed ad Episcopos. *Congr.Episc. apud* eund. *in d. Lucubrat. d.tom.*2. *lib.*1. *tit.*29.*num.*9.*vers.*Item nihil.

1659. 8. Febr. —— Potest Episcopus curam Animarum Capitulo Ecclesię Cathedralis incumbentem alicui Canonicali Præbendæ perpetuò unire, vel Vicarìam perpetuam erigere. *Congr. Conc. in Aretina apud* Pascucc.*par.*2.*tit.*de Parocho,*pag.*201.

1659. 8. Mar. —— Si quis in Sabbato fuit ad Subdiaconatum promotus, non potest die sequenti, continuato jejunio ad Diaconatum promoveri, quia cùm fictione canonica per continuationem jejunii Sabbatum, & Dominica censeantur unus dies, diceretur recepisse duos Ordines Sacros eodem die. *Congr. Conc. in Beneventana apud* Nicol. *in Lucubr. tom.*2.*lib.*1.*tit.*11.*num.*3.*in fine.*

*1659.*24. Mar. —— Jus conferendi ubi tribuitur Prælato, & Capitulo, non ideo vox Prælati æquivalet voci Capituli. *Rota in Piscien.Juris Conferendi coram* Albergato Decano, *decis.recent.par.*13. *decis.*44.*nu.*

3. ubi

3.*ubi nu.*5. *dictum fuit quod* Prælatus licèt duplicem repræsentet Personam, unam tantùm vocem in Collationibus obtinere potest.

1659. 2. Maii. —— Abbas ex dispositione Brevis Pontificis habilitatus, fructus percipit tanquam descendens illorum, quotum agnationi prospicere Testator voluit, ut declarat Altograd. *cons.*96. *num.*32. *circa fin. lib.* 1. *apud Rotam in Romana Fideicommissi de Cuppis coram* Meltio, *decis.recent.par.*13.*decis.*57. *num.*13.*ubi num.*15.*dictum fuit, quod* Breve Pontificis obstaculum Religionis removens, & Abbatem ad fructus percipiendos, & in usus proprios convertendos habilem reddens Fideicommisso non derogat: Admissio autem Abbatis in Collitigante ad locanda proprio jure bona Fideicommisso subjecta, facti veritatem declarat, per text. *in l. sed Julianus*, §.*proinde, ff. ad Maced.* 1286

1659.5. Maii. —— Episcopus à Parocho Quartam Decimarum exigere potest, *cap. conquerente* 16. *de offic. jud. ordin. Gloss. decimationum, & cap. cum contingat* 29. *de Decim. cum Gloss. de jur. com. apud Rotam in Nullius, seu Beneventana Jurisdictionis coram* Taja, *decis. recent. par.*13. *decis.*61. *num.*3. 1287

1659.9. Maii. —— Episcopus potest Vassallos suæ Diœcesis excommunicare, & contra eos procedere, eisque quascunque pœnas à Jure permissas imponere, quæ ex se jurisdictionem important. *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.*13. *decis.*70. *num.*8. *ex* Mantic. *decis.*361. *num.*1. Episcopus enim habet jurisdictionem in qualibet parte suæ Diœcesis, quamvis non probaverit possessionem, *ead. Rota ibid. num.*21. *ex* Posth. *de manut. decis.*184. *num.*2. Ut autem excludatur Episcopus à sua ordinaria jurisdictione in sua Diœcesi, requiritur immemorabilis canonizata per tres sententias, *ead. Rota ibid. num.* 64. *ex mente Sacræ Congregationis.* 1288

1659.12. Maii. —— Ordinarius de Iurepatronatus simpli- 1289

pliciter, & demonstrativè, non autem limitatè & taxativè loquens, idem jus esse gentilitium nor determinat. *Rota in Comen. Beneficii coram* Priolo *decis. recent. par.* 13. *decis.* 73. *num.* 20.

1659.23. Maii. —— Puellæ in plena pubertate constitutæ, scilicet ætatis duodecim annorum, licèt jure communi inspecto *in cap.* 1. *&* 2. 21. *qu.* 2. *cap. ad nostram cap. Significatum de reg. Clem. eos, eod. tit.* non tantùm ad habitum, sed etiam ad Professionem admitti possint, & quoad habitum concedat Tridentinum *sess.* 25. *de Regular. capit.* 17. nihilominus non possunt admitti ad habitum Religionis, nisi habeant ætatem completam quindecim annorum. *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 11. *form.* 7. *num.* 3.

1659.16. Jun. —— Privilegium continens simplicem exemptionem à Iurisdictione Ordinarii, non concedendo Territorium separatum cum translatione Jurisdictionis quasi Episcopalis, nullatenus prodest: quo cessante, quamvis Monasterium cum suis bonis non sit de Diœcesi, dicitur tamen esse in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *num.* 2. *ac* Gemin. *num.* 3. *de offic. ordin. in* 6. Abb. *in cap. Apostolicæ, num.* 3. *de donat. apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 97. *num.* 6. *&* 7.

1659.27. Sept. —— Prælati Episcopo inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altari, in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum. *Congr. Rit. in Decreto generali*, §. 1. *approbante Alexan. VII. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 11. *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 34.

1659.27. Sept. —— Cathedram, seu Sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificaliter celebrare est iis permissum, mobili Sede, seu Cathedra utantur, quam

quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, sive basilico opere exornato. *Congr. Rit. in d. Decr. §. II. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Baldachinum adhibere supra Sedem poterunt non pretiosum, aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari superimponitur, materia, & opere inferius: Ad ipsam autem per duos tantùm gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur. *Congreg. Rit. in d. Decret. §. III. apud eosd. ibid.* 1294

1659.27.Sept. —— Non Abacum alium præter parvam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo Candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Prope verò mensam eandem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur. *Congr. Rit. in d. Decr. §. IV. apud eosd. ibid.* 1295

1659.27.Sept. —— Dies verò, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii, in quibus Pontificaliter ipsis celebrare Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ: Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usu in Officiis, & Missis Defunctorum quocunque die, etiam festivo, & de præcepto. *Cong. Rit. in d. Decr. §. V. apud eosd. ibid.* 1296

1659. 27. Sept. —— Ad Ecclesiam accedentes, licèt Pontificaliter Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Altari recessuri, à suis Canonicis, vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. VI. apud eosd. ibid.* 1297

1659.17. Sept. —— Præter duos Sacrificii Ministros, Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epistolæ, duo alii tantùm Diaconi cum Dalmati- 1298

pliciter, & demonstrativè, non autem limitatè & taxativè loquens, idem jus esse gentilitium non determinat. *Rota in Comen. Beneficii coram* Priolo, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 73. *num.* 20.

1659.23.Maii. — Puellæ in plena pubertate constitutæ, scilicet ætatis duodecim annorum, licèt jure communi inspecto *in cap.* 1. *&* 2. 21. *qu.* 2, *cap. ad nostram cap. Significatum de reg. Clem. eos, eod. tit.* non tantùm ad habitum, sed etiam ad Professionem admitti possint, & quoad habitum concedat Tridentinum *sess.* 25. *de Regular. capit.* 17. nihilominus non possunt admitti ad habitum Religionis, nisi habeant ætatem completam quindecim annorum. *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 11. *form.* 7. *num.* 3.

1659.16.Jun. — Privilegium continens simplicem exemptionem à Iurisdictione Ordinarii, non concedendo Territorium separatum cum translatione Jurisdictionis quasi Episcopalis, nullatenus prodest: quo cessante, quamvis Monasterium cum suis bonis non sit de Diœcesi, dicitur tamen esse in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *num.* 2. *ac* Gemin. *num.* 3. *de offic. ordin. in* 6. Abb. *in cap. Apostolicæ, num.* 3. *de donat. apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 97. *num.* 6. *&* 7.

1659.27.Sept. — Prælati Episcopo inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altari, in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum. *Congr. Rit. in Decreto generali*, §. 1. *approbante Alexan. VII. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 11. *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 34.

1659.27.Sept. — Cathedram, seu Sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificaliter celebrare est iis permissum, mobili Sede, seu Cathedra utantur, quam

quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, sive basilico opere exornato. *Congr. Rit. in d. Decr. §. II. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Baldachinum adhibere supra Sedem poterunt non pretiosum, aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari superimponitur, materia, & opere inferius: Ad ipsam autem per duos tantùm gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur. *Congreg. Rit. in d. Decret. §. III. apud eosd. ibid.* 1294

1659.27.Sept. —— Non Abacum alium præter parvam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo Candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Prope verò mensam eandem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur. *Congr. Rit. in d. Decr. §. IV. apud eosd. ibid.* 1295

1659.27.Sept. —— Dies verò, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii, in quibus Pontificaliter ipsis celebrare Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ: Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usu in Officiis, & Missis Defunctorum quocunque die, etiam festivo, & de præcepto. *Cong. Rit. in d. Decr. §. V. apud eosd. ibid.* 1296

1659. 27. Sept. —— Ad Ecclesiam accedentes, licèt Pontificaliter Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Altari recessuri, à suis Canonicis, vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. VI. apud eosd. ibid.* 1297

1659.17. Sept. —— Præter duos Sacrificii Ministros, Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epistolæ, duo alii tantùm Diaconi cum Dalmati-

cis, & unicus Præsbyter cum Pluviali eis assistant: Duo insuper Capellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris inserviant: Præterea sex alii Canonici, vel Monachi, duo scilicet Pluvialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti Divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus, seu stallis choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo coopertis, situ congruo accomodatis, moxque illinc removendis consideant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. VII. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Mitram pretiosam, nisi illis expressè à Sancta Sede indultam, non adhibeant Sub Mitra pileolum nigri tantùm coloris induant: Baculum Pastoralem albo velo appenso deferant: ab iisque, & aliis Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra Ecclesias sibi subjectas prorsus abstineant: & neque in Processionibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, insigniis prædictis utantur, vel penes se præferri faciant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. VIII. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Regulares Rocchettum non deferant, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat. *Congr. Rit. in d. Decr. §. IX. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Invitati ad Ecclesiam exemptam nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ii, qui non fuerint Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint Privilegio perpetuis Abbatibus, vel aliàs benedictis indulto. *Congreg. Rit. in d. Decr. §. X. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Sacras Vestes ex Altari non sumant nisi Pontificaliter Divinis vacaturi. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XI. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant, absque expresso Sanctæ Sedis indulto. *Cong. Rit. in d. Decr. §. XII. apud eosd. ibi*

1659.27.

...59.27.Sept. —— Pontificales Benedictiones cum trina Crucis productione in Missis tantùm Pontificalibus, necnon Vesperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere sibi tantùm meminerint: Privatim verò Populis quamvis pleno jure subjectis, nisi expresè ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non præsumant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XIII. apud eosd. ibid.* 1304

1659.27.Sept. —— Præsente Episcopo, sine speciali Sedis Apostolicæ permissu, etiam Pontificaliter celebrantes, à Benedictionibus cessent. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XIV. apud eosd. ibid.* 1305

1659.27.Sept. —— Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Evangelii uno saltem gradu eminentior Abbatiali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu Epistolæ collocetur: A latere Episcopi Canonici Cathedralis propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monasterii, & Abbatialis Ecclesiæ considеant: Confessionem cum Celebrante Episcopus faciat, isque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, & Populo solemniter (quamvis Abbas ipse Pontificaliter celebret) benedicat: Episcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ unico tantùm ductu thurificentur. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XV. apud eosd. ibid.* 1306

1659.27.Sept. —— Abstineant tamen Episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, à frequenti hujusmodi accessu ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant suis uti Privilegiis. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XVI. apud eosd. ib.* 1307

1659.27.Sept. —— In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in vestitionibus Monialium, & emissione Professionis 1308

earundem pleno sibi jure subjectarum, in Benedictionibus Sacræ Supellectilis, cæterisque actibus (Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemniis ter tantùm in anno, ut præfertur, exceptis) neque in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque locis, tam publicis, quàm privatis, quantumvis exceptis; eisdemque Abbatibus pleno jure subjectis, Mitram, Baculum, & quævis alia Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicæ concessione adhibeant. *Congr. Rit. in d. Decr.* §. *XVII. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Ecclesiasticam suppellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant. *Congr. Rit. in d. Decr.* §. *XVIII. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subjecta, vel pro servitio alienę Ecclesiæ, aut in Subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta Campanarum Benedictiones, Calicum, & similium, in quibus Sacra adhibetur Unctio, nec non minorum Ordinum collationes. *Congr. Rit. in d. Decr.* §. *XIX. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Concionatoribus, qui eorum Subditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, Benedictionem elargiri non præsumant, sed Episcopis, quibus jus hujusmodi privativè competit, omnino dimittant. *Congr. Rit. in d. Decr.* §. *XX. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— In Missis privatis quoad indumenta, cæremonias, Ministros, Altaris ornatum, & Benedictionis largitionem à simplici Sacerdote nō discrepent: ac proinde Sacras Vestes induant in Sacristia, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti Ministro, aquam cum pelvi, & urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantùm candelas super Altari adhibeant. *Congreg. Rit. in d. Decr.* §. *XXI. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Locorum Ordinarii, auctoritate Sedis Apostolicæ possint, imo debeant præfatos etiam per Censuras compellere ad omnimodam prædictorum omnium observationem. *Congr. Rit. in d. Decr. apud eosd. ibid.* 1313

1659.27.Sept. —— Cùmque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere possint territorium, Juraque Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis, qui eos coercere, si excesserint, valeant, eo casu à Sedis Apostolicæ Nunciis, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantùm Pontifici subjectis, intra, vel prope quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tanquam à Sancta Sede Delegatis ad hujusmodi Decretorum observationem prædicti omnino cogantur. *Cong. Rit. in d. Decr. apud eosd. ibid.* 1314

1659.5.Dec. —— Episcopus quando gaudet alternativa mensis Augusti, non amplius est mensis Apostolicus, sed Ordinarius. *Rota in Melevitana Canonicatus coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 127. *num.* 3. *ubi num.* 12. *dictum fuit, quod* Episcopus cùm solus conferat, nullum respectu alternativæ adest impedimentum, licèt in cui dando non sit absolu·a potestas. 1315

1660.9.Jan. —— Episcopus erigendo Ecclesiam in Plebaniam Sæcularibus conferendam, cùm agat authoritate delegata, & sic actus sit æquivocus, Abbati jus suum auferre non potest, ut ex Tambur. *de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæsito* 19. *n.* 26. *& seq.* dixit *Rota in Nullius, seu S. Severini Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 148. *n.* 14. *ubi num.* 17. *dictum fuit, quod* Provisio Ordinariorum ad effectum mutandi statum Beneficii non est attendenda, cùm ad id potestate carere censeantur, ut notatur *in cap. cùm de Beneficio, de preb. in* 6. Felin. *in cap. in nostra, de rescript. num.* 4. 1316

1660.20.Feb. —— Ordinarius ob auctos fructus Ecclesiæ 1317

est eadem, qua utitur in Ecclesia, & quam Cæremoniale, Concilium, & Canones dicunt esse de Dignitate, & de Pontificali, *c. Episcopus in Ecclesia 95. d. ex Concil. Carthagin.* 4. & usus illius in stationibus reputatur, ac si esset in Ecclesia ipsa, quia Processio ab exitu usque ad reditum unicus dicitur actus, non minus, ac si in ipsa Ecclesia perficeretur, ideoque omnia loca, per quæ Processio transit, tanquam Ecclesia considerantur. *Congr. Rit. in Granaten.* in qua jussit servari Decretum emanatum *anno* 1608. 10. *Maii*, ut refert d. Pascucc. *ib. tit.* de Episcopis, *pag.* 257.

1657. 29. Nov. —— Conventus nunquam suppressi, in quibus actu degunt de Familia plures, quàm sex Religiosi, minimè comprehenduntur in Decreto Innocentii Decimi, quod incipit *Ut in parvis* supra posito, & edito 1654. 10. Febr. ac proinde locorum Ordinarii nequaquam possunt in vim dicti Decreti in hujusmodi Conventibus, aut illorum Personis ullam sibi jurisdictionem vindicare. *Congr. Ep. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 24. num. 6.*

1657. 4. Dec. —— Mandatum de capiendo relaxari non debet ante Processum informativum, nisi præcedant judicia sufficientia, & periculum sit in mora. *Congr. Episc. in Castren. & antea in Campanien.* 1642. 3. *Oct. apud* Pascucc. *par. 1 tit.* de Carceribus Episcopalibus, *pag.* 135. *ubi etiam ait*, *quod* Captura extra Territorium facta, nulla est, & attentata, *ex ead. Congr. in Senen.* 1641. 29. *Nov.*

1658. 2. Jan. —— Laicus, cui à proprio Episcopo denegata fuit prima Tonsura, non potest suscipere ipsam Tonsuram, vel obtinere Dimissorias ab Ordinario alterius Diœcesis, coram quo ipse Laicus præsentatus fuit ad Beneficium Ecclesiasticum: & ratione habitationis in Villa æstivo tempore, quis non acquirit ibi domicilium, ita ut fiat Subditus ejus Episcopi, in cujus Diœcesi est ipsa Villa, ac proinde non possunt ab illo Episcopo ipsi concedi

Dimis-

Dimissoriales in præjudicium Episcopi originarii. *Congr.Conc.in Mutinen.apud* Nicol.*in Lucubr. tom.2. lib.1 tit.11 num.7. vers.* Super qua materia.

1658.26.Jan. —— Episcopus ad Clausuram Monialium custodiendam etiam in Monasteriis subjectis Regularibus uti potest censuris, eæque ligant nedum Regulares accedentes, sed etiam Moniales, facta de illis mentione: & Regulares non possunt absolvere incursos. *Congreg. Conc. in Auximana apud* Monac.*in Form.leg.pract.par.2.ti.15.fom.15.num.16.* 1274

1658. 23. Febr. —— Si Regulares in Parochiali Ecclesia eorum Monasterio unita per Regularem sui Ordinis prædicare voluerint, illius deputatio non ad Episcopum, sed ad Priorem pertinet: At Concionator sive Sæcularis, sive alterius Ordinis Regularis, ab Episcopo tantùm est deputandus. *Congr. Concil. in Ferrarien. & antea in Cremonen.* 1619. 14. *Dec.apud* Nicol.*in Lucubrat.tom.2.lib.1.tit.31.num. 6.in fine*, & refert etiam Pascucc.*par.1 tit.* de Concionatoribus. *pag.* 180. 1275

1658. 16. Mar. —— Archiepiscopi titulus in petitionibus Benedictionum, & instantiis admissionis Ordinandorum, & publicatione Indulgentiarum, non debet extendi ultra expressum in Pontificali, & Cæremoniali. *Congr.Rit.in Ragusina apud* d. Pascucc.*par.2.tit.* de Visitatione, *pag.* 433. 1276

1658.12.Apr. —— Potest Episcopus visitare Capellam, quæ est Titulus Beneficii sæcularis, existentem in Ecclesia Regulari, respectu tantummodo Tituli Beneficii, ac ejusdem Beneficiati, & non ultra. *Congr.Episc.apud* Nicol. *in Lucubr.tom.2.lib.3.tit.39. num.4.vers.* VI.amplia. 1277

1658.31. Maii. —— Quis habere non potest duplex Officium, quando Episcopus id, etiam in Visitatione, prohibuit.*Congr.Episc.in Monopolitana apud* eund. *ibid.tom.1.lib.2.tit.18.num.13.* 1278

1658. 31. Aug. —— Episcopus de jure potest cum consensu Capituli erigere in Cathedrali novam Digni- 1279

tatem, si in ea certus numerus Sedis Apostolicæ auctoritate, sive Episcopi, & Capituli juramento præfixus non fuerit: non tamen sic noviter institutis dare præcedentiam super Sacerdotes antiquiores. *Congr.Conc.in Fossanen.apud* Nicol.*in Flosc. verb.*Dignitas, *num.*3.

*1658.*17.Sept.—— In Palatio Episcopi non possunt fieri executiones. *Congr.Immunit.in Cervien.apud* Pascucc.*in Compend.ad Consult.Canon.Jac.Pignatel.par.* 1 *tit.*de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*452.

1658. 14. Dec.—— Non licet Epicopo cogere etiam mulctis singulos Presbyteros, & Clericos ad Synodum impressam retinendam. *Congr.Conc. apud* Nicol.*in Flosc.verb.*Synodus,*num.*7.*& in Lucubrat.tom.* 2.*lib.*5.*tit.*6.*num.*14.

1659. 31. Jan.—— Cognitio causarum concernentium curam Animarum & administrationem Sacramentorum quoad Religionem Hierosolymitanam non spectant ad ejus Conservatores, sed ad Episcopos. *Congr.Episc. apud* eund.*in d. Lucubrat. d.tom.*2. *lib.*1. *tit.*29.*num.*9.*vers.*Item nihil.

1659. 8. Febr.—— Potest Episcopus curam Animarum Capitulo Ecclesię Cathedralis incumbentem alicui Canonicali Præbendæ perpetuò unire, vel Vicariam perpetuam erigere. *Congr. Conc. in Aretina apud* Pascucc.*par.*2 *tit.*de Parocho,*pag.*201.

1659. 8. Mar.—— Si quis in Sabbato fuit ad Subdiaconatum promotus, non potest die sequenti, continuato jejunio ad Diaconatum promoveri, quia cùm fictione canonica per continuationem jejunii Sabbatum, & Dominica censeantur unus dies, diceretur recepisse duos Ordines Sacros eodem die. *Congr. Conc. in Beneventana apud* Nicol. *in Lucubr. tom.*2.*lib.*1.*tit.*11.*num.*3.*in fine.*

*1659.*24. Mar.—— Jus conferendi ubi tribuitur Prælato, & Capitulo, non ideo vox Prælati æquivalet voci Capituli. *Rota in Piscien.Juris Conferendi coram* Albergato Decano, *decis.recent.par.*13. *decis.*44.*nu.* 3.*ubi*

3.*ubi nu.*5. *dictum fuit quod* Prælatus licèt duplicem repræſentet Perſonam, unam tantùm vocem in Collationibus obtinere poteſt.

1659. 2.Maii. —— Abbas ex diſpoſitione Brevis Pontificis habilitatus, fructus percipit tanquam deſcendens illorum, quorum agnationi proſpicere Teſtator voluit, ut declarat Altograd. *conſ.*96. *num.*32. *circa fin. lib.* 1. *apud Rotam in Romana Fideicommiſſi de Cuppis coram* Meltio, *deciſ.recent.par.*13.*deciſ.*57. *num.*13.*ubi num.*15.*dictum fuit, quod* Breve Pontificis obſtaculum Religionis removens, & Abbatem ad fructus percipiendos, & in uſus proprios convertendos habilem reddens Fideicommiſſo non derogat: Admiſſio autem Abbatis in Collitigante ad locanda proprio jure bona Fideicommiſſo ſubjecta, facti veritatem declarat, per text. *in l. ſed Julianus*, *§.proinde*, *ff.ad Maced.* 1286

1659.5. Maii. —— Epiſcopus à Parocho Quartam Decimarum exigere poteſt, *cap.conquerente* 16.*de offic. jud. ordin. Gloſſ. decimationum*, *& cap. cum contingat* 29.*de Decim.cum Gloſſ.de jur.com.apud Rotam in Nullius*, *ſeu Beneventana Juriſdictionis coram* Taja, *deciſ. recent.par.*13.*deciſ.*61 *num.*3. 1287

1659.9.Maii. —— Epiſcopus poteſt Vaſſallos ſuæ Diœceſis excommunicare, & contra eos procedere, eiſque quaſcunque pœnas à Jure permiſſas imponere, quæ ex ſe juriſdictionem important. *Rota in Toletana Juriſdictionis coram* Bevilaqua, *deciſ. recent. par.*13. *deciſ.*70. *num.*8. *ex* Mantic.*deciſ.*361 *num.*1. Epiſcopus enim habet juriſdictionem in qualibet parte ſuæ Diœceſis, quamvis non probaverit poſſeſſionem, *ead. Rota ibid. num.*21. *ex* Poſth. *de manut. deciſ.*184. *num.*2. Ut autem excludatur Epiſcopus à ſua ordinaria juriſdictione in ſua Diœceſi, requiritur immemorabilis canonizata per tres ſententias, *ead. Rota ibid. num.* 64. *ex mente Sacræ Congregationis.* 1288

1659.12.Maii. —— Ordinarius de Iurepatronatus ſim- 1289

pliciter, & demonstrativè, non autem limitatè & taxativè loquens, idem jus esse gentilitium no determinat. *Rota in Comen. Beneficii coram* Priolo *decis. recent. par.* 13. *decis.* 73. *num.* 20.

1659. 23. Maii. — Puellæ in plena pubertate constitutæ, scilicet ætatis duodecim annorum, licèt jure communi inspecto *in cap.* 1. *&* 2. 21. *qu.* 2. *cap. ad nostram cap. Significatum de reg. Clem. eos, eod. tit* non tantùm ad habitum, sed etiam ad Professionem admitti possint, & quoad habitum concedat Tridentinum *sess.* 25. *de Regular. capit.* 17. nihilominus non possunt admitti ad habitum Religionis, nisi habeant ætatem completam quindecim annorum. *Congr. Episc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1 *tit.* 11. *form.* 7. *num.* 3.

1659. 16. Jun. — Privilegium continens simplicem exemptionem à Iurisdictione Ordinarii, non concedendo Territorium separatum cum translatione Jurisdictionis quasi Episcopalis, nullatenus prodest: quo cessante, quamvis Monasterium cum suis bonis non sit de Diœcesi, dicitur tamen esse in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *num.* 2. *ac* Gemin. *num.* 3. *de offic. ordin. in* 6. Abb. *in cap. Apostolicæ, num.* 3. *de donat. apud Rotam in Hispalen. Decimarum coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 97. *num.* 6. *&* 7.

1659. 27. Sept. — Prælati Episcopo inferiores, qui Pontificalium usu fruuntur, super Altari, in quo Sacra erunt facturi, septimum nequaquam apponant Candelabrum. *Congr. Rit. in Decreto generali*, §. 1. *approbante Alexan. VII. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 11. *& refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 34.

1659. 27. Sept. — Cathedram, seu Sedem fixam, & permanentem in eorum Ecclesiis ne detineant, sed tribus ipsis diebus, quibus ex antiquis Decretis tantummodo Pontificaliter celebrare est iis permissum, mobili Sede, seu Cathedra utantur, quam

quam nihilominus simplici sericeo panno coloris Festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto, aut phrygio, sive basilico opere exornato. *Congr. Rit. in d. Decr. §. II. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Baldachinum adhibere supra Sedem poterunt non pretiosum, aut aureum, sed simplex, & eo, quod Altari superimponitur, materia, & opere inferius. Ad ipsam autem per duos tantùm gradus in Presbyterii superficie stratos ascendatur. *Congreg. Rit. in d. Decret. §. III. apud eosd. ibid.* 1294

1659.27.Sept. —— Non Abacum alium præter parvam mensam, & in cornu Epistolæ parare faciant, in qua duo Candelabra cum candelis, nec non Mitra, Calix, Missale, Thuribulum, Navicula, & reliqua ad celebrationem necessaria collocentur. Prope verò mensam eandem parieti hærens Baculus Pastoralis aptetur. *Congr. Rit. in d. Decr. §. IV. apud eosd. ibid.* 1295

1659.27.Sept. —— Dies verò, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de præcepto festivi, vel alii, in quibus Pontificaliter ipsis celebrare Festivitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Ecclesiæ: Abstineant autem ab hujusmodi Pontificalium usu in Officiis, & Missis Defunctorum quocunque die, etiam festivo, & de præcepto. *Cong. Rit. in d. Decr. §. V. apud eosd. ibid.* 1296

1659. 27. Sept. —— Ad Ecclesiam accedentes, licèt Pontificaliter Divina peracturi, iisdemque absolutis ab Altari recessuri, à suis Canonicis, vel Monachis (ut mos est Episcoporum) ne associari se sinant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. VI. apud eosd. ibid.* 1297

1659.17. Sept. —— Præter duos Sacrificii Ministros, Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epistolæ, duo alii tantùm Diaconi cum Dalmati- 1298

cis, & unicus Præsbyter cum Pluviali eis assistant: Duo insuper Capellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris inserviant: Præterea sex alii Canonici, vel Monachi, duo scilicet Pluvialibus, duo Planetis, totidemque Tunicellis induti Divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus, seu stallis choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo coopertis, situ congruo accomodatis, moxque illinc removendis consideant *Congr. Rit. in d. Decr. §. VII. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Mitram pretiosam, nisi illis expressè à Sancta Sede indultam, non adhibeant Sub Mitra pileolum nigri tantùm coloris induant: Baculum Pastoralem albo velo appenso deferant: ab iisque, & aliis Pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra Ecclesias sibi subjectas prorsus abstineant: & neque in Processionibus, quæ ab eorum Ecclesiis per vias extra ambitum, vel Parochiam ducuntur, insigniis prædictis utantur, vel penes se præferri faciant *Congr. Rit. in d. Decr. §. VIII. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Regulares Rocchettum non deferant, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat. *Congr. Rit. in d. Decr. §. IX. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Invitati ad Ecclesiam exemptam nec in illa Pontificalibus uti valeant, nec ij, qui non fuerit Abbates perpetui, vel benedicti, in propriis Ecclesiis uti possint Privilegio perpetuis Abbatibus, vel aliàs benedictis indulto. *Congr. Rit. in d. Decr. §. X. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Sacras Vestes ex Altari non sumant nisi Pontificaliter Divinis vacaturi. *Congr. Rit. d. Decr. §. XI. apud eosd. ibid.*

1659.27. Sept. —— Indulgentias impartiri, vel publicare non audeant, absque expresso Sanctæ Sedis indulto. *Cong. Rit. in d. Decr. §. XII. apud eosd.*

1659.27.

1659.27.Sept. —— Pontificales Benedictiones cum trina Crucis productione in Missis tantùm Pontificalibus, necnon Vesperis, & Matutinis Pontificaliter itidem celebratis licere sibi tantùm meminerint: Privatim verò Populis quamvis pleno jure subjectis, nisi expressè ipsis permissum fuerit, etiam Pontificalibus induti per Ecclesiam incedentes, benedicere non præsumant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XIII. apud eosd. ibid.* 1304

1659.27.Sept. —— Præsente Episcopo, sine speciali Sedis Apostolicæ permissu, etiam Pontificaliter celebrantes, à Benedictionibus cessent. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XIV. apud eosd. ibid.* 1305

1659.27. Sept. —— Si Episcopus aderit, ipsius Sedes in cornu Evangelii uno saltem gradu eminentior Abbatiali est erigenda, hæcque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu Epistolæ collocetur: A latere Episcopi Canonici Cathedralis, propè Abbatem Canonici, vel Monachi Monasterii, & Abbatialis Ecclesiæ consideant: Confessionem cum Celebrante Episcopus faciat, isque thus thuribulo imponat, Evangeliorum textum osculetur, & Populo solemniter (quamvis Abbas ipse Pontificaliter celebret) benedicat: Episcopus præterea trino ductu, & immediatè Canonici Cathedralis duplici, moxque Abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde Canonici, vel Monachi Abbatialis Ecclesiæ unico tantùm ductu thurificentur. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XV. apud eosd. ibid.* 1306

1659.27.Sept. —— Abstineant tamen Episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, à frequenti hujusmodi accessu ad Ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberiùs Abbates valeant suis uti Privilegiis. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XVI. apud eosd. ib.* 1307

1659.27.Sept. —— In Ordinationibus Canonicorum, Clericorum, Monachorum, nec non in vestitionibus Monialium, & emissione Professionis 1308

earundem pleno sibi jure subjectarum, in Benedictionibus Sacræ Supellectilis, cæterisque actibus (Missarum, Vesperarum, & Matutinarum solemniis ter tantùm in anno, ut præfertur, exceptis) neque in Ecclesiis, Oratoriis, aliisque locis, tam publicis, quàm privatis, quantumvis exceptis; eisdemque Abbatibus pleno jure subjectis, Mitram, Baculum, & quævis alia Pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicæ concessione adhibeant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XVII. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Ecclesiasticam suppellectilem pro servitio dumtaxat suarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum benedicant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XVIII. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Reliqua Pontificalia extra loca ipsis Abbatibus subjecta, vel pro servitio alienę Ecclesiæ, aut in Subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum exercere non valeant, puta Campanarum Benedictiones, Calicum, & similium, in quibus Sacra adhibetur Unctio, nec non minorum Ordinum collationes. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XIX. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— Concionatoribus, qui eorum Subditis Verbum Dei prædicandi onus acceperint, Benedictionem elargiri non præsumant, sed Episcopis, quibus jus hujusmodi privativè competit, omnino dimittant. *Congr. Rit. in d. Decr. §. XX. apud eosd. ibid.*

1659.27.Sept. —— In Missis privatis quoad indumenta, cæremonias, Ministros, Altaris ornatum, & Benedictionis largitionem à simplici Sacerdote nõ discrepent: ac proinde Sacras Vestes induant in Sacristia, neque utantur Cruce pectorali, unico sint contenti Ministro, aquam cum pelvi, & urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantùm candelas super Altari adhibeant. *Congreg. Rit. in d. Decr. §. XXI. apud eosd. ibid.*

1659.27.

1659.27.Sept. — Locorum Ordinarii, auctoritate Sedis Apostolicæ possint, imo debeant præfatos etiam per Censuras compellere ad omnimodam prædictorum omnium observationem. *Congr. Rit. in d. Decr. apud eosd. ibid.* 1313

1659.27.Sept. — Cùmque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere possint territorium, Juraque Episcopalia, nullisque subdantur Episcopis, qui eos coercere, si excesserint, valeant, eo casu à Sedis Apostolicæ Nunciis, si aderint, sin minus ab Archiepiscopis, in quorum Provinciis, vel ab Episcopis Romano tantùm Pontifici subjectis, intra, vel prope quorum Diœcesis limites eorum Ecclesiæ, vel Monasteria sita fuerint, tanquam à Sancta Sede Delegatis ad hujusmodi Decretorum observationem prædicti omnino cogantur. *Cong. Rit. in d. Decr. apud eosd. ibid.* 1314

1659.5.Dec. — Episcopus quando gaudet alternativa mensis Augusti, non amplius est mensis Apostolicus, sed Ordinarius. *Rota in Melevitana Canonicatus coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 127. *num.* 3. *ubi num.* 12. *dictum fuit, quod* Episcopus cùm solus conferat, nullum respectu alternativæ adest impedimentum, licèt in cui dando non sit absoluta potestas. 1315

1660.9.Jan. — Episcopus erigendo Ecclesiam in Plebaniam Sæcularibus conferendam, cùm agat authoritate delegata, & sic actus sit æquivocus, Abbati jus suum auferre non potest, ut ex Tambur. *de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæsito* 19. *n.* 26. *& seq.* dixit *Rota in Nullius, seu S. Severini Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 148. *n.* 14. *ubi num.* 17. *dictum fuit, quod* Provisio Ordinariorum ad effectum mutandi statum Beneficii non est attendenda, cùm ad id potestate carere censeantur, ut notatur *in cap. cùm de Beneficio, de præb. in* 6. Felin. *in cap. in nostra, de rescript. num.* 4. 1316

1660.20.Feb. — Ordinarius ob auctos fructus Ecclesiæ 1317

siæ unionem dissolvere, & Ecclesias ad primævum statum, in quo antea erant, reducere non prohibetur, ad text. *in Clem. in agro*, §. *hac*, *de stat. Monach. cap. quia*, *de Relig. Domib. cap. ult. de Paroch.* Castropal. *de Benefic. in fin. num.* 4. aliiq. citati *à Rota in Bononien. Dismembrationis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 165. *num.* 7.

1660.4.Mar. —— Abbas recipiendo Canone, Monasterio præjudicium inferre non potest, *cap. si veniens*, ubi notant omnes *de transact.* Honded. *cons.* 55. *n.* 5. *& 6. cum seqq. lib.* 1. *apud Rotam in Romana Casalis media via coram* Bevilaqua, *decis. recent. d. par.* 13. *decis.* 175. *num.* 17.

1660.14.Apr. —— Prælatus diminuendo Canones Ecclesiæ, conditionem deteriorem facit, quod absque assensu, & approbatione Sedis Apostolicæ fieri non licet, Cagnol. *in Auth. qui rem*, *num.* 58. *de Sacros. Eccles. apud Rotam in Bononien. Investiturarum coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 191. *num.* 7. *ubi num.* 10. *dictum fuit*, *quod* Prælatus in his, quæ sunt de accidentalibus contractus formam consuetam in præjudicium Ecclesiæ excedere non potest, ex doctr. Bald. *in Auth. quas ruinas*, *C. de Sacros. Eccles.*

1660.17.Apr. —— Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent Privilegiis suæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis suæ Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare Beatis prædictis erigere. *Congr. Rit. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *lib.* 3. *tit.* 44. *num.* 4. *ad* Quintò, *& habet etiam* Lantusca *in Theatro Regul. verb.* Beati, *num.* 15. *pag.* 54. *vers. itid.* Quintò.

1660.4. Maii. —— Quoad cognitionem negotiationis illicitæ Ecclesiasticorum datur præventio inter Nuncios, & Ordinarios. *Congr. Episc. in Beneventana*, *& antea in Oppiden.* 1603. 7. *Jan. apud* Pascucc.

lcucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.2.tit.*de Negotiis illicitis *,pag.*125.

*1660.*5.Maii. —— Episcopus duarum Ecclesiarum æquè,& principaliter unitarum,potest Clericos carceratos unius Diæcesis ad Carceres, ubi residet, transmitti facere, quando locus valde non distat, & causa non est modica. *Rota in Valven. Praeminentiarum coram Taja, apud* Monacel. *in append.ad par.2. Formular. leg. pract. decis.1.num.4.* 1322

*1660.*5.Maii. —— Potest Episcopus duarum Ecclesiarum in uno tantùm Episcopatu Vicarium constituere, ad quem accedere tenentur Subditi utriusque Diœcesis, ut ex Gratian. *discept. 655. num.* 44. *& seqq.* dixit *Rota in d. Valven. coram eod. decis. recent. par.13. decis.215. num.2 .ubi num.3. dictum fuit, quod* multò magis poterit Episcopus tenere unum Vicarium ubi voluerit, quia in facultate illius est, an velit, vel nolit eum retinere, cùm non possit cogi ad retinendum Vicarium,ut prosequitur d.Gratian. *loc. cit. num.*47. 1323

1660. 5.Maii. —— Sententia Ordinarii, stante appellatione, pro re judicata haberi non potest, cùm omnes Sententiæ effectus per appellationem remaneant suspensi.*Rota in Mediolanen. Jurispatronatus coram* Albergato*,decis. recent.par.13. decis.214.nu.14.* 1324

1660. 7. Maii. —— Non licet quibuscunque Ordinariis, vel eorum Vicariis aliquid recipere à prætensis Reis sub nomine Viatici, sive ut vulgo appellant *Cavalcate*, pro causis intra eorum Diæceses occurrentibus, etiamsi non vadant ipsi, sed illuc Delegatos, vel Commissarios transmittant: & hoc neque pro causis civilibus,neque criminalibus:cum obligatione restituendi totum id, quod propterea receperunt: quia tenentur facere propriis expensis similes Processus attinentes ad eorum jurisdictionem ordinariam.Congr.*Episc. in Fanen. & antea millies,prout habetur apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.1.lib.4.tit.6.*de Actionibus, *num.* 244. 1325

1660.

1660. 21. Maii. —— Ut acquiratur aliqua possessio contra Episcopum, debet constare de ejusdem scientia, qua non probata, actus jurisdictionales non suffragantur, favore Abbatis, & inferioris Prælati in præjudicium Episcopi, ad quem spectat jurisdictionem exercere, *l.2.C.de servit.& aqu.* benè Abb. *in cap. Olim, il 3.num.*8.*&* 12.*de restit.spoliat.* Gratian. *discept.forens.*918. *num.*20. *apud Rotam in Toletana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.*13. *decis.*221 *num.*24.

1660. 14. Jun. —— Oppido à Diæcesi Episcopi ex speciali privilegio Pontificis abstracto, & in Abbatem translato, amplius de illa, neque in illa idem censetur; Gloss. *in Clem.*1.*§.volumus, verb.Diœcesis*, & ibi Card. *in 4.quæst.* Gratian. *discept.*212. *num.*7.8. *&* 23. Mandos. *ad reg.*24.*Cancellar.quæst.*2.*num.*4.& ideo Oppido per abstractionem Abbati assignato, id, quod ad Episcopum spectabat agere, Abbas agere tenetur, & notant DD. *in cap.cùm contingat, de for.compet.* Lotter. *de re benefic.lib.*1.*quæst.*11 *num.*1.*& seq.ac quæst.*24.*num.*155.*&* 156. *apud Rotam in Astoricen.Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis.recent. par.*13.*decis.*235.*num.*3.*&* 4.

1660. 14. Jun. —— Abbas, quando nititur speciali privilegio exemptionis à Jurisdictione Episcopi, non est amplius de illis, qui includuntur in Juris, & Concilii dispositione, ut ejusdem ordinariæ jurisdictioni subjaceat, Gloss. *in l.*3.*C. de serv. fugit.* Calder. *cons.*2.*de arbitr.in fin.* Tambur. *de Jur. Abbat. par.*2.*disp.*2.*quæsito* 26.*n.*2. aliique citati à *Rota in d. Astoricen.coram eod.ibid.num.*5.

1660. 14. Jun. —— Effectuatio Indulti Apostolici pro parte Abbatis concludenter probatur ex Beneficiorum collatione, licentia administrandi Sacramenta aliis concessa, confirmatione Statutorum Ecclesiarum, exploratione voluntatum Puellarum Religionem ingredi volentium, & similibus illam concludentibus, ab initio emanati Indulti cæptis, &

deinde

deinde semper continuatis, ut ex *l. si dicta interpretatione*, §. *de leg.* & ex Soccin. sen. *consil.* 25. *numer.* 25. *lib.* 1. dixit *Rota in d. Astoricen. coram eod. ibid. numer.* 8.

1660. 14. Jun. —— Abbas sine Beneplacito Apostolico compromittere, & Successoribus in Abbatia in Iuribus mediante Indulto exemptionis acquisitis præjudicare non potest, Gratian. *discept. forens.* 870. *num.* 24. & 25. *apud Rotam in d. Astoric. coram eod. ib. num.* 9. *ubi num.* 15. *dictum fuit*, Actus per Episcopum gesti, tanquam nimis remoti, ad observantiam, quę debet esse proxima, deservire non possunt: quia sunt potius turbatiores status exemptionis, in quo existebat Abbas, post litem gesti, ac ab ipso contradicti, & ignari, qui proinde non sunt attendendi, *cap. licet causam*, cum ibi notat. *de probat. l.* 2. *C. de servit. & aqu.* Gratian. *loc. cit. num.* 32. 1330

1660. 14. Jun. —— Expressio actuum Visitationis, & cognitionis causarum nihil concludit, cùm Visitationes Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato ex dispositione Concilii Tridentini permissæ censeantur. *Rota in d. Astoricen. coram eod. ibid. num.* 19. *ubi num.* 23. *dictum fuit, quod* Ius Episcopi uti firmetur, observantia debet esse inconcussa, & uniformiter, non autem præsumptivè observata, ex Gabr. *cons.* 36. *num.* 52. *lib.* 1. 1331

1660. 20. Jul. —— Ad §. Quartum Decreti supra positi, & editi 1659. 27. Sept. quo prohibetur usus præterquam unius Abaci, asserentibus Monachis Cassinensibus hactenus ab immemorabili tempore eorum Abbates adhibere consuevisse secundum Abacum ad pelves, & urceolos exponendos; servandum esse Decretum declaravit *Congr. Rit approbante Alexan. VII. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 4. *num.* 35. *pag.* 120. 1332

1660. 20. Jul. —— Ad §. Quintum præfati Decreti, quo tribus diebus tantùm de præcepto, &c. Pontificalis celebratio permittitur, exponentibus prædictis Mo- 1333

Monachis taxativam hujusmodi non extendi ad usum Pontificalium sine Baldachino, ac præterea ex Indulto Alexandri II. sibi competere Pontificalium usum in Exequiis Nobilium Virorum; hujusmodi Privilegium tantummodo suffragari Monasterio Cavensi, nec ad alia Monasteria extendi censuit *Congr.Rit.apud eund.ibid.*

1660. 20. Jul. —— Ad §.Sextum, quo in accessu Abbatis Divina peracturi, & recessu ejusdem post Divina absoluta, prohibetur associatio more Episcoporum, affirmantibus iisdem Monachis se ab immemorabili tempore, simili associatione usos esse, atque indecorum videri, ut Abbas Pontificaliter peracturus Divina, solus Ecclesiam petat; annuendum esse petitis, modò non extra, sed intra septa Monasterii sese ad Ecclesiam conferat, censuit *Congr.Rit.apud eund.ibid.*

1660. 20. Iul. —— Ad §. Septimum, quo taxatur numerus Ministrorum, exponentibus Monachis, Abbates indigere Ministris ad Linteum, & Candelam, ad Intortitia Elevationis, & ad Candelabra Evangelii, ad Mitram, & Baculum; indulgendos fore alias quatuor Ministros Cotta indutos, præter expressos in Decreto, censuit *Congr.Rit.apud eund.ibid.*

1660. 20. Jul. —— Ad §. Octavum, quo usus Mitræ pretiosæ & Baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus Monachis Mitram pretiosam ipsis de jure competere, velum quoque nunquam eos consuevisse Baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanæ Ecclesiæ, sed Ambrosianæ tantùm; Quòad Mitram servandam esse dispositionem *c. ut Apostolicæ, de Privileg.in 6.* quoad Baculum verò servandum esse Decretum censuit *Congr.Rit. apud eund. ib.*

1660.20.Iul. —— Ad §. Decimum, quo prohibetur usus Pontificalium in aliena Ecclesia licèt exempta, quamvis Abbas ad ipsam fuerit invitatus, exponentibus Monachis eos inibi Pontificalibus Insigniis hactenus usos esse, idque à Iure ipsis permissum præsu-

præſumere;Servandum eſſe Decretum cenſuit *Cong. Rit.apud eund.ibid.*

1660. 20. Iul. —— Ad §. Undecimum,quo Sacras Veſtes ex Altari ſumere Abbates privatim celebraturi prohibentur,aſſerentibus Monachis ſe hactenus tali Privilegio gaviſos eſſe;ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congr.Rit. apud eund.ibid.* 1338

1660. 20. Iul. —— Ad §. Decimumtertium,quo diſponitur, ne Abbates extra Pontificalia, Pontificali more, ac trina Crucis productione, nec non privatim occcurrenti Populo, tum Pontificaliter induti, etiam per Eccleſiam incedentes benedicant; aſſerentibus Monachis, Abbates in Miſſis privatis hactenus Epiſcopali more benedixiſſe, & Pontificalibus præſertim indutos per Eccleſiam tranſeuntes occurrenti Populo Benedictionem elargiri conſueviſſe, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congr. Rit.apud eund.ibid.* 1339

1660.20.Iul. —— Ad §. Decimumquartum,quo in præſentia Epiſcopi Abbatibus denegatur facultas benedicendi ſolemniter, etiam in Pontificalibus; aſſerentibus Monachis,ex Privilegio ipſis etiam Epiſcopo præſente, Benedictiones hujuſmodi competere, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congr. Rit. apud eund. ibid.* 1340

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumquintum, quo traditur ordo inferioribus Prælatis Divina Pontificaliter agendi, præſenteque Epiſcopo loci Ordinario; exponentibus Monachis Epiſcopo vetitum reperiri ingreſſum in eorum Eccleſias ipſis invitis, ſervandum eſſe Decretum cenſuit *Congreg. Rit. apud eund. ibid.* 1341

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumſeptimum, quo uſus Mitræ; & reliquorum Inſignium Pontificalium, præterquam tribus anni diebus abrogatus eſt; ſuggerentibus Monachis indecorum videri, ut in Ordinibus conferendis, in Conſecrationibus, in receptionibus, & profeſſione Monachorum, & Monialium 1342

nialium Abbates Mitram non adhibeant; indulgendum fore, ut eà tantum utantur in actu Ordinationum, & Benedictionum cum Sacro Oleo censuit *Congr.Rit.apud eund. ibid.*

1660. 20. Jul. —— Ad §. Decimumnonum, quo vetitum est Abbatibus Benedictio Sacræ Suppellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum; asserentibus Monachis, etiam pro aliena Ecclesia ex Apostolico Indulto eis licitum esse, Ecclesiasticam supellectilem benedicere, exhiberi Indultum authenticum ex Archivio Apostolico desumptum, ac interim abstineri mandavit *Congr.Rit.apud eund. ibid.*

1660. 20. Jul. —— Ad §. Vigesimumprimum, quo in Missis privatis prohibentur Abbatibus quivis ritus, & prærogativæ ad Episcopos privativè spectantes; exponentibus Monachis, Abbates Cassinenses hactenus in Missis privatis adhibuisse quatuor Candelas, Ministros ad lotionem manuum, & duos Assistentes cum Cotta, &c. *Sacra Rit. Congr.* censuit servandum esse Decretum, præsentisque declarationis Decretum typis imprimi posse concessit, *referente eod.* Monacel.*ibid.*

1660. 19. Nov. —— Monasterium Monialium, quod per multos annos stetit in forma Clausuræ, reputatur canonicè erectum, licèt non constet de erectione facta auctoritate Apostolica, vel Ordinaria. *Cong.Episc.in Conversan.apud* Nicol.*in Lucubr.tom.2.lib.2.tit.20.num.3.*

1661. 27. Ian. —— Si quis asserat Episcopo non subjacere, in tali casu non potest dicere nullius esse Diæcesis.*Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis.recent.par.13.decis.391.num.20.*

1661. 28. Mar. —— Ordinarii pro constructione Ecclesiæ, cui Populus pro veneratione Imaginum Beatissimæ Virginis, & Sanctorum frequentiùs accurrit, ob defectum eleemosynarum, Beneficia unire possunt, ut ex Garz. *de Benefic.par.12.cap.2.nu.79.* dixit *Rota in Mediolanen. Beneficiorum coram* Albergato.

gato Decano, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 307 *num.* 4.

1661. 30. Mar. —— Abbates Regulares, Priores, Guardiani, aliive Superiores parvorum Conventuum, qui vigore Decreti Innocentii Decimi *Ut in parvis* supra positi, & editi 1654. 10. Febr. subiiciuntur jurisdictioni Ordinarii, tenentur accedere ad Synodum, quando ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato vocantur, prout declaravit *Alexander VII. apud* Fagnan. *in cap. Quando, num.* 64. *de Offic. Ordin. citatum à* Monac. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 3. *num.* 4. 1348

1661. 4. Maii. —— Archidiaconus licèt, Sede Episcopali vacante Ordinarii vices expleat, ob promotionem tamen ad Episcopatum, Concursum super Parochiali indicere non valet, si adsit speciale Decretum, quod Dignitas Archidiaconalis in ipso promotionis actu vacet. *Rota in Gerunden. Parochialis coram* Verospio, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 322. *num.* 17. 1349

1661. 10. Iun. —— Solutiones à quolibet Fonte Baptismali ratione Olei, & Sancti Chrismatis erogatæ (ubi est solitum) situationẽ intra limites Diæcesis Episcopi benè concludunt: Chrisma enim, & Oleum Sanctum non nisi à proprio Diæcesano recipiuntur, *cap. Presbyteri qui Diacesano* 123. *de consecr. dist.* 7. Calderin. *cons.* 4. *de Privil. apud Rotam in Toletana Iurisdictionis coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 334. *num.* 9. & 10. 1350

1661. 15. Jun. —— Episcopi judicium certis rationibus detectum irrationabile, nihil operatur. *Rota in Murana Congrua coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 347. *nu.* 5. *ex* Seraph. *decis.* 173. *n.* 2. 1351

1661. 15. Jun. —— Episcopus, quando duæ sunt Cathedrales, residendo in una potest explere factum alterius, ut ex Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg.* 54. *num.* 131. & *ex* Gratian. *discept.* 655. *num.* 44. dixit *Rota in Valven. Praeminentiarum coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 346. *num.* 2. 1352

1661.15.Iun. —— Episcopus Civitatum Cathedralium tenetur mulctas, & pænas delinquentium uniu. Diæcesis applicare locis piis ejusdem Diæcesis, ad præscriptum Concilii Tridentini *cap.3. de reform sess.25.* ut resolvit *Rotam in d. Valven. coram eod ibid num. 7.*

1661.1.Oct. —— Clericus, qui de homicidio inquisitus, indicia torturæ diluit, durante nihilominu communi existimatione Populi illum pro homicida reputantis, censendus est irregularis, ita ut promoveri nequit. *Congr.Conc.in Navarien.Dimissoriarum ad Ordines apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon.Jac. Pignatel.par. 1.tit.* de Irregularitate, *pag.570. ubi ait, quod* licèt David esset ex stirpe Sacerdotali, attamen propter homicidium exclusus fuit ab ædificando Dei Templo, & al Altaris ministerio, *ex 1. Paralip.cap.28.vers.3.ubi Deus autem dixit mihi: non ædificabis Domum Nomini meo, eò quod sis Vir Bellator, &* sanguinem *fundens.*

1661.1.Oct.—— Episcopus visitat etiam per suum Subdelegatum Monasteria, & Parochiales exemptas tanquam in hac parte Delegatus Sedis Apostolicæ absque eo possint exempti Subdelegatum recusare quoties exhibeat specialem facultatem in scriptis *Congr. Conc. in Passavien.* juxta Fagnan. *in cap.Quoniam, num.27.& 35. de offic. Deleg. apud* Monacel *in Formular.leg.pract.par.1.tit.12.form.9.num.4. e.* Pignatel. *consult.7.num.19.& 29.tom.7.*

1662.27.Ian. —— Ordinarius tanquam Delegatus Apostolicus in vim Concilii Tridentini *sess.24.de reform.cap.11.* & per Constitutionem Gregorianam *§.Idcircò*, potest etiam extra Visitationem Vicarios, seu Capellanos amovibiles sæculares, & Regulares administrantes curam Animarum annexam Commendæ Hierosolymitanæ, in iis, qu respiciunt dictam Animarum curam, & Sacramentorum administrationem, corrigere, punire, coer-

coercere, ac aliter, ut opus fuerit, providere: nec non vigore dictorum Concilii, & Constitutionis, Ministri servientes adscripti, Procuratores, & Familiares, qui habitant in Civitate, & extra Domum dictæ Commendæ, subjacent jurisdictioni Ordinarii, tanquam Delegati Apostolici, tam in Civilibus, quàm in Criminalibus, & mixtis, quia non habent cumulativè tria requisita, quorum duo in hac specie deficiunt, nam habitant in Civitate extra Domum Commendæ, nec vivunt sub obedientia Commendatarii: & tamen ad hoc, ut non intret exemptio, defectus unicus ex dictis requisitis sufficit. *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, §. *Non obstat*, & §. *Quibus non adversatur*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. pur.* 1 *tit.* de Equitibus, *pag.* 272. *&* 273.

1662. 11. Mar. —— Potest Episcopus statuere, ut lectiones à Canonico Theologo non in Cathedrali Ecclesia, sed in Palatio Episcopali habeantur: non tamen potest cogere Regulares, in quorum Monasteriis lectio Sacræ Scripturæ minimè habetur, ut lectionibus per Canonicum Theologum habendis intersint. *Congr. Conc. in Possanen. Lectionis apud* eund. *ibid. tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 114. 1357

1662. 11. Mar. —— Censenda est valida, & in præsens sortiri debet effectum unio Beneficiorum facta ab Episcopo, qui ad consulendum tenuitati Præbendarum, Dignitatum, & Canonicorum Cathedralis, nec non ad instituendas Præbendas, quibus vacabant aliqui Canonicatus ejusdem Ecclesiæ, Beneficia ipsis Dignitatibus, & Canonicatibus distributivè univit cum consensu Capituli, sine præjudicio illa tunc obtinentis, defuncto postmodum in Mense reservato, & in Curia Beneficiato, qui dicta Beneficia possidebat. *Congr. Conc. in Rhegien. Unionis apud* eund. *ibid. tit.* de Beneficiis, *pag.* 36. *ubi ait*, *quod* constare tamen debet de tenuitate 1358

Præbendarum, in qua non creditur Episcopo.

1662.1.Apr. —— Ad supplendum Magistratui absenti in lotioni manuum Episcopo possunt subrogari alii Nobiles Viri, quibus tamen locus in scamno Magistratus minimè assignetur. *Congr. Rit. instante Episcopo Maceratensi apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Præcedentia, *pag.* 255.

1662.28.Apr. —— Acta positiva Episcopi non possunt nocere Ecclesiæ, & tunc minus eidem nocent, quando ejus nomine non fuerunt inita. *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Taja, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 440. *num.* 19.

1662.26.Jun. ——Ordinarius instituendo Præsentatum approbat Juspatronatus. *Rota in Lucana Jurispatronatus coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 492. *num.* 4.

1662.26.Jun. —— Ubi expresè non fuit delata jurisdictio Episcopis, censetur Abbati præservata, juxta doctrinam Ancharan. *in cap. Postulasti, num.* 45. *de foro compet. apud Rotam in Lucen. Jurisdictionis coram* Cerro, *decis. recent. par.* 13. *decis.* 493. *num.* 5.

1662.26.Jun. —— Episcopis non denegatur celebratio Missæ Pontificalis in quibusvis Ecclesiis Regularibus, etiam exemptis, quamvis ibidem jurisdictionem non habeant, ut ex Sacra Rituum Congregatione supra relata 1603.10. Jun. tradit Modern. Pat. Diana *oper. moral. tom.* 3 *tract.* 2. *de Regul. quæst.* 109. *vers. nota tamen, apud Rotam in d. Lucen. coram* eod. *ibid. num.* 5.

1662.26.Iun. —— Licèt Abbates prohibeantur exercere Pontificalia extra eorum Ecclesiam ex Decreto Sacrę Rituum Congregationis supra posito, & edito 1659.27. Sept. hoc tamen non procedit, quandó contrarium ex Privilegio doceatur. *Rota in d. Lucen. coram* eod. *ibid. num.* 10.

1662.28.Jul. —— Causæ Matrimoniales committi solent Ordinario loci. *Congr. Conc. in Placen.* juxta

Butr.

Butr. *in cap. causam*, *num.7. de offic. deleg.* & *in cap. ex litteris*, *num.7. de divor. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 2. tit.* de Matrimonio, *pag.* 17.

1662. 5. Aug. — Sacerdotes tam Sæculares, quàm Regulares cujusvis Ordinis etiam necessariò exprimendi Missas privatas pro Defunctis, seu de *Requiem*, in duplicibus nullatenus celebrare audeant, vel præsumant: Quod si ex Benefactorum præscripto Missæ hujusmodi celebrandæ incidant in festum duplex, tunc minimè transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de Festo currenti cum applicatione Sacrificii, juxta mentem eorundem Benefactorum: Curentque Ecclesiarum Rectores, Sacristæ, aliique, ad quos pertinet, ut hujusmodi Decretum inviolatum servetur, & in Sacristia affixum retineatur, ubi commodè ab omnibus celebrare volentibus conspici, & legi possit: in eos autem, qui contrafacere ausi fuerint, vel præmissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii, tum Sæculares, tum Regulares pro modo culpæ animadvertant. *Congreg. Rit. approbante Alexandro VII. apud* Gavant. *in Thesaur. Sacror. Rit. par. 1. in fine*. 1366

1662. 23. Aug. — Non potest Episcopus cogere Clericos minorum Ordinum ad suscipiendos Sacros Ordines. *Congr. Immunit. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2 tit. 13. form. 3. num. 45. ubi quod* neque in Ordinibus conferendis promissiones Sacros Ordines suscipiendi ab ordinatis recipere, & ob inobservantiam promissionis eos privilegiis Clericalibus privare, *ex eàd. Congreg. in Hyeracen. 1642. 12. Aug.* quia in malis promissis non expedit fidem observare, Dyn. *de reg. jur. c. in malis*, & axioma dicit, *in malis promissis rescinde fidem*, *in turpi voto muta decretum*, *c. in malis* 22. *qu.* 4. 1367

1662. 26. Aug. — Non potest Episcopus abbreviare 1368

terminum in Edicto præfixum pro concursu Parochialis. *Congr.Conc.in Charien. apud* Pascucc. *par.* 1. *tit.* de Concursu Paroch. *pag.* 191. *ad* 1. *ubi addit rationem, scilicet, quia* cùm terminus decem dierum datus sit à lege, nempe à Concilio Tridentino *sess.*24. *cap.*18. *de reform.* sine Judicis ministerio, nequit Judex illum restringere, cùm non sit supra legem: Secus verò in illo prorogando, quia in Tridentino *ibidem* dicitur, *vel aliud tempus ab ipso Episcopo præscribendum*, & sic datur ministerio Judicis, ejusque arbitrio committitur.

1662.18.Nov. — In participantibus de massa communi habent locum pænæ non residentium tam in Iure communi, quàm à Concilio Tridentino inflictæ: ideoque eisdem participantibus non potest Episcopus permittere longiorem absentiam à residentia, quàm in Canonicatibus, & aliis collativis Beneficiis eam requirentibus ex causa indulgere potest. *Congr. Concil. in Asculana Participantium apud* eund. *ibid. tit.* de Cap. & Canon. *ad* 1. *&* 2. *pag.* 123. & refert etiam Crispin. *in tract. de Visitat. Pastoral. par.*2. §.35. *num.*6.

1662.4.Dec. — Patroni probationes super Iurepatronatus in petitorio clarè non suffragantur contra Provisum ab Ordinario, tanquam de libero. *Rota in Faventina Parochialis coram* Bourlemont. *decis. recent. par.*13. *decis.*514. *num.* 15.

1662.9.Dec. — Non potest Episcopus in primo ingressu Visitationis Episcopalis compellere Regulares ad Processionem pro hujusmodi ingressu specialiter indictam. *Congr. Conc. in Anagnina Terra Carpineti apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Processionibus, *pag.* 267. *ubi addit, quod* standum est huic Decreto in hoc casu, & in hoc parendum.

1662.9. Dec. — Non potest Episcopus eodem contextu, atque unico decreto mulctare Canonicum Cathedralis, qui per ferè duos annos abfuit à sua Eccle-

Ecclesia, privatione medietatis fructuum primi anni, & integris fructibus secundi anni. *Congreg. Conc. in una Aquipendii apud* eund. *ibid. tit.* de Residentia, *pag.* 351. *ubi infert, quod* non potest eum privare Canonicatu pro anno tertio, si per triennium absfuerit.

1663. 10. Mar. —— Reliquiæ Sanctorum existentes in Ecclesiis Regularium, quæ exponuntur publicæ venerationi Fidelium, non possunt ab Episcopo visitari, eò quod non constet fuisse unquam ab ipso Visitatas, aut approbatas juxta dispositionem Sacri Concilii Tridentini *sess.* 25. *de invoc. ven. & Rel. Sanctor.* prout declaravit *Congr. Conc. in Urbinaten. apud* eund. *par.* 1. *tit.* de Canonizatione Sanctorum, *pag.* 80. *ubi addit, quod* antiquæ Sanctorum Reliquię habendæ sunt in illa veneratione, qua hucusque fuerunt: Si verò sunt novæ, Episcopus servet prædictum Concilii Decretum, neque visitet, atque cognoscat, etiam in Ecclesia exempta, teste Naldo *in Sum. verb.* Reliquiæ Sanctorum, *num.* 1. 1373

1663. 10. Mar. —— Cùm Solium Archiepiscopale pertineat ad officium Archiepiscopi, sequitur id suis sumptibus fieri, ac manuteneri debere, & non sumptibus Sacrarii Metropolitanæ. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Capit. & Canon. *pag.* 122. 1374

1663. 10. Mar. —— Potest Episcopus cogere de jure Parochos tam Sæculares, quàm Regulares ad interessendum Conferentiis Casuum Conscientiæ. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. ad cap.* 1. *sess.* 5. *de refor. apud* eund. *ibid. tit.* de Confessione, & Confessoribus, *pag.* 196. *ubi etiam*, hoc quaque procedit, etiamsi sint ad nutum amovibiles, prout censuit *Congr. Episc. in Curien.* 1651. 5. *Apr.* & ideo si renuerint, potest Episcopus procedere contra ipsos Regulares Parochos, non autem contra eorum 1375

Superiores, *ex Congr. Conc. in Segobien.* 1656. 1. *Ap*

1663. 10. Mar. —— Stante obligatione inducta ex Synodo Provinciali, quod Confraternitates laicales interesse debeant omnibus Processionibus ordinariis, quatenus ab Archiepiscopo vocentur: & stante consuetudine interveniendi omnibus Processionibus, non possunt ab Archiepiscopo per edictum compelli ad interveniendum dictis Processionibus, ne aliàs dicta Synodus, & consuetudo reddantur elusoriæ. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. ad cap.* 13. *sess.* 25. *de Regular. apud* eund. *ibid. tit.* de Confraternitatibus, *pag.* 200.

1663. 10. Mar. —— In Edicto, quod nemo ingrediatur Monasteria Monialium, vel cum ipsis loquatur sine licentia Episcopi, comprehenduntur Moniales exemptæ à jurisdictione Episcopi. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. ad cap.* 5. *sess.* 25. *de Regular. apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 81.

1663. 10. Mar. —— Potest Episcopus juxta Constitutionem Gregorianam compellere Syndicos, & Ministros Monasterii Monialium Regularibus subjecti ad exhibendos libros receptorum, & expensorum dicti Monasterii pro redditione rationis administrationis illius Bonorum, etiam sine præsentia Ministri Provincialis, cui subest dictum Monasterium, quatenus interpellatus recuset interesse. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. & antea in Forosempronien.* 1662. 11. *Mar. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 100.

1663. 10. Mar. —— Potest Episcopus claudere fenestras, ac erigere murum Viridarii Regularium, quia supereminent Monasterio Monialium, quas ipsi Regulares inspiciunt, & quidem sumptibus, cui de jure. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. ad cap.* 5. *sess.* 25. *de Regular. apud* eund. *ibid. tit.* de Regularibus, *pag.* 310.

1663. 10. Mar. —— Remedia Canonica præscripta à Sacro

cro

cro Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 18. *de reform.* pro erectione Seminarii, æquè procedunt in ejus conservatione, ita ut omnes illi, qui coguntur contribuere Seminario erigendo, compelli possunt ad contribuendum ejus conservationi. *Congreg. Conc. in d. Urbinaten. apud* eund. *ibid. tit.* de Seminario, *pag.* 384.

1663.30.Mar.— Fratres universi, & singuli Ordinis Prædicatorum ubique terrarum existentes, priusquàm ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines ascendant, ætatem ad tales Ordines suscipiendos per Concilium Tridentinum requisitam omnino explevisse debent, nisi cum aliquibus nominatim, & in casu singulari per litteras Apostolicas in forma Brevis toties quoties impetrandas, & Ordinatori exhibendas, super hujusmodi ętatis defectu canonicè dispensatum fuerit. *Alexander VII. in Bullar. tom.* 5. *Constit.* 143. *qua incipit* Creditæ Nobis. 1381

1663.30.Mar.— Facultates, si quæ jam datæ sint, sive in posterum dentur Episcopis, & Archiepiscopis conferendi majores Ordines hujusmodi ante legitimam ætatem, ad Fratres dicti Ordinis Prædicatorum nequaquam extendi censeantur, neque his ibi, aut ullibi suffragari possit ad ullum prematuræ Ordinationis effectum quæcunque communicatio Privilegiorum cuicunque Religioni cō cessorum, aut concedendorum. *Alexander VII. ibid.* 1382

1663.10.Maii.— Non potest Episcopus prohibere Confraternitatibus laicorum erectis authoritate ordinaria, ne faciant expensas extraordinarias excedētes summam scutorum viginti sine sua licentia: nec, si eleemosynæ ab ipsis Confraternitatibus distribuendæ in victum, & alimenta pauperum sint tenuissimæ, eædem Confraternitates possunt compelli ad subveniendum pauperibus Monasterii ex aliis redditibus, qui supersunt necessitatibus earundem Confraternitatum. *Congr. Conc. in Urbinaten.* 1383

ad

ad cap. 9. sess.22. de reform.apud Pascucc. *in Compen. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel.par.1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.494.*

*1663.10.*Maii. —— Non potest Episcopus, nisi habeat Privilegium speciale, compellere Regulares ad exhibendos libros Sacristiæ, in quibus adnotantur celebrationes Missarum, ad hoc, ut ex iis constare possit de satisfactione obligationis debitæ ex legato pio. *Congr. Conc. in d. Urbinaten. ad cap.7.sess. 22.de reform.apud* eund.*par. 2. tit.* de Missę Sacrificio, *pag.46. ad 2.*

*1663.28.*Maii. —— Reservatio unius actus facta Episcopo, arguit jurisdictionem in aliis actibus ad favorem Abbatis, juxta theoricam Bartol. *in l. quæsitum, §.denique, de fund. instruct.*& ideo Abbati censetur præservatum id, quod expresse non fuit Episcopo attributum. *Rota in Lucen.Jurisdictionis coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.14.decis. 71. num.5. & 6.*

*1663.12.*Jun. —— Capella Carcerum, vel contigua Carceribus non gaudet immunitate, ut resolvit *Congr.Immunit. in Tudertina apud* Pascucc.*par.1 tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.368.*

*1663.25.*Iun. —— Abbas in Territorio ad sui favorem separato est Diæcesanus, & Ordinarius, ut erat Episcopus ante separationem, Gloss. *in Clem.1. §. volumus, de constit. in 6.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst.24. num.127. & 132. apud Rotam in Astoricen. Iurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis.recent.par.14. decis.99. num.4. ubi num.7.dictum fuit, quod* Abbas compromittendo jura suæ Ecclesiæ per Privilegium quæsita, non potest illi, & successoribus præjudicium inferre, ad text. *in cap. veniens, de trans.* Franch. *in cap.1. sub num. 23. limit. 11.de reb. Eccles. non alien.* Rebuff. *tit. de alienat. rer. Eccles.* Natt. *cons.508.num.26.*

*1663.4.*Aug. —— Licèt Episcopus non celebret, sed tantùm assistat Missæ solemni, Celebrans debet ad Con-

Confessionem respondere Episcopo usque ad *Indulgentiam* inclusivè, non verò simul cum illo dicere *In nomine Patris, &c.* ut declaravit *Congr. Rit. apud* Gavant. *nouiter inpressum, tom.2. ante tabul.1. Ordinis perpet. ad VII.*

1663. 4. Aug. —— Finito Evangelio Missæ solemnis, cui assistit Episcopus cum Cappa, thurificandus est Celebrans, non verò Episcopus. *Congr. Rit. apud* eund. *ibid. ad VIII.* 1389

1663. 14. Aug. —— Episcopus nequit deputare Parochialibus Ecclesiis eos, qui habent Beneficia, quibus assignatæ sunt Distributiones quotidianæ, quia sunt incompatibiles cum Parochialibus. *Cong. Conc. in Campanien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par.1. tit.* de Cap. & Can. *pag.122.* 1390

1663. 14. Dec. —— Episcopalem jurisdictionem ubique suæ Diæcesis locorum exequi permittitur Episcopo, à cujus libertate pendet, Sedem in quacumque illius parte constituere, ad text. expressum *in cap. cùm Episcopus, de offic. ordin.* & Gloss. communiter recepta *in Clem. 1. in verb. aut earum parte, de foro compet.* in nihilo refragante, quod duę prætendantur Diæceses simul unitæ, quia una tantùm censetur, ac jurisdictio pro tota, & individua reputatur quoad Episcopum, qui licèt pluribus præsit Ecclesiis, unus tamen Pastor dicitur, atque unus Prælatus, *cap. & temporis 16. qu.1. cap.1 ubi* Gloss. *in verb. veniendo, ne Sed. vac.* Gloss. *in Clem. 2. in verb. Ecclesias, apud Rotam in Tirasonen. Jurisdictionis coram* Vicecomite, *decis. recent. par. 14. decis. 115. num. 2. & 3.* 1391

1664. 3. Mar. —— Cùm Ordinarius habeat facultatem privandi de Beneficiis restrictam, & limitatam ad casus detectæ incorrigibilitatis, ex Decreto Tridentini *sess. 21. cap. 6. de reform.* vers. *eos, qui turpiter,* non permittitur ei privatio in aliis casibus non expressis, per Gloss. communiter receptam *in cap. fin. de Iurepatr.* Ricc. *decis. 25. num.1 par.3. num.10.* 1392

apud

apud Rotam in Camerinen. Canonicatus coram Vicecomite, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 147. *num.* 14.

1664. 5. Mar. —— Locorum Ordinarii, eorumque Vicarii generalem Librorum prohibitorum Indicem noviter impressum, vulgandum, & observandum pro viribus curent, memores, ad officii sibi commissi munus pertinere, ut Oves Dominici Gregis tam à pabulis perniciosis arceantur, quàm salutaribus impleantur, à quo si (quod absit) per malitiam, aut negligentiam cessent, omnium malorum, quæ inde gravissima, & maxima oriri necesse est, districtam sibi apud severum Iudicem reddent rationem. *Alexander VII. in Bullar. tom.* 5. *Constit.* 150. *quæ incipit* Speculatores.

1664. 21. Maii. —— Supervenientibus inimicitiis inter Sponsum, & Sponsam, non debet Sponsus ad propriæ promissionis implementum, sub metu Censurarum arctari, ut tradit Abb. *in cap. ex his, num.* 8. *de Sponsal.* asserens tali casu, ut majus malum evitetur, posse ab Ecclesia minus substineri, Butr. *in cap. requisivit, num.* 3. *ad fin. & num.* 4. ubi & Hostien. *n.* 3. *cum seqq. eod. tit.* aliiq; quamplures citati à *Rota in Corduben. Matrimonii coram* Verospio, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 185. *num.* 1. 2. & 3. *ubi num.* 4. *dictum fuit quod* pia Ecclesia non consuevit admittere Censuras contra non implentem Sponsalia ex justis caussis, quando spretus earum præberetur occasio, vel nasceretur per Matrimonium coactè initum gravius malum, justa text. *in d. cap. requisivit, num.* 17. *ad finem, de Sponsal.* Gabr. *consl.* 186. *n.* 11. *lib.* 2. Card. Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 9. & 13.

1664. 20. Oct. —— Intra fines Italiæ, & Insularum adjacentium Generalibus, Provincialibus, Abbatibus, & quibuscunque aliis Superioribus Regularibus, quibus cura, & regimen Monasteriorum Sanctimonialium quovis modo incumbit, intra septa eorumdem Monasteriorum nullatenus ingredi liceat, nisi ex causa Visitationis localis, & hoc semel

tan-

tantùm in anno, ita ut in eo anno, in quo unus ex memoratis Superioribus visitaverit, alius Superior à Visitatione hujusmodi se omnino abstineat *Alexander VII. in Bull. tom. 5. Constit. 156. quæ incipit* Felici, *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 13. num. 2. & seqq.*

1664. 20. Oct. —— Si ob Clausuram, quæ à Sacra Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis curæ, & vigilantiæ Episcopi in primis committitur, aut ob aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quàm cum præsentia Episcopi Diœcesani, vel alterius Personæ Ecclesiasticæ sæcularis, boni exempli, ac maturę ętatis, ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ. *Alexander VII. ibid.* 1396

1664. 20. Oct. —— Visitet Superior Regularis interiorem Clausuram per se ipsum, non autem per alium, etiamsi fuerit legitimè impeditus: quo casu differatur Visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum: & Visitationem celeriter, & unica die, debita tamen cum diligentia, absolvat: nec ante ortum Solis eam incipiat, nec post occasum protrahat: nec ipse Visitator, neque ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. *Alexander VII. ibid.* 1397

1664. 20. Oct. —— Si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis: si alius à Generali, unum tantùm, exclusis omnibus aliis, etiam ratione officii: qui quidem Socii assumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu Visitationis à Visitatore nunquam separentur, sed eum aspicere, & ab ipso aspici semper possint. *Alexander VII. ibid.* 1398

1664. 20. Oct. —— Visitatori assistant quatuor Moniales ex senioribus Monasterii, quæ similiter, Visitatione durante, nunquam separentur à Visitatore, & Sociis: reliquæ verò Moniales, & quæ-

cunque

cunque aliæ Mulieres, & Puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro, antequam Visitator ingrediatur interiorem Clausuram, & in eo permaneant durante Visitatione, & quousque idem Visitator cum Sociis è Monasterio exierit: ideoque curet Visitator, ut tempestivè admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta de præstituta die, & hora Visitationis. *Alexander VII. ibid.*

1664. 20. Oct. —— Visitatio verò Personalis fiat ad Crates, & omnino extra Clausuram Monasterii, & per ipsummet Superiorem dumtaxat, ut supra dictum est de Visitatione interioris Clausuræ. *Alexander VII. ibid.*

1664. 20. Oct. —— Si Monasterium Sanctimonialium sit extra menia Urbis, vel Oppidi, & Monasterium Regularium virorum, quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta mænia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commodè fieri possit, mansiones ad usum Confessoris, quæ non sint conjunctæ, seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus disjunctæ, non solùm per parietes, sed etiam per tecta; sin autem utrumque Monasterium sit intra menia, & unum ab altero, Episcopi judicio, multùm distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut supra distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium, distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda; ita tamen, ut in mansionibus Confessoris, sive intra, sive extra mænia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio, alii Regulares, etiamsi Superiores sint, minimè pernoctent. *Abexander VII. ibid.*

1664. 20. Oct. —— Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pænam excommunicationis, & privationis omnium Officiorum, quæ obtinet, ac per-

perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ absque alia declaratione incurrat: & nihilominus nullis Privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat. *Alexander VII. ibid.*

1665.16.Mar. —— Prælatus sine Beneplacito Apostolico Jura suæ Ecclesiæ alteri concedere non potest. *Rota in Navarien. Parochialis coram* Emerix, *decis. recent.par.*14.*decis.*284.*num.*7. 1493

1665.20.Apr. —— Unio Parochialis pleno jure apud Monasterium, & Iurisdictio Episcopi simul stare possunt, ut in terminis notarunt Imol. *in cap. de Monach.num.*6. *de Praben.* Rebuff. *in prax. benefic. par.*1. *tit. de union.Benefic.gloss.*11.*num.* 13. & rectè explicat Flores de Men. *var.qq.lib.*1. *quest.*10.*num.* 1. Ricc. *in prax. var. resol. tom.*1. *resol.*293.*numer.*4. *vers.*4. *conclus.* Petr. de Murg. *quast. Pastoral. par.*1. *quast.*2.*divis.*1.*num.*47. *apud Rotam in Pampilonen. Vicaria coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 293.*num.* 2. 1404

1665.4.Maii —— Episcopus etiam in aliena Diæcesi Decimas exigere aliquando potest, ut ex *cap.* 1. *de prascript. in* 6. dixit *Rota in Chelmen. Decimarum coram* Taja, *decis.recent.par.*14.*decis.*297.*num.*5. 1405

1665.22.Maii. —— Ordinarius providens de Beneficio motu proprio, non ad supplicationem, censetur certam scientiam præcedentis vacationis per obitum habuisse. *Rota in Leodien. Canonicatus coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 329. *num.* 11. 1406

1665.22.Iun. —— Pensio per Episcopum est solvenda, quoties fructus ex Episcopatu, cui Pensionis onus impositum est, percepit pro rata cum Pensionario. *Rota in Neritonen. Pensionis coram* Taja, *dec. recent.par.*14.*deiis.*343.*num.*1. 1407

1665.22.Jun. —— Consensus, & obligatio per Episcopum facta, non possunt operari ultra consensum Papæ, ut ex Marchesf. *de Commiss.par.1.fol.627.num.8.* dixit *Rota in S. Severini Congrua coram* Ottalora. *decis.recent.par.14.decis.* 342.*num.7.*

1665.22.Jun. —— Episcopus Congruæ augmentum petere nequit, quando Ecclesiam cum tali onere accipit, ut latè Rebuff. *de Congrua, qu.* 12. *num.* 91.*apud Rotam in d. S. Severini coram* eod. *ibid.num.* 9. *ubi num.seq. dictum fuit, quod* hæc regula non habet locum in Congrua debita, ne vilescat Dignitas Episcopalis, & sic ne fiat præjudicium Ordini, ex Adden. *ad Gregor. decis.* 479. *num.8.vers.* tamen hoc procedit.

1665.22.Iun. —— In Congrua pro Episcopo taxanda ratio onerum haberi debet, ut firmat latè Rebuff. *de Congrua portione, num.62.& seqq. apud Rotam in d. S.Severini coram* eod. *ibid. num.*18.

1665.22.Jun. —— Episcopus, qui suis sumptibus sustentari potest, ab Ecclesia stipendia accipere non debet, ut inquit Hieronymus relatus *in cap. Clericos* 61.*qu.2. cap.si quis ead. caus.& qu. cap. illa autem, cap.si privatim* 12.*qu.1.cap.ult.*15.*qu.1. apud Rotam in d. S.Severini coram* eod. *ibid.num.* 21.

1665.25.Jun. —— Non potest Episcopus parvos Conventus visitando, aliquid accipere procurationis nomine, seu in pecunia, seu in victualibus, ut declaravit *Congr. Episc. cum approbatione Sanctissimi, apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.3.tit.2.form.* 9.*num.* 11.

1665.26.Jun. —— Prælatus ante cofirmationem administrando, incurrit in sententiam Canonis, & privationem cujuscunque Juris, quod habuit ex electione, per text. *in cap.Avaritiæ cæcitas, de elect. in* 9. Lotter. *de re benefic.lib.1.quæst.27.num.6.* Gonzal. *ad reg.Cancellar.gloss.15.num.52.* Tamburin.*de Jur.Abbat.tom.1.disp.6.quæsito 1.num.1.& seqq. apud Rotam in Leodien. Canonicatus Aquisgranen. coram* Al-

Albergato Decano, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 355. *num.* 4.

1665.22.Aug. — Potest Episcopus statuere contra Clericos recitantes in Comœdiis prophanis pœnam Excommunicationis ferendæ sententiæ, ut declaravit *Congr. Conc. in Sulmonen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 5. *num.* 2. 1414

1665.24.Sept. — Damnatæ sunt sequentes Propositiones ab Alexandro Septimo, quarum prima cæteris omissis: *Prælati Regulares possunt in foro Conscientiæ absolvere quoscunque Sæculares ab Hæresi occulta, & ab Excommunicatione propter eam incursa.* In Bullar. tom. 5. Constit. 162. quæ incipit *Sanctissimus*, num. 4. 1415

1665.24.Sept. — Secunda: *Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia Collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica interveniente pecunia, non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.* Ibidem, *num.* 22. 1416

1665.26.Sept. — Si quis accedens ad Presbyteratus Ordinem, sibi videatur, Episcopum non protulisse super se sufficienter verba substantialia primæ formæ, nimirum, *Accipe potestatem celebrandi, &c.* ac propterea absque formidine de opposito crederet non esse ordinatum, Sacramentum Ordinis hujusmodi reiterandum esse censuit *Congr. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Ordine, *pag.* 169. 1417

1665.15.Oct. — Abbates Generales Congregationis Olivetanæ Ordinis S. Benedicti, tam in Romana Curia, quàm extra eam, ac ubique locorum residentes, & morantes in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, nec non quibusvis Actibus, & Processionibus, etiam coram Summo Pontifice, etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam, & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis Olivetanæ, unà cum Pileo, & Bire- 1418

to Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. *Alexander VII. in Bullar. tom.5. Constit. 101. quæ incipit* Decet.

*1665.16.*Nov. —— Non potest Episcopus carcerare Regulares renuentes, & impedientes extractionem Rei à suis Ecclesiis, sed si carceraverit, debet eos consignare Superioribus Regularibus, qui tenentur ipsos transmittere ad Urbem, & interim facere certiorem *Congr. Immunit. in Cathanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par.*1 *tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*367.

*1666.23.*Ian. —— Legati de latere non possunt jurisdictioni Ordinarii præjudicium inferre. *Congr. Conc. in Ravennaten. Visitationis, apud* eund. *par.* 2. *tit.* de Visitatione, *pag.*434.

*1666.23.*Ian. —— Episcopi judicio circa justam causam non residendi standum est, ut ex Decreto Sacræ Congregationis Concilii relato per Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.*24. *num.* 91. & per Ciarl. *contr. form. par.*1. *cap.*26. *num.*22. dixit *Rota in Varmien. Distributionum coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 390. *num.*5.

*1666.27.*Febr. —— In suscipiendis Ordinibus est licita variatio, ita ut, qui ab Episcopo originis, seu domicilii aliquo Ordine initiatus fuit, potest ad alium Ordinem ab Episcopo Beneficii promoveri, dummodo non in fraudem. *Congr. Conc. in Fundana, & anteà* 1594. 20. *Maii, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.*2. *tit.* de Ordine, *pag.* 69.

*1666.17.*Mar. —— Episcopi in admissione Iurispatronatus non sunt faciles in ipsorum, & Ecclesiarum præjudicium, Gabr. *cons.*198. *num.*4. *lib.* 2. *apud Rotam in Prænestina Jurispatronatus coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.*14. *decis.*444. *num.*14.

*1666.17.*Mar. —— Episcopus habito respectu ad personam, & locum, & Constitutiones Synodales arbi-

arbitrari potest pro Clerico quantitatem Patrimonii, cujus taxatio ad ipsum Episcopum pertinet, privativè quoad alios, ut ex pluribus citatis Auctoribus dixit *Rota in Baren. Obligationis coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 439. *num.* 9. & 10.

1666.30.Mar. —— Affictuarii Mensæ Episcopalis non gaudent privilegio fori, ut declaravit *Congr. Im. munit. in Terracinen. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1 *tit.* 12. *form.* 14. *num.* 4. 1425

1666.4.Iun. —— Constitutio Episcopi promulgata de consensu totius Capituli valida reputatur, & de jure servari debet, nam de ejus potestate in condendis Constitutionibus in propria Diæcesi servandis non est ambigendum, ex traditis per DD. *in cap.* 2. ubi Gloss. *de majorit.* & *c.* 2. *de Constitut. in* 6. *apud Rotam in Valentina Annatarum coram* Cerro Decano, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 471. *nu.* 1. & 2. 1426

1666.9.Iun. —— Episcopi actus jurisdictionales in aliqua Terra exercentis jurisdictioni subjecta ea censetur, Bald. *in cap. cùm causam, num.* 9. *vers.* item per exercitia, *de probat.* Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. *de Relig. Domib. apud Rotam in Beneventana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 14. *decis.* 483. *num.* 10. 1427

1666.9.Iun. —— Abbate Clericos ordinante, & Presbyteros excommunicante sine contradictione alicujus Episcopi, infertur ad omnimodam illius jurisdictionem, ac si loca essent nullius Diæcesis, *cap. si Papa, de privileg. in* 6. Geminian. *in cap. cùm Episcopus, num.* 4. *de offic. Ordin. eod. lib.* 6. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. *apud Rotam in d. Beneventana coram* eod. *ibid. num.* 11. 1428

1666.9.Iun. —— Episcopi jurisdictio sublata non censetur, si Papa in Privilegio exemptionis inferiori Collatori concesso non separet locum ab Episcopi Diæcesi, ita ut Collator se gerat tanquam Ordinarius, Felin. *in cap. grave, num.* 2. *de Offic. Ordin.* 1429

apud Rotam in d. Beneventana coram eod. *ibid.nu.*13.

1666.9.Iun. —— Actus jurisdictionalis per Abbatem exerciti non præjudicant Episcopi jurisdictioni, quoties non constat, de illis Episcopum habuisse notitiam, *l.2.C.de servit & aqu.*Abb.*in cap. olim il 3.num.8.& 12. de restitut.spoliat.* Lotter. *de re benefic. lib.2.qu.14.num.34.apud Rotam in d. Beneventana coram eod. ibid.num.*18.

1666.9.Aug. —— Abbates Generales Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Ordinis S. Augustini, tam in Romana Curia, quàm extra eam, ac ubique locorum residentes, & morantes, in quibusvis Visitationibus, Capitulis, Sessionibus, ac quibusvis Actibus, & Processionibus, etiam coram Summo Pontifice, etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam, & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis, unà cum Pileo, & Bireto Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. *Alexander VII. in Bullar. tom. 5.Constit. 172. qua incipit* Decet.

1666.12.Nov. —— Non potest Nuncius Apostolicus inhibere ad favorem Regularium delinquentium, ac degentium in Monasteriis, & Conventibus post Decretum erectis, in quibus non degunt saltem duodecim Religiosi. *Cong. Conc. in Sypontina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel.par.2.tit.*de Nunciis Apostolicis, *pag.*126.

1666.3.Dec. —— Ordinarius si confert Beneficium Iurispatronatus, non contradicentibus Patronis tunc oritur præsumptio taciti consensus. *Rota in Fanen. Beneficii coram* Bourlemont, *decis. recent par.14. decis. 509. num. 27.*

1666.16.Dec. —— Palatium Episcopi, quamvis locatum gaudet immunitate. *Congr. Immunit. in Aquitanen. apud citat.* Pascucc. *par. 1, tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.*452. & 490.

1667.9.Mar. —— Versio pecuniæ mutuatæ in utilitatem

tem Ecclesiæ probari debet concludenter, quando Abbas contraxit, & accepit mutuum sine consensu Monachorum. *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 15. *decis:* 42. *num.* 4.

1667. 11. Mar. — Abbas Monasterii, cui fuit Parochialis unita, exercere potest omnia Iura Parochialia, prout exercere possunt alii Parochi. *Rota in Pampilonen. Iurium Parochialium coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 49. *num.* 33. 1436

1667. 11. Mar. — Episcopus non potest immutare statum Curæ Monasterio subjectæ, maximè inscio Abbate. *Rota in d. Pampilonen. Iurium Parochialium coram* eod. *ibid. num.* 36. 1437

1667. 11. Mar. — Episcopus non debet Vicarios amovibiles propriè instituere, sed tantùm prævio examine super idoneitate approbare, ut tradunt Flor. de Med. *resol.* 10 *num.* 26. Garz. *de Benefic. par.* 1 *cap.* 2. *num.* 93. *ad med.* Barbos. *de Iur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 63. *ubi num.* 48. *ait*, *quod* non debet tamen Episcopus eos approbare ad tempus, sed indefinitè, scilicet ut respectu ipsius gaudere possint Vicarii toto tempore vitæ suæ; quod intelligi debet, ut sit perpetua Vicaria, si non revocetur, & sic intelligendam collationem Beneficii manualis dicit aliis relatis Lara *de Anniverf. & Capell. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. *apud Rotam in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. num.* 37. 38. & 39. 1438

1667. 11. Mar. — Quod Episcopus voluerit mutare statum Vicarii amovibilis, illumque reddere perpetuum, non resultat ex verbis in illius institutione factis toto tempore vitæ tuæ, ut tenet *Rota in d. Pampilonen. Iurium Parochialium*, *coram* eod. *ibid. num.* 41. 1439

1667. 23. Mar. — Prælati Monasteriorum, quibus Parochiales Ecclesiæ reperiuntur unitæ, possunt nominare Vicarios etiam Regulares ad nutum cum approbatione tamen Ordinarii. *Rota in Pampilonen. Vicaria coram* Cerro Decano, *decis. recent.* 1440

par. 15. *decis.* 62. *numer.* 2.

1667.23.Mar. —— Vicarius in Ecclesia Parochiali Regulari unita, potest ad libitum Abbatis amoveri, quoties unio detegitur fuisse plenaria, quam talem esse desumitur ex signis, & conjecturis, si deficit instrumentum Unionis, quibus recurritur, quoties dubitatur, cujus naturæ sit, & quomodo fuerit facta Unio, juxta Anchar. *cons.* 114.*num.*3. *vers. tertio casu*, & sequitur Felin. *in cap. translato*, *num.* 6. *vers. & in dubio*, *& num.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.*6.*præsumpt.* 8.*num.*6. *apud Rotam in d. Pampilonen. coram* eod. *ibid. num.*9.

1667.23.Mar. —— Unio Parochialis Monasterio facta non præjudicat Episcopo in Iuribus suis, non enim repugnat unioni, quod ipse in concernentibus Curam Animarum, suam jurisdictionem exerceat. *Rota in d. Pampilonen. coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.*15.*decis.*65.*num.* 25. *&* 26.

1667.23.Mar. —— Ordinarius in Parochialibus Monasterio unitis procedere potest & uti Ordinarius, & uti Delegatus. *Rota in d. Pampilonen. cor.* eod. *ib. num.*27. *ubi etiam quod* Actus exerciti ab Ordinario in dd. Parochialibus Ecclesiis compatiuntur cum ipsa Unione.

1667.4.Maii. —— Dismembrationis defectum in unione Beneficii Seminario facta supplet Episcopus de proprio patrimonium assignans. *Rota in Legionen. Beneficii coram* Emerix, *dec. rec. par.* 15. *dec.* 101 *nu.*9.

1667.23.Maii. —— Potest Episcopus visitare Montem Pietatis seorsim ab Officialibus laicis aliàs forsan visitare solitis, & absque eorum consensu decernere, quæ ad bonum regimen ejusdem Montis expedire censuerit, *Congreg. Conc. in Forosempronien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.*2.*tit.* de Monte Pietatis, *pag.*118.

1667. 23. Maii. —— Quando Episcopus prædictum Montem Pietatis visitat, potest Canonicos illos duos, sive alias duas Personas Ecclesiasticas secum

du-

ducere, quas earumdem consilio utendi, & Episcopalis Dignitatis servandæ gratiâ adhibet in Visitatione Ecclesiarum; aliorumque piorum Locorum suæ Diœcesis. *Cong. Conc. in d. Forosempronien. apud* eund. *ibid.*

1667.1.Iun. —— Episcopus uti Delegatus Sedis Apostolicæ si non procedit per viam dismembrationis, potest Ecclesiam in suum pristinum statum reducere. *Rota in Reginen. Parochialis coram* Ottalora, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 110. *nu.* 12. *ubi etiam quod* Unio facta sine causa potest ab Episcopo absque solemnitatibus retractari, ex Concilio Tridentino *sess.* 7. *cap.* 6. *de reform.* & tradunt Oldrad. *consf.* 262. *num.* 1. & 5. Ciarlin. *controv. foren. cap.* 213. *num.* 5. Tamburin. *de Iure Abbat. disput.* 15. *num.* 2. Lotter. *de re benefic. qu.* 28. *num.* 146. — 1147

1667.17.Sept. —— Conservator Regularium, qui est Presbyter Sæcularis Diœcesanus, habitans in domo propria, in causis propriis tam Civilibus, quàm Criminalibus, seu mixtis subest Ordinario. *Congreg. in Faventina Iurisdictionis apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Conservatoribus, *pag.* 206. — 1448

1667.20.Sept. —— Clerici moneantur ad incedendum in habitu, & tonsura sub pœna privationis Privilegii Clericalis, & assignetur eis terminus, quo elapso, servatis servandis procedatur ad dictam privationem. *Congr. Immunit. in Rhegien. apud* eund. *ibid. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 432. — 1449

1667.1.Oct. —— Decretum Tridentini *cap.* 17. *sess.* 25. *de Regular. & Monial.* disponens, Puellas professionem emittere non posse, antequam earum voluntatem exploraverit Episcopus, vel eo absente, aut impedito, ejus Vicarius, non comprehendit viros, si in ingressu Religionis, antequam habitum suscipiant, prætendatur à Parentibus, Consanguineis, vel Curatoribus non liberos, sed coactos fuisse. *Congreg. Conc. in una Explorationis apud* Pascucc. — 1450

fcucc. *par.2. tit.* de Regularibus, *pag.193.*

1667.16.Nov. —— Epifcopus poteft fe defendendo vim vi repellere etiã contra non Subditum. *Rota in Crotonen. Cenfurarum coram* Carpineo, *decif. recent. par.15. decif.122. num.3. ubi tamen numer. 7. dictum fuit, quod* Excommunicatio ferri non poteft ab Epifcopo contra non Subditum, etiam quod ille invafor extiterit, ut exprefsè notat Innoc. *in cap. dilecto, num.2.* Dominic. *num.10. & feq.* Anchar. *num.1. verf. & ille gladius,* Io: And. *numer. 2. verf. dum tamen Ecclefiam.*

1667.16.Nov. —— Prælatus jura fua tuendo poteft procedere contra non Subditum, fi procedit ut Pars; fecùs autem, fi procedit ut Iudex, juxta celebrem doctrinam Innoc. *in cap. venerabili, ante num. 5.* ibi: *Prudenter facit Prælatus, cui denegantur jura fua, quæ poffidet, ut Pars fi procedit, non ut Iudex, quia tunc non adftringitur ad juris ordinem fervandum,* ut refert *Rota in d. Crotonen. coram* eod. *ibid. num.8. & 9. ubi num. 10. dictum fuit, quod* fi Epifcopus contra ufurpantes jura fua ftatim devenit ad Excommunicationem, dicitur proceffiffe ut Pars, non autem ut Iudex: & extrajudicialiter proceffiffe dicitur, etiamfi pro fui animi inftructione Partes monuerit, quia citatio Partis etiam in extrajudiciali cognitione haberi poteft ad inftruendum animum procedentis: citando enim Partes, urbanius procedere dicitur.

1667.16.Nov. —— Epifcopus non eft Iudex competens in caufa fuæ Menfæ, nec procedere poteft, licèt non recufatus, quia fatis fufpectus fe reddit, ex quo proprium tractat intereffe, Abb. *in cap. cùm veniffent, fub num. 9. verf. item fi caufa, de Jud.* ubi etiam Bellam. *numer. 2. ac* Butr. *numer. 9. in fine, verf. fi caufa fpectat.* Dec. *num.55.* aliiq. citati *à Rota in d. Crotonen. coram* eod. *ibid. num.20. ubi n. feq. dictum fuit, quod* Ubi agitur de caufa Ecclefiæ, non prohibetur, quin poffit Epifcopus effe Iudex com-

competens, antequam recusetur, juxta theor. Bald. *in l. unic. num.3. vers.* quæstio stat in hoc, *C. ne quis in sua causa Judex*, quam sequitur Salicet. *num.6. ac* Angel. de Perus. *num.3.* Felin. *in d. capit: cùm venissent, num.7. de Jud.* aliiq. hoc loco citati.

1667.16.Nov. — Ut Prælatus possit esse Judex in causa suæ Ecclesiæ, considerari debet id, quod est principale, & attenditur causa propinqua, non autem remota, & inspicitur instantia, cujus nempe nomine fuerit facta, Mensæ scilicet, vel potius ejusdem Ecclesiæ. *Rota in d. Cotron. coram eod. ibid. num.24. & 27.* 1444

1667.26.Nov. — Episcopus non potest disponere de Decimis spectantibus ad Rectores Ecclesiarum sine consensu eorum: & hic consensus in hujusmodi dismembratione non probatur ex enunciativa Episcopi, cui ideo non creditur, si asserat, id fecisse cum consensu Parochi. *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Ottalora, *decis. recent. par. 15. decis.126. num.7. & 8.* 1455

1667.10.Dec. — Promotor Fiscalis Episcopalis prætendens vacationem Beneficii ob incompatibilitatem assecutionis alterius, tenetur probare pacificam possessionem utriusque. *Rota in Premislien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. par.15. decis. 357. num. 5.* 1456

1667.12.Dec. — Ordinarius non potest conferre Beneficium Jurispatronatus tanquam devolutum, eo quia elapserit semestre, vel quadrimestre, si hoc processit ex lite inter ipsos Præsentatos. *Rota in Adrien. Beneficii coram* Ottalora, *decis. recent. par.15. decis.148. num.17.* 1457

1667.20.Dec. — Episcopus non concedit inhibitionem Clericis conjugatis non habentibus requisita: & quoad Tertiarios Collegialiter non viventes, de jure non gaudent privilegio fori. *Congr. Immunit. in Tudertina, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consul. Canan. Jac. Pign. par.1 alt.* de Immun. Eccles. *pag.442* 1458

1667.20.

1667.20.Dec. — Non potest Episcopus prohibere, ne cæteri Notarii, præter solum Cancellarium Episcopalem possint rogari de Instrumentis, quæ commodum locorum piorum concernunt. *Congr. Immunit. in d. Tudertina, apud* eund. *ibid. pag.* 443.

1667.20.Dec. — Episcopus post introductam causam in foro sæculari, non potest inhibere, tam inter laicum, & laicum, quàm ad favorem Clerici, vel Personæ privilegiatæ, eam dumtaxat ob causam, quod sint conjuncti, sive affines interesse habentis in causa. *Congr. Immunit. in d. Tudertina, apud* eund. *ibid.*

1667.20.Dec. — Si sit facultas ex consuetudine adeundi forum Ecclesiasticum, vel sæcularem, nequit prohiberi ab Episcopo, ut adiri valeat forus sæcularis, etsi sub prætextu, quod agatur de debitis contractis per laicos ratione Beneficiorum. *Congr. Immunit. in d. Tudertina, apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 3. *Eugenii III. sect.* 1. *num.* 21. *pag.* 573.

1668.24.Jan. — Validæ sunt Censuræ ab Episcopo pro tuitione jurium suæ Mensæ vim vi repellendo, & servatis servandis latæ contra Ecclesias ob damna ab eis illata Bonis ejusdem Mensæ sitis in aliena Diœcesi. *Congr. Immunit. in Consentina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Episcopis, *pag.* 253.

1668.6.Febr. — Patrimonium alicui donatum ob susceptionem Sacrorum Ordinum, retrodonari non potest absque consensu Episcopi ut ex Cutello *in tract. de donat. discur.* 2. *partic.* 12. *num.* 39. *& seqq.* dixit *Rota in S. Severini Census coram* Varesio, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 179. *num.* 6.

1668.20.Febr. — Visitationes Ecclesiarum factæ ab Episcopo in locis exemptis intelliguntur jure delegato Sedis Apostolicæ. *Rota in Beneventana Ecclesia coram* Taja, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 185. *num.* 8.

1668.20.Febr. — Portio Canonica Episcopo debita est

est quarta pars omnium Decimarum juxta text. *in cap. conquerente, de offic. Ordin. & cap. de quarta*, ubi DD. *de praescript.* Moneta *de Decim. cap. 7. n. 14. apud Rotam in Bononien. Primitiarum, seu Decimarum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 15. decis. 180. num. 5.*

1668. 14. Mar. —— Uniendi facultas non competit inferioribus Episcopo, ex alleg. apud Lotter. *de re benefic. lib. 1. quaest. 28. num. 12.* & Barbos. *de potest. Episc. alleg. 66. num. 1. apud Rotam in Urgellen. Parochialis coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 15. decis. 215. num. 11.* 1466

1668. 24. Mar. —— Episcopus Clericum ratione originis, vel domicilii alteri Episcopo subditum potest (nisi adsit fraus) ratione Beneficii, quod in Dioecesi sua obtinet, ad Sacros Ordines promovere, quamvis Beneficium ipsum ad congruam sustentationem sufficiens non sit, posito tamen, quod ad titulum sufficientis Patrimonii ordinetur. *Congr. Conc. in Castren. Ordinum, ad cap. 8. & 13. sess. 23. de reform. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Ordine, & Ordinatione, *pag. 173.* 1467

1668. 24. Mar. —— Ordinandus ratione Beneficii non indiget litteris testimonialibus Ordinarii originis, vel domicilii de vita, & moribus, aliisque requisitis, sed satis est de illis constare Episcopo ordinanti per informationem in suo Tribunali legitimè assumptam. *Congr. Conc. in d. Castren. apud* eund. *ibid.* 1468

1668. 16. Apr. —— Episcopus cessante causa Unionis potest illam dissolvere, non solùm à se factam, sed etiam à Papa, vel Legato, ut ex Petr. de Perus. & postea Rebuff. *in Prax. Benefic. de Union. revocat. à n. 15. par. 9.* Garz. *de Benefic. cap. 2. à num. 31. par. 12.* Barbos. *de Jur. Eccles. cap. 16. in fine, lib. 3.* dixit *Rota in Bononien. Dismembrationis coram* Taja, *decis. recent. par. 15. decis. 226. num. 6.* 1469

1668. 16. Apr. —— Coadjutor Episcopi in Beneficiali- 1470

bus

bus nullam habet potestatem, nisi Episcopus patiatur exilium mentis, & probetur, juxta Oldrad. *cons.44.num.3.vers.ad hac enim*, *ad* Paris. *de resignet. qu.20.à num.20.lib.7.* Barbos. *de Offic.Episc.alleg.*118. *in fine*, *vers.mihi tamen*, *apud Rotam in d. Bononien. coram* eod. *ibid.num.*17.

1668.20.Apr. —— Abbas, aliique Ministri si contrahendo, Monasterio præjudicare non potuerunt, multò minus confitendo. *Rota in Leodien. Pecuniaria coram* Ottalora, *decis.recent.par.*15.*dec.* 227.*n.*6.

1668.4.Maii —— Claudus non prohibetur ab Episcopo etiam sine dispensatione ordinari, si sine baculo, & pede ligneo incedere potest: baculus enim, & pes ligneus inducunt deformitatem, de qua text. *in can.Si quis in infirmitate*, ubi Gloss. *in verb.Claudus*, *dist.*55. juncto *Can.nullus Episcopus*, *de consecr. dist.*1. Abb. *in cap.*2.*num.* 3. *de Cleric. agrot. apud Rotam in Colonien.Canonicatus coram* Vicecomite, *decis. rec. par.*15.*decis.*231.*num.*10.

1668.11.Maii —— Ea, quæ ab Episcopo in actu Visitationis gesta sunt, licèt permultùm illis deferatur, non tamen undequaque probant, nec illis totaliter creditur. *Rota in Reginen. Parochialis coram* Ottalora, *decis.rec.par.*15.*decis.*244.*num.*8.

1668.11.Maii —— Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus potest absque aliis solemnitatibus, & causa Unionem nulliter factam retractare, omniaque in pristinum reducere: & approbare potest retractationem Unionis nullæ à suo Vicario factam. *Rota in d.Reginen.coram* eod. *ibid.n.*9. & 10.

1668.4.Jun. —— Episcopus si per solam litem Præsentatorum posset Beneficia de Jurepatronatus conferre jure devoluto, semper conferendi facultatem haberet, quod non est permittendum in præjudicium Patronorum, & Præsentatorum, ut ponderat Lap. *alleg.*78.*n.*15. & *seqq. apud Rotam in Adrien. Beneficii coram* Ottalora, *decis.rec.par.*15.*decis.*261.*num.*5.

1668.13.Jun.— Episcopus pro suo munere adimplendo non quærit licentiam ab Archiepiscopo Hostien. *rubr. de Offic. Vicar. num.* 5. Vitalin. *in Clem. unic. num.* 28. *eod. tit. apud Rotam in Novarien. Parochialium coram* Albergato Decano, *decis. recent. part.* 15. *decis.* 281. *num.* 10. 1476

1668.13.Jun.— Episcopus non potest in solidum duos Parochos constituere, neque duas Ecclesias in una, eàdemque terminatione, *cap. in Apibus* 7. *quæst.* 1. *cap. Sicut in unaquaque* 21. *quæst.* 2. *cap. Pracipimus*, § *Sicut duo*, & *in cap. plures Baptismales* 16. *quæst.* 1. *apud Rotam in d. Novarien. coram* eod. *ibid. num.* 16. 1476

1668.18. Iun.— Ordinariorum sententiis defertur plurimùm in materia Iurispatronatus, cùm illas non soleant ita de facili contra Beneficiorum libertatem, & in sui, ac Mensæ præjudicium proferre, Gabr. *cons.* 198. *num.* 4. *lib.* 2. *apud Rotam in Lucen. Parochialis coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 296. *num.* 6. 1478

1668.18.Iun.—Beneficium existens in Diœcesi alicujus Episcopi, & ad alterius collationem spectans, non dicitur esse de illa Diœcesi; Ancharan. *in cap. Si propter*, *num.* 3. *de rescript. in* 6. ubi dat exemplum de Capella existente Florentiæ subjecta Episcopo Fesulano, ut non dicatur esse in Florentia, nec Diœcesis Florentiæ, benè Abb. *in cap. super eo*, *num.* 6. *de Paroch.* Andr. Sicul. *in cap. Abbatem*, *col. fin. eod. tit. ubi quod* Beneficium exemptum non dicitur esse in loco, in quo materialiter situm est Beneficium, ut refert, & tenet *Rota in Vasionen. Prioratus coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 15. *decis.* 291. *n.* 4. & 5. 1479

1668.18.Iun.— Alternativa concessa Episcopo residenti capit Beneficia tam intra, quàm extra suam Diœcesim existentia, dummodo collatio ad eum spectet, Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 705. *in fine*, *apud Rotam in d. Vasionen. Prioratus coram* eod. *ibid. num.* 8. 1480

1668.27.Iun. —— Decimandi quasi possessio Episcopi super aliquibus bonis suffragatur etiam in toto Territorio decimabili propter causam universalem, Posth.*de manut.observ.73.num.154.cum seqq.apud Rotam in Toletana Decimarum coram* Ottalora, *decis.recent.par.15.decis.321 num.4.*

1668.15.Sept. —— Suscipiens primam Tonsuram, vel minores Ordines ab alieno Episcopo absque sui Ordinarii Dimissorialibus, & in fraudem Iurisdictionis Ordinariæ, vel Sæcularis, non privatur privilegio fori, nec Constitutio Urbana habet locum in hoc casu, sed quando quis cum falsis Dimissoriis promovetur. *Congreg. Immunit. in Theanen. Clericatus, & antea in Asculana 24.Jun. ejusd.anni, apud* Pascucc.in Compend.*ad Consult.Can.Jacobi Pignatell.par.1.tit.*de Immunit.Ecclesiast.*pag.399.*

1668.15.Sept. —— Subsidium Dotis legatum pro maritandis honestis Puellis, cum restitutione Dotis pro multiplico Montis, in casu, quo Filii non existant, nō potest dari Virginibus ad Professionē Regularē admittendis. *Congr.Conc.in Baren.Subsidii Dotalis ad cap.5.sess.25.de reform.apud* eund.*par.2.tit.*de Legatis piis, *pag.6.*

1668.26.Nov. —— Locus quilibet, seu Ecclesia semper præsumuntur esse de viciniori Diœcesi, quando tamen alius non concurrit Episcopus. *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Bevilaqua, *decis.rec. par.15.decis.340.num.3.*

1668.26.Nov. —— Confessio Abbatis, & Monachorum probat Ecclesiam, & Monasterium esse intra fines Diœcesis, & Successoribus præjudicat. *Rota in d.Beneventana coram* eod.*ibid.num.7.*

1668.26.Nov. —— Iurisdictionis Actus ab Episcopo exerciti valde conferunt ad dignoscendam qualitatem locorum subjectorum, cum sint Actus Episcopo solùm competentes in sua Diœcesi, per text. *in c.1.de Relig.Domib.apud Rotam in d. Beneventana coram* eod.*ibid.num.9.*

1668.26.

1668.26.Nov. —— Visitationes factæ ab Episcopo tanquam de Ecclesia existente in sua Diœcesi, non possunt prætendi factæ tanquam de Ecclesia exempta: & factæ ab Episcopo ante Concilium non possunt applicari jurisdictioni per dictum Concilium eidem Episcopo delegatæ, sed factæ dici debent jurisdictione ordinaria. *Rota in d. Beneventana coram* eod. *ibid. num.* 10. *&* 11. 1487

1668.26.Nov. —— Ut possit Abbas exercere jurisdictionem in Populum, & Clerum sæcularem, docere tenetur concessam sibi fuisse jurisdictionem quasi Episcopalem cum separatione Territorii, & se gerere debet tanquam Episcopus, ut habeat jurisdictionem in Laicos. *Rota in d. Beneventana coram* eod. *ibid. num.* 17. 1488

1668.26.Nov. —— Actus jurisdictionales exerciti per Abbatem in concursu cum illis ab Episcopo exercitis nihil ponunt in esse ad præjudicium ejusdem Episcopi, Bald. *in cap. querelam, num.* 7. *de elect. apud Rotam in d. Beneventana coram* eod. *ibid. num.* 21. *ubi num.* 22. *dictum fuit, quod* ad hoc, ut Abbati suffragentur, debet constare de scientia, & patientia Episcopi. 1489

1668.1.Dec. —— Clericus, qui cum litteris dimissorialibus sui Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis ab aliquo Regulari Abbate minores Ordines suscepit, fuit quidem validè promotus, sed non licitè. *Congr. Conc. in una S. Marci susceptionis Ordinis apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canon. Jacob. Pignatel. par.* 1. *titul.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 427. 1490

1669.11.Ian. —— Episcopi, si Collatio Beneficii ad eos spectaret, non præsumuntur alios diu conferre permisisse. *Rota in Bononien. Jurispatronatus coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 809. *num.* 19. 1491

1669.15.Febr. —— Ordinarius tenetur informationem recipere super legitimitate, vita, & moribus 1492

ribus promovendorum, ut ex Concilio Tridentino *cap.5. sess.23. de reform.* dixit *Rota in Pampilonen. Beneficii coram* Calataju, *decis. recent. par. 16. decis. 43. num.9. ubi num. seq. dictum fuit*, *quod* Episcopus non præsumitur, quod illegitimus promotus fuisset, nisi ille verè dispensatus fuisset.

*1669.27.*Mar. — Prælatus potest rem Ecclesiæ etiam à seipso alienatam nomine ipsius vendicare, Glos. *in c.1. verb. contractum, de restit. in integr. in 6. apud Rotam in Taurinen. seu Fossanen. Prabenda coram* Vicecomite, *decis. recent. par. 16. decis. 70. num. 22.*

*1669.10.*Maii. — Decreta facta ab Episcopo in actu Visitationis suæ Ecclesiæ, maximè attendenda sunt. *Rota in Navarien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. par. 16. decis. 90. num. 16.*

*1669.13.*Maii. — Abbatem, cui Parochialis fuerit piincipaliter unita, esse verè Parochum: & Episcopum in illius cura suam habere jurisdictionem, non implicant inter se, sed ad invicem compatiuntur ut pluribus citatis Auctoribus tenet *Rota in Pampilonen. Iurium Parochialium coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 16. decis. 93. num. 10.*

1669.14. Jun. — Assertio magni Præsulis, & adhuc vigilantissimi maturà consideratione facta relevat ab onere probandi, ad tradita per Ruin. *cons. 108. num. 19. lib.2.* Specul. *in tit. de feud. §. 1. vers. Instr.* Menoch. *cons. 745. num.8.* benè Grammatic. *decis. 59. num.27. apud Rotam in Forolivien. seu Nullius Castrorum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 16. decis. 129. num.6.*

1669.17. Jun. — Merces, & lucra provenientia ex mercaturis, & illicitis negotiationibus factis à Religiosis cujuscunque Ordinis, etiam Sæcularibus, consignanda sunt locorum Ordinariis, seu eorum Vicariis in spiritualibus Generalibus, aut Officialibus, vel Apostolicis Vicariis, seu Provicariis, qui illa in usus, & commodum Pauperum, Hospitalium, Seminariorum Ecclesiasticorum, ac Ope-

Operariorum, & non in alios usus distribuere, & erogare debeant. *Clemens IX. in Bullar. tom. 5. Constit. 35. qua Incipit* Solicitudo, §. 3.

1669. 17. Jun. —— Quibuslibet locorum Ordinariis, eorumque Officialibus, Vicariis in spiritualibus Generalibus, ac Apostolicis, & Capitularibus Vicariis ampla conceditur & libera facultas in locis eorum cujuslibet respectivè jurisdictionis publicandi hujusmodi litteras de mercaturis, & negotiationibus ab Ecclesiasticis non exercendis, ad hoc ut illarum ignorantia allegari nequeat, & allegata minimè suffragari debeat. *Clemens IX. ibid.* §. 8. 1497

1669. 17. Iun. —— Non potest Episcopus in praejudicium Ecclesiae, & Successorum declarare de habendo testes pro ritè, & rectè examinatis. *Rota in Toletana Decimarum coram* Ottalora, *decis. recent. par. 16. decis. 136. num. 6.* 1498

1669. 29. Iun. —— Superior Religionis, & Abbas potest ad sui libitum revocare reservationem sibi à Religioso factam. *Rota in Lycien. Salviani coram* Carpineo, *decis. recent. par. 16. decis. 405. num. 12.* 1499

1669. 1. Iul. —— Episcopus non potest relaxare Censuras postea quàm causa pendet in *Rota, in Beneventana Vicaria coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 16. decis. 183. num. 3.* 1500

1669. 26. Aug. —— Si aliquis Presbyter absque testamento, & absque haerede decederet, tunc Episcopus esset haeres, ad effectum tamen disponendi juxta Regulas Canonicas, ut respondit *Congr. Immunit in Burgi S. Donnini apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 17. num. 11.* 1501

1669. 20. Nov. —— Episcopus habet potestatem generalem uniendi Beneficia, *cap. exposuisti 33. de praeben.* & specialem ex Concilio Tridentino *cap. 15. sess. 24.* Episcopo tamen causam Unionis, ejusque cognitione enuncianti non creditur. *Rota in Leodien. Beneficii coram* Taja, *decis. recent. par. 16. de-* 1502

cis. 406. *num.* 6. *&* 12.

1669.4.Dec. —— Episcopus inserviens Ecclesiæ, pinguiorem cæteris potest habere distributionem, quia decoratus aliqua dignitate de majoribus, ratione servitii dignioris provenientis à digniori Persona percipere debet majus emolumentum, ut decentiùs substentetur ad differentiam aliorum inferiorum, juxta litteram text. *in cap. statuimus, de majorit. & obed.* & tradit post Vivium *decis.* 311. *num.* 1. Moneta *de distribut. quæst.* 4. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *apud Rotam in Murana Congrua coram* Bevilaqua, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 224. *numer.* 8. 9. *&* 10.

1670.12. Maii. —— Situatione Castri probata intra limites Diæcesis, resultat generalis præsumptio, illius jurisdictionem spectare ad Episcopum, quæ probatur ex antiquissimis enunciativis, ex confessione, Partis, & ex ipsomet jurisdictionis exercitio, & eò magis, quoties hujusmodi actus non possunt referri ad jurisdictionem delegatam. *Rota in Beneventana Jurisdictionis coram* Emerix, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 227. *num.* 2. *&* 3. *ubi num.* 9. *dictum fuit, quod* Actus Iurisdictionales exerciti sine scientia, & patientia Episcopi, eidem Episcopo nullatenus præjudicant.

1670.4.Iun. —— Confessio, & assertio Episcopi, quod jus conferendi Beneficia spectet ad solum Capitulum, potissimùm attendi debet: assertio enim, & cōfessio alicui præjudicialis contra ipsum asserentem, & confitentem, ejusque Successores maximè attendenda est. *Rota in Beneventana Juris Conferendi coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 16. *decis.* 244. *num.* 9.

1670.4.Iun. —— Scientia, & patientia Episcopi videntis, & permittentis collationem Beneficiorum fieri à solo Capitulo sufficit ad amittendum ejus quasi possessionem, quatenus etiam illam habuisset: hujusmodi autem scientia, & patientia quamvis non

non probetur in specie, sufficit tamen, si illa ex frequenti actorum multiplicatione deducatur. *Rota in d. Beneventana coram eod. ibid. numer. 11. & 13.*

1670. 8. Iun. —— Palatium unius Mensæ Episcopalis existentis in Territorio alicujus Diœcesis, gaudet immunitate, dum in eo habitat Episcopus. *Congreg. Immunit. in Castren. apud* Paicucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel. par. 1. tit.* de Immunitate Ecclesiastica, *pag.* 452. 1507

1670. 21. Iun. —— Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, tenentur ab Episcopo Diœcesano Benedictionem petere: Prædicare tamen possunt, quamvis illam non obtinuerint: Quod si Episcopus Benedictionem nedum non concesserit, sed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licet Regularibus prædicare, iique contravenientes ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato Censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis, in vim Constitutionis Gregorianæ supra positæ, & editæ 1622. 5. Febr. coerceri, & puniri possunt: Episcopus tamen absque justa, & rationabili causa contradicere non debet. *Clemens X. in Bullar. tom. 5. Constit. 7. qua incipit* Superna, *& referunt etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 15. num. 5.* ac Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 1. in fine, pag. 446.* 1508

1670. 21. Iun. —— Hujusmodi Benedictionem tenentur etiam Regulares petere, si in quibuscunque Oratoriis sui Ordinis Sermonem coram Populo, vel in Ecclesiis, aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum, licèt clausis januis, & nullus Sæcularis ibi intersit, habere voluerint: Potest autem Episcopus licentiam concessurus Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos quamvis ab Universitatibus, aut à Magistratibus Laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores 1509

fores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverit, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit: Potest etiam licentiam prædicandi semel iisdem concessam, ob rationabiles causas, licèt occultas, Prædicationem tamen concernentes, suspendere: non potest tamen generatim prohibere Regularibus, quin in Ecclesiis suorum Ordinum prædicent. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670.21.Iun. —— Religiosi ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium in sua Diœcesi audiendas approbati, non possunt in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis Pœnites subditi sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerint approbati: Et generaliter approbati ab Episcopo ad Personarum sæcularium Confessiones audiendas, nequaquam censentur approbadi ad audiendas Confessiones Monialium sibi subjectarum, sed egent quoad hoc speciali Episcopi approbatione: Atque approbati pro audiendis Confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè possunt audire Confessiones Monialium alterius Monasterii: itidemque Confessores extraordinarii semel deputati, atque approbati ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro unà vice audiendas, haud possunt expletà deputatione, in vim approbationis hujusmodi illarum Confessiones audire, sed toties ab Episcopo sunt approbandi, quoties casus deputationis contigerit. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670.21.Iun. —— Cæterùm in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia Instituta vivitur, possunt tam Prælati Regulares, quàm Confessores Regularium eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum audire Confessiones illorum Sæcularium, qui inibi sunt verè de Familia, & continu Commensales, non autem illorum, qui tantùm ipsis

ipsis deserviunt: Illi autem Religiosi, qui ad Confessiones audiendas idonei generaliter referti fuerint ab Episcopis, generaliter quoque, indistinctè, absque aliqua limitatione temporis, cæterorumque locorum, aut generis Personarum in Diæcesi propria sunt admittendi: Quoad cæteros verò, qui non adeo idonei reperientur, si petierint admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670. 21. Iun. —— Semel autem simpliciter approbati possunt in Diæcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcunque, etiam infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia: de qua tamen Confessione tenentur dicti Religiosi eorumdem infirmorum Parochum illico certiorem reddere: & hoc potest illis ab Episcopo sub pæna suspensionis à facultate audiendi Confessiones præcipi: sufficit tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam apud ipsum infirmum relinquendam: Ii, autem, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quæ incipit, *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat satisfecisse censeantur. *Clemens X. apud eosd. ibid.* 1512

1670. 21. Iun. —— Regulares verò ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem, si ab eius Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbati, non possunt ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, nec licentiæ illis concessæ sunt revocandæ, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium est, ut in actis constet, nec eam tenetur Episcopus ipsis Re- 1513

Regularibus significare, sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670. 21. Jun. —— Porrò si Regulares cum scandalo, aut aliàs inhonestè vivant, vel aliquid delictum committant, per quod rationabili Episcopi iudidicio videantur à Confessionibus suspendendi: in quo ipsius Episcopi conscientia oneratur, cùm præcipua Ministri Sacramenti Pænitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas, utique ea causa ad Confessionis ministerium pertinet, ac proinde nihil obstat, quo minus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à Confessionibus audiendis: Attamen Confessiones audiendi facultas omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus possit. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670. 21. Iun. —— Ex facultatibus per *Mare Magnum*, aliave Privilegia Regularibus cuiuscunque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam Iesu, concessis, facta eis non est potestas absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis: & per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixerunt Privilegia, prius ab eodem Concilio, aut deinde Apostolicis etiam Decretis sublata, atque existentia, si quæ habeant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670. 21. Iun. —— Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Episcopo reservatis possunt absolvere: Potest tamen Regularis Confessor in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem illa, ubi idem Confessor est approbatus, absol-

vere

vere, nisi eosdem Pænitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diæcesim pro absolutione obtinenda migrasse. *Clemens X. apud eosd. ibid.*

1670. 21. Jun. —— Vigore supradictorum Privilegiorum nequaquam licet Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere Pænitentes à Censuris quoad externum, & judiciale forum: & absoluti ab eis in foro Pænitentiali, utique non censentur absoluti in exteriori judicio, & contentioso: quinimo Censuris Ecclesiasticis irretiti, & denunciati ab Episcopis cogi possunt, gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti, quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis Privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur, ipsa non suffragari casui, de quo agitur. *Clemens X. apud eosd. ibid.* 1517

1670. 21. Jun. —— Si dictorum Privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non est ad Metropolitanum recurrendum, sed cùm ejus sit interpretari, cujus est condere, requirenda est Sedes Apostolica. *Clemens X. apud eosd. ibid.* 1518

1670. 21. Aug. —— In examinandis illis Testibus, qui inducuntur pro contrahendis Matrimoniis servetur sequens Instructio in omnibus Ordinariorum Curiis, scilicet: In primis Testis moneatur de gravitate Juramenti in hoc præsertim negotio pertimescendi, in quo Divina simul & humana Majestas læditur, ob rei, de qua tractatur, importantiam, & gravitatem, & quod imminet pæna Triremium; & Fustigationis deponenti falsum. *Congr. Inquis. coram Clemente X. in Bullar. tom. 5. Constit. qua incipit* Cùm aliàs. 1519

1670. 21. Aug. —— Interrogetur de Nomine, Cognomine, Patria, ætate, exercitio, & habitatione: An sit Civis, vel Exterus, & quatenus sit Exterus, à quanto tempore est in loco, in quo Testis ipse deponit. 1520

1670. 21. Aug. —— Interrogetur, an ad Examen accesserit 1521

ferit spontè, vel requisitur: Si dixerit accessisse spontè à nemine requisitum, dimittatur, qui præsumitur mendax: Si verò dixerit accessisse requisitum, interrogetur à quo, vel à quibus, ubi quando, quomodo, coram quibus, & quotie fuerit requisitus, & an sciat aliquod impedimentum inter contrahere volentes.

1670.21.Aug. —— Interrogetur, an sibi pro hoc testimonio ferendo fuerit aliquid datum, promissum remissum, vel oblatum à contrahere volentibus vel ab alio ipsorum nomine: Item, an cognoscat ipsos contrahere volentes,& à quanto tẽpore:in quo loco,quâ occasione,& cujus qualitatis, vel cõditionis existat: Si quoad hanc interrogationem responderit negativè, Testis dimittatur: Si verò affirmativè, interrogetur, prout infra, scilicet.

1670.21.Aug. —— An contrahere volentes sint Cives, vel Exteri; Si responderit esse exteros, supersedeatur in licentia contrahendi, donec per litteras Ordinarii ipsorum contrahere volentium doceatur de eorum libero statu, de eo tempore quo permanserunt in sua Civitate, vel Diæcesi: Ad probandum verò eorumdem contrahere volentium statum liberum pro reliquo temporis spatio, scilicet, usque ad tempus, quo volunt contrahere, admittantur Testes idonei, qui legitimè, & concludenter deponant statum liberum contrahere volentium, & reddant sufficientem rationem causæ eorum scientiæ, absque eo quod teneantur defferre attestationes Ordinariorum locorum, in quibus contrahere volentes moram traxerunt.

1670.21.Aug. —— Si verò responderit, contrahere volentes esse Cives, interrogetur, sub qua Parochia hactenus contrahere volentes habitarunt, vel habitent de præsenti.

1670.21.Aug. —— An ipse Testis sciat, aliquem ex prędictis contrahere volentibus quandoque habuisse Uxorem, vel Maritum, aut Professum fuisse

se in aliqua Religione approbata, vel suscepisse aliquem ex Ordinibus Sacris, Subdiaconatum scilicet, Diaconatum, vel Presbyteratum, vel habere aliud impedimentum, ex quo non possit contrahi Matrimonium: Si verò Testis responderit, non habuisse Uxorem, vel Maritum, neque aliquod impedimentum, ut supra, tunc

1670. 21. Aug. — Interrogetur de causa scientiæ, & an sit possibile, quod aliquis ex illis habuerit Uxorem, vel Maritum, aut aliud impedimentum, &c. & quod ipse Testis nesciat: Si responderit affirmativè, supersedeatur, nisi ex aliis Testibus probetur concludenter, non habuisse Uxorem, vel Maritum, neque ullum aliud impedimentum, &c. Si verò responderit negativè, tunc 1526

1670. 21. Aug. — Interrogetur de causa scientiæ, ex qua deinde Judex colligere putetur, an Testi sit danda fides: Si responderit, contrahere volentes habuisse Uxorem, vel Maritum, sed esse mortuos, tunc 1527

1670. 21. Aug. — Interrogetur de loco, & tempore, quo sunt mortui, & quomodo ipse Testis sciat fuisse Conjuges, & tunc esse mortuos: Et si respondeat, mortuos fuisse in aliquo Hospitali, vel vidisse sepeliri in certa Ecclesia, vel occasione Militiæ sepultos fuisse à Militibus, non detur licentia contrahendi, nisi prius recepto testimonio authentico à Rectore Hospitalis, in quo prædicti prædecesserunt, vel à Rectore Ecclesię, in qua humata fuerunt eorum cadavera: vel, si fieri potest, à Duce illius Cohortis, in qua descriptus erat Miles. Si tamen hujusmodi testimonia haberi non possunt, Sacra Congregatio non intendit excludere alias probationes, quæ de jure communi possunt admitti, dummodo sint legitimæ, & sufficientes. 1528

1670. 21. Aug. — Interrogetur, an post mortem dicti Conjugis Defuncti, aliquis ex prædictis contra- 1529

trahere volentibus transierit ad secunda vota: Si responderit negativè, tunc

1670.21.Aug. —— Interrogetur, an esse possit, quod aliquis ex illis transierit ad secunda vota, absque eo quod ipse Testis sciat: Si responderit affirmativè, supersedeatur in licentia, donec producantur Testes, per quos negativa coarctetur concludenter: Si verò negativè, tunc.

1670.21.Aug. —— Interrogetur de causa scientiæ, qua perpensa Judex poterit judicare, an sit concedenda licentia, vel non.

1670.21.Aug. —— Si contrahentes sunt vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi; nisi doceant per fides Ordinariorum suorum esse liberos, & in aliis servata forma Concilii Tridentini in cap. *Multi*, sess.24. *Congr. Inquis. ibid.*

1670.21.Aug. —— Fides, aliaque documenta, quæ producuntur de Partibus, non admittantur, nisi sint munita sigillo, & legalitate Episcopi Ordinarii, & recognita saltem per Testes, qui habeant notam manum, & sigillum, & attentè consideretur, quod fides, seu testimonia benè, & concludenter identificent Personas, de quibus agitur. *Congr. Inquis. ibid.*

1670.21.Aug. —— Pro Testibus in hac materia recipiantur magis consanguinei, quàm extranei, quia præsumuntur melius informati; & Cives magis, quàm exteri, nec admittantur homines vagi, & milites, nisi data causa, & maturo consilio: Et Notarius exactè describat personam Testis, quem si cognoscit, utatur clausula, *mihi bene cognitus*: sin minus, examen non recipiat, nisi unà cum persona Testis aliqua alia compareat cognita Notario, & quæ attestetur de Nomine, & Cognomine ipsius Testis, nec non de idoneitate ejusdem ad testimonium ferendum. Et hujusmodi examinibus debet interesse in Urbe ultra Notarium Officialis specialiter deputandus ab Eminentissimo

Vica-

Vicario: & extra Urbem, vel Vicarius Episcopi, vel aliqua alia Persona insignis, & idonea ab Episcopo specialiter deputanda: aliàs puniatur Notarius arbitrio Sacræ Congregationis, & Ordinarius non permittat fieri publicationes. *Congreg. Inquis. ibid.*

1670.21.Aug. —— Ordinarii præcipiant omnibus, & singulis Parochis in eorum Diœcesibus existentibus, ut pro Matrimoniis contrahendis non faciant publicationes in eorum Ecclesiis, nisi certiorato Ordinario, à quo, vel ejus Generali Vicario prius teneantur authenticam reportare, quod pro tali Matrimonio fuerunt examinati Testes in eorum Tribunali, qui probant statum liberum contrahere volentium. *Congr. Inquis. ibid.* 1535

1670.11.Sept. —— Posita Constitutione Innocentiana, quæ incipit *Instauranda*, edita 1652.15. Oct. nec non illius Decreto incipiente *Ut in parvis*, supra posito, & edito 1654.10.Febr. Grangiæ suppressæ, & ad statum sæcularem reductæ, illarumque Ecclesiæ, & publica Oratoria possunt ab Ordinario visitari, dummodo in iis Grangiis, quarum proprietas fuit reservata, vel restituta principalibus Monasteriis, idem Ordinarius nullo modo se ingerat in temporalibus. *Congr. Episc. & Regular. apud* Matthæuc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 24. num. 8. ad I.* 1536

1670.11.Sept. —— Quoad Ecclesias, & Oratoria publica jus visitandi competit Ordinario privativè: quoad Conversos autem in eis degentes cumulativè, Ordinario scilicet, jure delegato ad formam Sacri Concilii Tridentini; Regularibus verò, jure ordinario. *Congr. Episc. & Regular. apud* eund. *ibid. ad II.* 1537

1670.11. Sept. —— Itidem quoad Ecclesias dictarum Grangiarum curam Animarum habentes, jus visitandi Ordinario competit privativè: Sed quoad Conversos in eis degentes hoc jus competit cumulativè, nempe Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ 1538

cæ Delegato, Regularibus, verò auctoritate ordinaria. *Congreg. Episc. & Regular. apud* eund. *ibid. ad III.*

1670. 11. Sept. —— Possunt Superiores Regulares in prædictis Ecclesiis curam Animarum habentibus nominare Vicarios, & illos ad nutum amovere; si Ordinarius loci ab initio illos deputaverit amovibiles. *Congr. Episc. & Regular. apud* eund. *ibid. ad IV.*

1679. 11. Sept. —— Grangiæ, seu membra alicujus Monasterii nunquam suppressa, in quibus non degunt saltem sex Religiosi, subsunt Iurisdictioni, ac Visitationi Ordinarii loci, ac Superiorum Regularium cumulativè, videlicet Ordinario tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, Regularibus autem jure ordinario. *Congreg. Episc. & Regular. apud* eund. *ibid. ad V.*

1671. 16. Ian. —— Ordinarius lapso tempore ad præsentandum, & sic Beneficio sibi devoluto, potest juri suo renunciare, & dilationem Patronis concedere, ut probant DD. citati à *Rota in Lunen. Sarzanen. Capellania coram* Bevilaqua, *decis. recent. par. 17. decis. 13. num. 1.*

1671. 16. Ian. —— Ordinarius tanquam inferior non potest præjudicare Papæ, quin eum, & cum eo prævenire, & concurrere potest super collatione Beneficii devoluti. *Rota in d. Lunen. Sarzanen. coram* eod. *ibid. num. 5.*

1671. 23. Febr. —— Episcopus non potest convertere Bona Confraternitatis in dotationem Ecclesiæ. *Rota in Parmen. Parochialis coram* Bevilaqua, *decis. rec. par. 17. decis. 49. num. 8.*

1671. 23. Febr. —— Episcopus sua facultate ordinaria non potest erigere Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, quia hoc spectat ad solum Pontificem, ut pluribus citatis Auctoribus firmavit *Rota in d. Parmen. coram* eod. *ibid. num. 4.*

1671. 6. Mar. —— Consuetudo, quod Episcopi faciant testamentum ad pias causas pro Anima Defunctorum valet, laudabilis est, & manutenenda etiam

per

per viam coactionis, ubi viget, ut ad text. *in cap. præsenti 6.* ibi: *nisi de speciali privilegio, &c. de offic. Ordin.* dixit *Rota in Cæsaraugustana Testamenti coram* Bourlemont; *decis. recent. par. 17. decis. 66. n. 1.*

1671. 13. Mar. — Confirmatio Ordinarii etiam superventa post donationem Jurispatronatus, semper illam convalidat; quæ quidem confirmatio non requiritur in actu donationis ejusdem Jurispatronatus, sed potest subsequi, vel præcedere, Gratian. *discept. 579. num. 39.* & superventa post donationem Jurispatronatus, retrotrahitur etiam in præjudicium tertii, Zabarell. *in c. cùm sæculum in 6. qu. de Jurep. apud Rotam in Mediolanen. Jurispatronatus coram* Calataju, *decis. recent. par. 17. decis. 80. num. 2. 3. & 4.* 1546

1671. 13. Mar. — Donatio Jurispatronatus ante confirmationem Ordinarii non abdicat jus à Donante, qui proinde ante dictam confirmationem præsentare potest, & Præsentatus ab eo ante secutam ejusdem Ordinarii confirmationem, debet institui, donatione non obstante. *Rota in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num. 5. ubi num. seq. dictum fuit, quod* Donatio Jurispatronatus jurata etiam ante secutam confirmationem Ordinarii abdicat omne jus à Donante. 1547

1671. 13. Mar. — Cùm Ordinarius teneatur præstare consensum donationi Iurispatronatus, aliàs ad illum præstandum à Superiore cogitur, ut dicunt *Sanch. cons. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 76. num. 14. Vivian. de Jurepatr. par. 1. lib. 4. cap. 1. num. 48.* ejus dilatio non debet nocere Donatario, cujus proinde sola requisitio habetur pro consensu ad effectum acquisitionis Iuris, ut ex Rolan. *cons. 97. num. 23. & 24. lib. 1.* Gratian. *discept. 579. num. 39.* dixit *Rota in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. num. 10. & 11.* 1548

1671. 15. Maii — Observandum est solitum quoad interessentiam Ordinarii circa confirmationes Abbatissarum exemptarum, quæ quolibet anno fiant à Su- 1549

à Superiore Regulari, vel ejus Delegato. *Congr. Episc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 1 num. 20.*

1671. 9. Iun. —— Qui offendunt Officiales Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum officium, vel aliàs Episcopi jurisdictionem impediunt, etiamsi Milites Hierosolymitani sint, vel aliter exempti, ab Episcopo coerceri, & puniri possunt. *Congr. Conc. in Panormitana apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 1 tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag. 399.*

1671. 19. Iun. —— In electionibus Abbatissarum in Monasteriis Regularibus subjectis, adnotatio suffragiorum non pertinet ad Episcopum, neque ad ejus Vicarium, neque ad Cancellarium. *Congr. Episc. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 1. num. 17.*

1671. 29. Aug. —— Auditor Cameræ non habet facultatem absolvendi à Censuris in causis violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, nec cum reincidentia, defectu Iurisdictionis, & ideo Episcopi non debent attendere ejus inhibitiones, sed debent procedere ad ulteriora. *Congreg. Immunit. in Neapolitana apud citat.* Pascucc. *d. par. 1 tit.* de Censuris Ecclesiasticis, *pag. 146.*

1671. 2. Oct. —— Abbates Generales Congregationis Vallisumbrosæ Ordinis S. Benedicti pro tempore existentes, tam in Curia Romana, quàm extra, ac ubique locorum residentes, ac morantes, in quibusvis Visitationibus, Capitulis, & Sessionibus, nec non in quibusvis Actibus, & Processionibus, etiam coram Romano Pontifice, etiam in Capellis Pontificiis, Mozzettam, & Mantellettam coloris Habitus ipsius Congregationis Vallisumbrosæ, unà cnm Pileo, & Biretto Prælatitiis induere, gestare, & deferre, illisque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant. *Clemens X. in Bullar. tom. 5. Constit. 47. qua incipit* Decet.

1671.13.Nov. —— Ordinarius non præsumitur approbasse, & minus absolvisse diffamatum, si vera diffamatio fuisset, ut tradunt Archid. *in Can. tantis Daniel num. 5. vers. addo ego*, Turrecrem. *num. 4. apud Rotam in Burgen. Abbatiæ coram* Rondinino, *decis. recent. par. 17. decis. 207. num. 42.* 1554

1671.19.Nov. —— Posteaquàm Conventus exemptionem recuperavit, Episcopus nequaquam potest illum visitare, etiam ad effectum, ut videat, an Decreta edita in præcedenti Visitatione fuerint executioni mandata. *Congr. Episc. & Reg. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 24. num. 9. ad dub. I. super Decreto* Ut in parvis, *suprà posito, & edito* 1654. 10. *Febr.* 1555

1671.19.Nov. —— Non potest itidem Episcopus post hujusmodi exemptionem, Decreta non adimpleta exequi; minusque pœnas adiicere, & aggravare pro illorum executione. *Congr. Episc. & Regular. apud* eund. *ibid. ad II.*

1671.19.Nov. —— Iurisdictio ex dicto Decreto *Ut in parvis* Episcopo attributa in Conventu non habente Religiosorum numerum ibi præscriptum, expirat, eò ipso, quod Conventus ob Familiam sine fraude adauctam, & impletum numerum Religiosorum præfixum, exemptionem recuperavit. *Congr. Episc. & Regul. apud* eund. *ibid. ad III.* 1557

1671.19.Nov. —— Cùm contra Religiosum non solùm causa, sed etiam Persona sit præventa eo tempore, quo Conventus erat subjectus jurisdictioni Episcopi, & exemptio superveniens non invenerit eum liberum; utique Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest hujusmodi causam tempore habili inchoatam prosequi, etiam post exemptionem, & eundem Religiosum condemnare, & punire, etiam pœna corporis afflictiva. *Congr. Episc. & Regul. apud* eund. *ibid. ad IV.* 1558

1671.20.Nov. —— Capitulum tenetur reddere rationem suæ administrationis soli Episcopo, tam at- 1559

tento

tento jure ordinario, ex quo in omnibus Ecclesii suæ Diœcesis Episcopus authoritatem nanciscitur *Can.omnes Basilicæ* 10.*qu.*7.*cap.conquerenti*, *de offic Ordin.& cap.Episcopis*, *eod.tit.in* 6. quàm attento jure delegato Sacri Concilii Tridentini *sess.* 22. *de re form.* ut concludunt utriusque Iuris Scribentes *in l ad Orphanotraphos* 30.*cap.de Episc.& Cleric. apud Rotam in Avenionen.Administrationis coram* Rondinino, *decis.recent.par.*17.*decis.*214.*num.*5.

1671.27.Nov. —— Parochi Institutio non spectat ad Abbatem, si demandatur Capitulo cum approbatione Ordinarii, Lotter.*de re benefic. lib.*1.*quæst.*33. *num.* 99. *cum seqq. apud Rotam in Hispalen.Decimarum coram* Bourlemont, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 213.*num.*22.

1671.27. Nov. —— Confessio Prælati nocet Ecclesiæ, ubi præsumptionibus, & conjecturis adminiculata sit, *Rota in d.Hispalen. Decimarum coram* eod. *ibid. num.* 42. *ex* Gregor.*decis.*506.*num.*3.*vers.* si tamen.

1672. 11. Ian. —— Nomine Prælatorum continetur etiam Abbas, Buratt.*decis.* 68. *num.* 2. & est verus Prælatus Ecclesiæ, Tamburin.*de Jur. Abbat. disp.*1. *quæsito* 3.*num.* 1.*& seq. apud Rotam in Calaguritana Praeminentiarum coram* Bourlemont, *decis. recent. part.*17.*decis.*220.*num.*20.*&* 21.

1672.11.Ian.——Episcopus in Ecclesia Patronata non potest præjudicare Patrono, ab eoque jus suum abdicare sine ipsius consensu, ex pontuali decisione Bichii 162. *num.* 24. neque Ecclesia Patronata sine consensu Patroni, nec etiam de licentia Episcopi, potest immutari, vel alterari. *Rota in d. Calaguritana coram* eod. *ibid. num.*36.*&* 42.

1672.16.Ian. —— Gladio spirituali potest Episcopus Visitator uti etiam contra Patentatos Tribunalis S.Officii, qui in his, quæ concernunt disciplinam Ecclesiasticam, & morum correctionem non sunt exempti, sed possunt, & debent visitari, prout rescripsit Episcopo Melitensi *Congr. Inquis. apud* Monacel.

nacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 39. num. 3.*

1672. 18. Jan. —— Ne permittant Locorum Ordinarii, ut Parochi, aliique de Clero Sæculari majorem posthac eleemosynam sibi attribui faciant ab Hæredibus Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium Sepolturam sibi elegerint, quàm percipere possent, si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri Sæcularis Ecclesia sepeliri voluissent, juxta Decretum Congregationis Episcoporum emanatum 1640. 7. Dec. *Clemens X. in Bullar. tom. 5. Constitut. 58. qua incipit* Aliàs. 1565

1672. 23. Jan. —— Decimam unam habere Episcopum, & aliam Parochum, quæ ita essent duæ Decimæ, de jure non permittitur, *cap. 2.* ubi notant omnes *de Decim.* Butr. *in cap. Pastoralis, num. 19.* & Abb. *in cap. sanè, num. 6. eod. tit.* dicens, esse contra Jus Divinum, & Humanum, quod de eàdem re solvatur duplex Decima, ut habet *Rota in Bononien. Primitiarum coram* Albergato Decano, *decis. recen. par. 17. decis. 230. num. 12.* 1566

1672. 1. Febr. —— Episcopus non potest se intromittere in qualibet cognitione litterarum Apostolicarum, pro quibus certi Executores dati sunt. *Rota in Valentina Vicaria Muri veteris coram* Calataju, *decis. recent. par. 17. decis. 247. num. 3.* 1567

1672. 1. Febr. —— Episcopo attestanti aliquem fuisse examinatum ab examinatoribus Synodalibus plenè creditur. *Rota in d. Valentina Vicaria coram* eod. *ibid. num. 8. ex alia ejusd. Rota decisione in Conchen. Beneficii* 1671. 13. *Mar. coram* Priolo. 1568

1672. 14. Mar. —— Abbas habens jurisdictionem quasi Episcopalem, & Territorium separatum, Diæcesani nomen assumit juxta Gloss. *in Clem. 1. §. volumus, verb. à Diæcesanis, de for. compet.* ibiq. Card. Abb. Felin. & alii *apud Rotam in Caven, seu Caputaquen, Iurisdictionis coram* Emerix, *decis. recent. par. 17. decis. 274. num. 12.* 1569

1672.18.Mar. —— Congrua Episcopi, vel Parochi loco alimentorum succedit, ex qua ipsi, & eorum Familia alimentari, & gradus majestas præservari debet, *cap. extirpan. & cap. de Monach. de preb. cap. 1. eod. tit. 6.* in Reb. *in tract. de congr. qu. 4. in princ.* Cæsar. de Graff. *dec. 6. num. 11. & 13. de praben. apud Rotam in Adrien. seu Penn. Congrua coram* Matthæjo, *decis. recent. par. 18. tom. 1. decis. 389. num. 1. ubi num. 3. dictum fuit, quod* Congrua assignatur in recompensam laborum, quibus subjacent tam Episcopi, quàm Parochi indefessis vigiliis curam Animarum exercentes ex Innoc. *in cap. Episcopus, nu. 2. vers.* benè licet, *de praben.* ubi Panormitanus, & Pelin. *num. 6.* aliiq. quamplur. citati.

1672.18.Mar. —— Cùm Episcopi, & Rectores dicantur necessarii Operatores, qui Vineam Christi bonis operibus fructiferam reddunt, digni sunt mercede sua, *cap. quacunque 12. qu. 2.* qui enim Altari servit, de Altari vivere debet, *cap. cùm secundùm Apost. de praben. cap. penult. caus. 1. quast. 2.* Innoc. *in cap. Episc. num. 1. eod. tit.* Abbas *in cap. 1. num. 3. de Magistr. apud Rotam in d. Adrien. coram* eod. *ibid. num. 6. 7. & 8.*

1672.18.Mar. —— Fides jurata Episcopi data in Camera pro solutione Decimarum, optimè probat redditus suæ Ecclesiæ. *Rota in d. Adrien. seu Pennen. Congrua coram* eod. *ibid. num. 10.*

1672.18.Mar. —— Fructus Ecclesiæ, ubi non agitur de non annullanda Pensione, sed solùm de assignanda Congrua Episcopo, vel Parocho, non adeo rigorosè probandi sunt, ideoque leviores probationes sufficiunt. *Rota in d. Adrien. coram eod. ibid. nu. 11. & 12. ubi num. 14. & seqq. dictum fuit, quod* sicuti nemo propriis stipendiis militare compellitur, etiamsi divitiis abundet, sine difficultate admitti debet, quod Episcopi, & Parochi sub vexillis Christi militantes, Congruam uti sibi debitam petere queant, antequam solvantur Pensiones impo-

sitæ

sitæ super fructibus Ecclesiæ, aut aliæ reservationes deducantur, dum Congrua, quæ Episcopo, vel Rectori debetur, non debeat computari inter fructus, sed inter impensas necessarias, quæ ab eadem Ecclesia fieri debent; & deductis prius impensis culturæ, Episcopi, & Rectores pro consequendo credito Congruæ anteponendi sunt, uti potiores Pensionariis, qui uti Creditores fructuum, ex illis solùm satisfieri debent.

1672.18.Mar. — Episcopus caveri debet, ne propter egestatem mendicare cogatur, & ita contemnatur à Subditis, à quibus venerandus est. *Rota in d. Adrien. seu Pennen. Congrua coram* eod. *ibid. n.*24. 1574

1672.18.Mar. — Acceptando Ecclesiam Pensionibus & oneribus gravatam tacitè, vel expressè Episcopus, vel Parochus, non sibi præjudicant. *Rota in d. Adrien. coram* eod. *ibid. num.*25. 1575

1672.23.Mar. — Episcopus non potest auctoritate ordinaria commutare voluntates Defunctorum, *Clem.* 2. *sub initio, de Relig. Domib.* & ibi Gloss. *Sedis Apostolicæ*, quamvis commutatio fieret in melius, & accederet consensus Hæredis, ut ampliatur apud Sanleger *Benefic. qu.*112. *à num.* 4. & est prax. *apud Corrad. cap.*7. *num.* 9. nisi id faciat tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus, Conc. Triden. *de reform. capit.* 6. *sess.* 22. & patet ex notatis per Monet. *de commut. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 409. & d. Sanleger *d. quæst.* 112. *num.* 7. ac Barbos. *ad d. Conc. d. cap.* 6. *num.*8. *apud Rotam in Majoricen. Commutationis Voluntatis coram* Taja, *decis. recent. par.* 17. *decis.* 290. *num.*1. *& seqq.* 1576

1672.2.Apr. — Ordinarii locorum non possunt de prætensis excessibus Iudicis ad universitatem causarum Appellationum cognoscere, sed tenentur ad Sanctam Sedem cognitionem remittere. *Congreg. Conc. in Turritana Iurisdictionis apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignatel, par.* 1. *tit.* de Appellationibus, *pag.*23. & 24. *ad I*... 1577

1672. 2. Apr. —— Iudex Appellationum in causis civilibus, aut aliis mixtis, aut criminalibus exemptus est à jurisdictione Ordinariorum. *Congregat. Conc. in d. Turritana Jurisdictionis apud* eund. *ibid. ad II.*

1672. 2. Apr. —— Ordinarii locorum non possunt adversus Judicem delegatum prædictum implorare Brachium Curiæ Sæcularis, sed tenentur ad Sanctam Sedem recurrere. *Congr. Conc. in d. Turritana apud* eund. *ibid. ad III.*

1672. 4. Apr. —— Ordinarius sicuti non potest conferre vivente Patrono, ita eo defuncto subintrat Papa, qui utendo sua reservatione confert Beneficium. *Rota in Romana Canonicatus coram* Albergato Decano, *decis. recent. par. 17. decis. 303. numer. 27.*

1672. 3. Jun. —— Institutio Episcopi facta de Persona Præsentanti ad Beneficium Jurispatronatus, habet vim ratificationis ejusdem Jurispatronatus. *Rota in Aretina, seu Burgi S. Sepulchri Jurispatronatu. coram* Taja, *decis. recent. par. 17. decis. 337. num. 7 ubi num. seq. dictum fuit, quod* Consensus Episcop in approbatione Jurispatronatus intervenire potest antea, & postea, & sufficit tacitus.

1672. 20. Jun. —— Abbas, Prior, & Superior Ecclesie non potest alterare solutionem Decimarum sine Beneplacito Apostolico. *Rota in Ravennaten. Decimarum coram* Emerix, *decis. recent. par. 18. tom. 2 decis. 811. num. 7.* ex alia Decisione *in Romana Domus in Burgo* 1670. 19. *Nov. coram* Vicecomite.

1672. 22. Jun. —— Regula, quod Episcopus non possi esse Tutor, fallit in causa miserabilis Pupilli, ve si dispensationem habuerit. *Rota in Romana Pecuniaria coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 17. dec 377. num. 50. & 52.*

1672. 10. Sept. —— Cessante legitimo impedimento potest Episcopus compellere Examinatores Synodales ad accedendum ad Examen. *Congr. Conci apud*

apud Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concursu Paroch. *pag.* 189.

1672. 12. Dec. —— Ordinarii attestationi non statur quoad potestatem conferendi Ordines, si non est proprius Episcopus, Cravett. *cons.* 104. *num.* 5. *vol.* 1. Rebuff. *tit. de liter. Dimissor. num.* 20. *apud Rotam in Romana Testamenti coram* Bourlemont. *decis. rec. par.* 17. *decis.* 192. *num.* 3. 1585

1673. 16. Jun. —— Assertio sola non sufficit, etiam Episcopi, ubi agitur de præjudicio tertii, sed major probatio est necessaria, Garz. *de Benefic. par.* 8. *cap.* 4. *num.* 43. *& seq.* Sanchez *cons. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 20. *nu.* 10. *vers. quare quando*, Spad. *cons.* 122. *num.* 2. 10. 2. *apud Rotam in d. Romana Testamenti coram* eodem, *decis. recent. par*, 18. *tom.* 1. *decis.* 10. *num.* 5. 1586

1673. 20. Febr. —— Patronus non dicitur Abbas, qui nominatos à veris Patronis solùm repræsentat Episcopo pro habenda Institutione, ut ex Gambar. *de offic. legat. lib.* 3. *num.* 392. *& seqq.* Azor. *Institut. Moral. par.* 2. *lib.* 5. *cap.* 28. *quæst.* 2. *lit.* C. Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 616. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 15. *nu.* 13. *apud Rotam in Leodien. Parochialis coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 32. *num.* 9. 1587

1673. 25. Apr. —— Non solùm Episcopi exempti tenentur eligere Archiepiscopum pro Synodo, verùm etiam Prælati inferiores, qui hanc electionem liberam habent, licèt eorum Capitula contradicerent, juxta declarationem in *Tranensi*: electio verò semel facta ab Episcopo exempto Metropolitani pro Synodo, Successores etiam ligat. *Cong. Conc. in Mediolanen. apud* Pascucc. *in Compen. ad Consul. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Archiepiscopo, *pag.* 29. 1588

1673. 12. Iun. —— Clericus factus Episcopus, nisi habeat indultum à Papa, non potest retinere Pensiones. *Rota in Romana, seu Camerin. Pen-* 1589

Pensionum coram Albergato Decano, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 126. *num.* 10.

1673. 28. Iun. —— Ius confirmandi, & instituendi Presentatos, & electos à Capitulo pertinet ad Episcopum, *Can. omnes Basilicæ, Can. nullus* 16. *qu.* 7. *cap. ex frequentioribus, de instit. cap. ea noscitur, de ijs, quæ fiunt à Prælat. apud Rotam in Comen. Iuris Conferendi, seu Præsentandi coram* Emerix, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 163. *num.* 5.

1673. 3. Iul. —— Enunciativis emissis ab Ordinariis in actu Visitationis plenè creditur. *Rota in Valentina Distributionum coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 174. *num.* 7.

1673. 3. Iul. —— Sententia Ordinarii in materia Iurispatronatus facit jus etiam quoad alios postea presentatos juxta terminos l. ingenuum, ubi Bart. & communiter reliqui Scribentes *ff. de stat. hominum, apud Rotam in Cremon. Iurispatronatus coram* Emerix, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 173. *num.* 4.

1673. 27. Nov. —— Ordinarius non potest se intromittere in Beneficio fundato cum taxativa prohibitione, ne alius se ingerat, cùm contextualiter ad ipsam fundationem Beneficii requiratur, ne sit in potestate Episcopi Defunctorum voluntates commutare, quod soli Pontifici reservatur, *in Clem. quia contingit, de Relig. Domib.* efficiendo perpetuum Beneficium, quod erat amovibilis Capellania, Felin. *conf.* 45. *num.* 4. *&* 5. Spin. *de Testam. gloss.* 4. *num.* 42. Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 105. *& seqq. apud Rotam in Florentina Capellania coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 182. *num.* 2. 3. *&* 4.

1673. 27. Nov. —— Ordinarii attestatio probat vacationem per obitum, idoneitatem Beneficiati, & alia. *Rota in Cathanien. Archidiaconatus coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 181. *num.* 3.

1673. 27. Nov. —— Ordinarius potest prorogare tempus

pus inferiori Collatori ad conferendum Beneficium. *Rota in Pampilonen. Beneficii de Roncal coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 180. *numer.* 1.

1673. 2. Dec. — Præsbyter, qui oriundus est è una Diæcesi, sed per plures annos commoratus est in alia, subjacet utrique Ordinario. *Congr. Conc. pro Presbytero respectivè Castrensi, & Hydruntino apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac. Pignat. par.* 1. *tit.* de Immunit. Ecclesiast. *pag.* 454. 1596

1673. 2. Dec. — Dictus Presbyter potest cogi in illa Diœcesi, in qua reperitur, ad præstandum Episcopo ejusdem Diæcesis obedientiam consuetam in aliqua die, ac etiam compelli ad visitationem personalem quotannis: quando verò moratur per aliquot dies in Diæcesi, de qua est oriundus, ob sua negotia, potest ab Episcopo cogi ad functiones publicas, vel privatas in illis diebus obtingentes, ad quas tenentur veri Diæcesani. *Congr. Concil. apud* eund. *ibid.* 1597

1673. 2. Dec. — Non tenetur dictus Presbyter solvere subsidium charitativum utrique Episcopo, nec concurrere ad solutionem spolii cum Clero utriusque Diæcesis, sed tantùm, ubi possidet Beneficium. *Congr. Conc. apud eund. ibid.* 1598

1673. 16. Dec. — Clerici ordinati cum Dimissoriis Episcoporum titularium ratione prætensæ Familiaritatis absque Dimissoriis proprii Ordinarii, de quo Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 2. *de reform.* ordinati sunt validè, non licitè, sed sunt suspensi, & nihilominus gaudent privilegio fori. *Congr. Conc. in Hydruntina Clericatus apud* eund. *ibid. pag.* 427. 5599

1674. 14. Apr. — Episcopus pro Decreto absolutionis Censurarum incursarum ob læsam immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam interponendo vigore facultatis sibi à Sacra Congregatione delegatæ nihil recipere debet, salvo tamen quod debetur pro reintegratione immunitatis, ac pro 1600

actis Curiæ ejusdem Episcopi. *Congr. Immunit, in Majoricen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.3. tit. 1. form.6. num.17.*

1674.7. Maii. —— Status mutatio considerata in Clerico, non intelligitur, si ille Matrimonium contraxit, sed solùm si ad alium gradum, putà Episcopatus, transiret. *Rota in Romana Pensionum coram* Matthæjo, *decis. recent. par. 18. tom. 1. decis. 287. num. 14.*

1674.7. Maii. —— Episcopus habens facultatem retinendi Pensiones non potest illas transferre sine indulto speciali, Spad. *cons. 74. per tot. lib. 3.* Paris. *de re benefic. lib. 1. quæst. 4. num. 49.* Tondut. *de Pension. cap. 31. numer. 32.* Gratian. *discept. 551. numer. 32. & 33. apud Rotam in d. Romana coram* eod. *ibid.*

1674.4. Jun. —— Episcoporum attestationibus maxima fides præstatur, ex ratione text. *in can. placuit 12. qu. 2. DD. in cap. 1. de his, quæ fiunt à major. par. Capit.* & ex eorum attestatione magnum recipit fomentum veritatis Scriptura informis, ut ex Tamburin. *de Jur. Abbatiss.* dixit *Rota in Theatina Præeminentiarum coram* Rondinino, *decis. recent. par. 18. tom. 1. decis. 305. num. 12. & 13.*

1674.4. Jun. —— Episcopus ad evitandas dissentiones inter Ecclesiasticos, potest etiam extrajudicialiter interloquendo aliquid statuere. *Rota in d. Theatina Præeminentiarum coram* eod. *ibid. numer. 25.* ex Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 13.* ubi Barbosa, *num. 7.*

1674.13. Jun. —— Clericus si Episcopi reverentiâ aliquid agit, non dicitur voluntariè fecisse, juxta Ruin. *cons. 121. numer. 4. & 5. vol. 4.* Svarez *alleg. 24. numer. 5.* cum aliis, quos sequitur Sanchez in contrarium adductus, *de Matrim. lib. 4. disp. 6. num. 11. apud Rotam in Capuana Reliquatus coram* Rondinino, *decis. recent. par. 18. tom. 1. decis. 312. num. 7.*

1674.18.Jun. —— Visitationes sive Episcopi, sive Abbatis, quæ dederunt causam liti, non attenduntur, sed standum est Visitationibus tempore non suspecto habitis, ex ratione, quam reddunt DD. *in cap. licet causam, de probat, apud Rotam in Florentina Capellania coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 329. *num.* 20. 1606

4674.3.Dec. —— Episcopus per translationem ad aliam Ecclesiam omnia amittit Beneficia, perinde ac si decessisset, *cap. cum in cunctis*, §. *cùm verò*, ibiq. Gloss. *lit. O. in fine*, Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 57. *num.* 69. *apud Rotam in Cracovien. Abbatia super bono jure, decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 379. *numer.* 24. 1607

1674.5.Dec. —— Visitationes Ecclesiæ præsumuntur factæ ab Episcopo jure ordinario, dum constat locum esse situm in Diæcesi, & non docetur de exemptione, ad text. *in cap. cùm Episcopus* 7. *de offic. Iudic. ordin. in* 6. Clem. *attendentes*, *de stat. Monach.* sine qua observantia lapsus temporis, non est considerabilis. *Rota in Anconitana Capella coram* Emerix, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 1. *decis.* 383. *numer.* 7. 1608

1674.5.Dec. —— Manutentio in jure visitandi, & exercendi jurisdictionem in Ecclesiis suæ Diæcesis conceditur Episcopo, quæ si ex sola Iuris assistenstia ei competit, *cap. cum persona*, §. *fin. de privil. in* 6. *ubi DD. omnes*, multò fortiùs debetur propter actuale exercitium plurium actuum jurisdictionalium, vulgato, §. *retinendæ instit. de interdict. apud Rotam in d. Anconitana coram* eod. *ibid. n.* 9. & 10. 1609

1675.11.Ian. —— Decimas juxta consuetudinem solvi, agnoscit Episcopus, qui juxta eam fieri solutionem mandavit. *Rota in Cracovien. Decimarum coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 407. *num.* 5. 1610

1675.14.Jan. —— Ordinarii consensus in fundatione Beneficii, ejusque auctoritas præsumitur intervenisse ex 1611

ſe ex lapſu temporis cum obſervantia, & aliis etiam actibus. *Rota in Florentina Capellania coram* Rondinino, *deciſ. recent. par.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 411. *nu.* 6.

1675.23.Jan. —— Viſitationes Ordinariorum non poſſunt immutare ſtatum Beneficii, deficiente voluntate, & poteſtate eorumdem ad hunc effectum copulativè requiſitis, juxta notata per Canoniſtas *in cap. cum Beneficio, de preben. in* 6. *apud Rotam in Bononien. Iuriſpatronatus coram* Albergato Decano, *deciſ. recent. par.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 421. *num.* 27.

1675.4.Febr. —— Abbas ſi eſt verus Ordinarius, & in Epiſcopi locum, ac jurisdictionem ſucceſſit, Decimas ratione curæ, & ejusdem jurisdictionis habere debet; & hæ Decimæ, quæ per diſmembrationem ceſſant in Epiſcopo, aſſiſtere debent Abbati in illius locum ſuffecto, *cap. cùm contingat, de Decim. apud Rotam in Hiſpalen. Decimarum coram* Vicecomite, *deciſ. recent. par.* 18. *tom.* 2. *deciſ.* 437. *num.* 14. & 15.

1675.4.Febr. —— Decimæ, excepta Quarta, non numerantur inter Jura Epiſcopalia, ut tradit Reb. *de Decim. q.* 7. *à nu.* 7. *per tot. apud Rotam in d. Hiſpalen. Decimarum coram* eod. *ibid. num.* 17.

1675.4.Febr. —— Cura non dicitur ſpectare ad Abbatem, ſi Perſona, quæ illam exercere debet, eligi debet à Capitulo cum approbatione Epiſcopi viciniori, non autem ejusdem Abbatis, Butr. *in cap. de Monach. ſub num.* 8. & Abb. *nu.* 7. *de Preben.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 33. *num.* 99. *apud Rotam in d. Hiſpalen. coram* eod. *ibid. num.* 18.

1675.4.Febr. —— Epiſcopus pro Decimis nullam contra Laicos habet jurisdictionem, ſed tantùm contra Eccleſias Parochiales ſuper illarum quarta, ut ſolvendo quæſtionem excitatam per Gloſſ. *in cap. conquerente, verb. Decimationum,* & conciliando textuum antinomiam, explicat alia Gloſſ. *in capit. cùm contingat, verb. de jure communi, de Decim.* Abb. *in tit. cap. conquerente, num.* 2. Barboſ. *de poteſt.*

test. Episc.alleg. 86. *num.*35 .*& seqq.& num.*38. *vers. Unde , apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.*20. *ubi num.seq.dictum fuit , quod* cùm ista quarta sit subrogata loco Decimarum , quas Levitæ solvebant Sacerdotibus, ut per Monet. *de Decim. cap.*3. *num.*1. Sacerdotes illas non exigebant à Populo , sed Populus illas solvebat Levitis , ut ex lit. text. *in cap.* 1. *de Decim.*

1675.4.Febr. —— Dismembratio Ecclesiæ non præjudicat Episcopo , & Capitulo super exactione Decimarum . *Rota in d. Hispal. Decimarum coram eod.* Vicecomite , *ibid. num.* 23. 1617

1675.4.Febr. —— Enunciativæ emissæ ab Ordinariis in actu Visitationis plenè probant assignationem Dotis Beneficii . *Rota in Valentina Distributionum coram* Calataju , *decis. recent. par.*18. *tom.* 2. *decis.* 436. *num.* 6. 1618

1675.15.Febr. —— Consensus Abbatis interventus in resignatione , seu permutatione Parochialis , non ad unionem , sed ad jus conferendi refertur . *Rota in Gerunden. Unionis , seu Parochialium coram* Emerix , *decis. recent. par.*18. *tom.*2. *decis.*452. *num.*7. 1619

1675.18.Febr. —— Ordinarii judicio , quia ille præsumitur informatus de qualitate , & statu suarum Ecclesiarum , plurimùm est deferendum , text. *in cap. præsentia , de renunc. apud Rotam in Trojana Iuris funerandi coram* Albergato Decano, *decis. recen. par.*18. *tom.*2. *decis.* 456. *num.*5. 1620

1675. 4. Mar. —— Copiam Scripturæ Ecclesiæ suæ Diæcesis authenticat Episcopus , si de illius veritate testatur , cujus assertioni maximè deferendum esse dixit *Rota in Theatina Præeminentiarum coram* Rondinino , *decis. recent. par.*18. *to.*2. *decis.*460. *nu.* 9. & 10. 1621

1675.15.Mar. —— Filius propter Episcopalem Dignitatem evadit à patria potestate , *cap. si servus* 20. *dist.*54. *cap. Per venerabilem* 13. *vers. persimile quoque cui fil. sint legit. Auth. Sed Episcopalis C. de Episc. & Cler.* 1622

Cler. Berov. conf. 163. *num.* 27. *verf. praterea*, Bellet. *difp. Cler. tit.* de Bonis Clericor. §. 7. *num.* 21. *fol.* 441. *apud Rotam in Romana Fideicommiſſi Profperi Sen.* de Caffarellis, *decif. recent. par.* 19. *tom.* 2. *dec.* 452. *num.* 3.

1675.1.Apr. —— Solvens Epiſcopo anteceſſori in præjudicium ſucceſſoris inaniter ſolvit. *Rota in Cervien. Bonorum coram* Taja, *decif. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decif.* 492. *num.* 6. *ubi num. ſeq. dictum fuit*, *quod* Laudemium ab Epiſcopo anteceſſore non exactum tranſmittitur ad ſucceſſorem.

1675.1.Apr. —— Epiſcopus non poteſt præveniendo renovare emphyteuſim, & ſupplantare ſucceſſorem, *ad cap. unic. de Cleric. qui invect. Rota in d. Cervien. coram* eod. *ibid. num.* 9. *ubi quod* Succeſſor non minus ſupplantatur præoccupatione Laudemii, quàm anticipata inveſtitura, vel renovatione.

1675.1.Apr. —— Solutio facta Epiſcopo anteceſſori tunc ſolùm bonificanda eſt, ſi probatur verſa in utilitatem Eccleſiæ, vel Eccleſia eidem Epiſcopo ſucceſſerit, *ad cap. relatum eſt* 12. *de teſtament. apud Rotam in d. Cervien. coram* eod. *ibid. num.* 11. *ubi num. ſeq. dictum fuit*, *quod* Emphyteuta præmaturè ſolvens Epiſcopo anteceſſori habet actionem contra illius Hæredes.

1675.4.Maii. —— In electionibus Abbatiſſarum Regularibus ſubjectarum non poteſt unà cum Vicario Generali intereſſe etiam Notarius Epiſcopalis: Electio tamen facta abſque intereſſentia Vicarii, & Notarii non eſt contra Conſtitutionem *Inſcrutabili* ſupra poſita, & edita 1622. 5. Febr. ac propterea dicta electio eſt valida. *Congr. Conc. in Neapolitana apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignat. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag.* 106. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.* 1. *cap.* 1. *num.* 15.

1675.7.Jun. —— Epiſcopus ſucceſſor factum ſui anteceſſo-

cessoris revocare non potest, sed illud servare tenetur ex æquitate, de qua Bart. *in l. 1. §. permittitur in fine, ff. de aqu. quotid.* communiter recepta, ut testatur Roman. *cons. 22. num. 5. vers. contrarium tamen*, ibiq. Add. *lit. A. apud Rotam in Asculana Emphyteusis coram* Emerix, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 531. num. 4.*

1675. 7. Iun. — Ecclesia eo ipso, quod est constructa, supponitur esse sub exercitio jurisdictionis Ordinarii, ex text. *in cap. omnes Basilicæ 17. qu. 7. & in cap. Venerabilis, de Relig. Domib.* cui propterea conceditur manutentio, ex text. *in cap. cùm Persona, §. fin. de privil. in 6.* & eò magis conceditur, si plures habet actus jurisdictionales per ipsum, & ejus antecessores exercitos in Ecclesiis suæ Diæcesis in vulgato *§. retinendæ instit. de interd. apud Rotam in Anconitana Capellæ coram* Emerix, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 530. num. 10. & seqq.* 1628

1675. 17. Iun. — Abbas de jure potest esse Iudex in causa suæ Mensæ, ut notant Abb. & Io: Andr. *in cap. cùm venissent, num. 9. & 10. de Judic.* Oldrad. *cons. 156.* in qua tamen potest allegari suspectus, tam ipse, quàm ejus Vicarius. *Rota in Farfen. Bonorum coram* Calataju, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 544. num. 37. & 38.* 1629

1675. 26. Iun. — Ordinarii quasi possessio in collatione Beneficii turbari non potest, donec constet de Iuribus, & Privilegio alterius Collatoris, ex ratione text. *in cap. cum persona 7. §. final. de privil. in 6. apud Rotam in Marsicana Jurisdictionis coram* Rondinino, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 567. num. 4.* 1630

1675. 13. Sept. — Controveniens edicto Episcopi in materia Clausuræ Monialium non potest ab Excommunicatione inflicta & Episcopo edicenti reservata absolvi à Metropolitano, vel à quocunque alio Episcopo. *Congr. Concil. in Bituntina apud* Pascuc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignat. par. 1. tit.* 1631

tit. de Censuris Ecclesiasticis, *pag.* 163. ubi etiam quod Metropolitanus non potest ad suum arbitrium ab Episcopis suis Suffraganeis, aut eorum Vicariis excommunicatos absolvere, nisi cognito de appellatione, & vocatis partibus, per text. *in cap. Romana*, *& in cap. venerabilis*, *de sent. excom. in 6.* nec possunt alii Episcopi, quia qui Excommunicationis, aut alterius Censuræ sententiam tulit, solus ipse absolvit, *cap. prudentiam*, §. 6. *de offic. Deleg.*

1675. 29. Nov. —— Beneficia promoti ad Episcopatum vacant in Curia per promotionem, non obtenta præventivè à Papa facultate retinendi, ut tradunt Garz. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 6. *num.* 32. Barbos. *vot.* 43. *num.* 4. *lib.* 2. nisi tamen ageretur de promoto ad Episcopatum in partibus Infidelium, quia Beneficia hujusmodi Episcoporum Titularium non vacant per promotionem, Mandos. *super reg.* 26. *Cancellar. quæst.* 4. *sub num.* 5. Hojed. *de incompatib. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. cum aliis citatis *à Rota in Mediolanen. Beneficiorum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 599. *num.* 10. *&* 11.

1675. 14. Dec. —— Non potest Episcopus, nec illius Officiales in Visitatione quidquam recipere pro Decretis, seu Iudicatura executionis Testamentorum, vel piarum Voluntatum, aut piorum Locorum, sed gratis omnino fieri debent, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili, prout nec extra Visitationem potest per Episcopum, aut illius Officiales quidquam percipi pro hujusmodi Decretis, seu Iudicatura, sed tantummodo aliquid moderatè solvi Notario pro Scriptura, ac illius labore, in quo conscientia ipsius Episcopi gravatur, idque non obstante itidem quacunque consuetudine, etiam immemorabili. *Congr. Conc. in Urgell. & antea in Vicen.* 1645. 16. *Sept. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Iac.* Pignatel. *par.* 2. *tit.* de Legatis piis, *pag.* 8. ubi

ubi putat, hoc non procedere in casu, quo adsit Constitutio Synodalis.

1676.27.Ian. —— Alternativa Episcoporum si non est acceptata, non suffragatur: alternativa autem Episcopi procedit solum in Beneficiis liberæ collationis, non autem in iis, quæ ipse cum Capitulo confert. *Rota in Salamantina Canonicatus coram* Taja, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 635. num. 2. & 3.* 1634

1676.2.Mar. —— Episcopus, ubi Parochiæ non sunt distinctæ, ipse dicitur universalis Parochus, & ad eum solum spectant Decimæ. *Rota in Hispalen. Decimarum coram* Taja, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 661. num. 7.* 1635

1676.20.Mar. —— Litteræ Ordinarii designant Clericum esse bonæ famæ, & vitæ, juxta text. *in cap. 1. 2. & 3. de Cleric. peregrin.* Dunozett. Jun. *decis. 163. num. 3.* Peuting. *decis. 343. num. 2. apud Rotam in Ariminen. Capellania coram* Bourlemont, *decis. recent. par. 19. tom. 2. decis. 459. num. 2.* 1636

1676.17.Apr. —— Episcopus habens jus coæquale decimandi, exigit Decimas etiam de novis fructibus. *Rota in Conchen. Decimarum coram* Emerix, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 688. num. 13.* 1637

1676.1.Iun. —— Ordinarius pronuncians aliquem instituendum, idoneum etiam esse censuit: præsumitur enim Ordinarius instructus de vita, moribus, doctrina, & aliis requisitis suorum Diæcesanorum, Innoc. *in cap. innotuit, in princ. de eo, qui Ordin. furtiv. suscep.* Gonzalez *ad reg. 8. gloss. 4. nu. 117. & 125. apud Rotam in Praten. Parochialis coram* Ubago, *decis. recent. par. 18. tom. 2. decis. 720. num. 5.* 1638

1676.19.Iun. —— Clericorum universitas non admittitur ad tractatus, qui expediuntur per Episcopum, & Capitulum, Gloss. *in cap. penult. verb. Assisias, de Cler. non residen. apud Rotam in Elnen. Commutationis Legati coram* Ubago, *decis. recent. par.* 1639

par. 18. *tom.* 2. *decis.* 744. *numer.* 5.

1676.19.Jun. —— Commutationes legatorum, quæ juxta Testantium voluntates impleri non possunt, expediuntur per Episcopum unà cum Hæredibus, seu Executoribus testamentariis, Carpio *de Execut. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 22. 23. & 25. & *à num.* 30. *ad* 33. Marta *de Iurisdict. par.* 4. *cent.* 1. *casu* 74. *nu.* 11. Sylva *de Benefic. par.* 1. *qu.* 6. *vers.* 5. *facit*, Graffius *decis. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53. *num.* 11. *apud Rotam in d. Elnen. coram* eod. *ibid. num.* 6.

1676.19.Jun. —— A' Jurisdictione Ordinarii si Beneficiatos, & alios Papa non exemit, illi præjudicare voluisse censetur. *Rota in Elnen. Obedientiæ coram* Calataju, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 741. *nu.* 9. *ex alia ejusdem Rotæ decisione* 55. *num.* 7. penes Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3.

1676.22.Jun. —— Attestatio Secretarii Episcopi contraposita cum attestatione ejusdem Episcopi nihil probat tanquam directè contraria, & cedere debet Viro Dignitate conspicuo, & de facto proprio in munere suo deponenti, cui affirmanti magis credendum est, quàm non uni, sed pluribus negantibus, Gloss. *ad leg. diem proferre*, §. *si plures, in verb. consenserunt*, *ff. de recept. arbitr. apud Rotam in Barchinonen. Canonicatus coram* Pauluccio, *dec. recent. par.* 18. *tom.* 2. *decis.* 757. *num.* 9.

1676.22.Jun. —— Ut possit Episcopus jurisdictionem exercere in aliena Diæcesi, requiritur Diæcesani, & Litigantium consensus, Vitalin. *in Clem.* 1. *de for. compet. num.* 1. Ugolin. *de potest. Episc. cap.* 4. §. 14. *num.* 4. *vers.* 2. *excipitur*, quos refert, & sequitur Barbosa *eod. tit. alleg.* 6. *num.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 62. *num.* 11. *vers. prout etiam*, Gratian. *discept.* 127. *num.* 8. *apud Rotam in Cracovien. Pecuniaria coram* Vicecomite, *decis. recent. par.* 18. *tom.* 2. *dec.* 747. *num.* 3.

1676.1.Iul. —— Decretum Episcopi factum cum aliquo præsupposito, eo cessante, & ipsum quoque cessa-

cessare debet. *Rota in Cathacen. Matrimonii coram* Taja, *dec.rec.par.18.tom.2.decis.779.n.4.*

1677.15.Jan. —— Nullis existentibus Parochis, solus Ordinarius habet intentionem fundatam in Decimis. *Rota in Toletana Decimarum de Capilla coram* Bourlemont, *decis.rec.par.19.tom. 2. dec. 466.n.17.* 1645

1677.8. Febr. —— Licentia Episcopi requiritur in renunciatione Puellæ in ingressu Monasterii, ex Conc.Trid.*sess.25.de Regular. cap.16. apud Rotam in Camerinen. Bonorum coram* Calataju, *decis. recent. par.19.tom.2.decis.470. num.* 19. ubi num.20.& 21. *ampliatur primò*, ut hæc licentia intervenire debeat in actu renunciationis, nec præsumatur ex lapsu temporis: *ampliatur secundò*, ut non intervenisse dicatur, si in instrumento nulla de eo legitur facta mentio. 1646

1677. 8. Febr. —— Processiones dirigere spectat ad Episcopum cum consilio tamen Capituli majoris Ecclesiæ, prout disponit Concilium Tridentinum *sess.25 cap. 26. de reform.* & ibi Barbos. *de Regul. & Monach.cap.13.num.41.* Valenzuol.*cons.*184.*numer.* 23.31.*&* 32.*apud Rotam in Burgen.Praeminentiarum coram* Bourlemont, *decis.recent.par.19.tom. 2. decis.* 469.*num.*50. 1647

1677.8. Febr. —— Judicio Ordinarii in materia Præeminentiarum, Processionum aliarumque functionum Ecclesiasticarum totaliter deferendum est ad evitanda scandala, ut statuit Concilium Tridentinum *sess.25.cap.13.de Regular.*ibiq.Barbos. *num.* 7. *apud Rot.ibid.num.68.* 1648

1677. 29. Mar. —— Ordinarius executor deputatus, potest alium subdelegare, *Rota in Neapolitana Beneficii coram* Bourlemont, *decis.recent.par.* 19.*tom.*2. *decis.*472.*numer.*11.*ubi numer.seq. dictum fuit, quod* Executor non tenetur aliquem citare, si Breve nullam continet clausulam, quæ judicialem cognitionem exquirat, etiam quod admiserit articulos, & examen Testium. 1649

1677.29.Mar. — Ordinarii assertio multùm attenditur in materia ipsi præjudiciali. *Rota in d. Neapolitana Beneficii coram eod.* Bourlemont, *ibid.num.* 18.

1677.29.Mar. — Juspatronatus canonizatum per sententias Ordinarii, & approbatum etiam uti transitorium ad Hæredes extraneos audito Promotore Fiscali, & discussis exceptionibus, non est amplius controvertendum. *Rota in d.Neapolitana coram* eod. *ibid.num.*28.

1677.29.Mar. — Juspatronatus acquiritur etiam ex sola reædificatione Ecclesiæ pænitus dirutæ, accedente consensu Ordinarii. *Rota in d. Neapolitana Beneficii coram eod.*Bourlemont, *ibid.n.*51.

1677.30.Apr. — Episcopus sepeliri debet in propria Sede, & juxta suam sponsam Ecclesiam, si in alio loco Sepulturam non elegit, Cardin. *in Clem. dudum, §. hujusmodi, de Sepult.* quia inter Ecclesiam, & Episcopum spirituale Matrimonium contrahitur, *Can.sicut Viri, & Can.Altari 7.qu.*1.cujus Conjugii vinculum exigit, ut neque post mortem separentur, ad tradita per Abbat.*in cap. de Uxore, de Sepult.apud Rotam in Montis Cassinensis Preaminentiarum coram* Albergato Decano, *decis.rec.par.* 19. *tom.*1.*dec.*56.*n.*21.*& duob.seqq.*

1677.10. Maii — Attentata sunt omnia gesta contra jurisdictionem, quam habet Episcopus in sua Diœcesi, & præsertim post mandatum de manutenendo, *cap.*1.*&* 2. *ut lit.pend. apud Rotam in Baren. Jurisdictionis coram* Pauluccio, *decis. recent. par.* 19. *tom.*1.*decis.*69.*num.*9.*&* 10.

1677.10.Maii — Nullius Diœcesis titulus pugnat cum jurisdictione Episcopo, vel Archiepiscopo competente. *Rota in d.Baren.coram*, eod. *ibid.num.* 12.*ubi num.*16. *dictum fuit, quod* Nullius Diœcesis verbum importat Jurisdictionem Episcopalem, seu quasi, & Territorium separatum & distinctum, ex Fagnan.*ad cap.nullus 3.num.* 16. *&* 18. *de Paroch.*

1677.10.Maii — Ordinarium qui se nominat, facit, se

ſe Epiſcopum, & locum Civitatem appellat, cùm Ordinarii nomen abſolutè dicat Epiſcopum, non item inferiorem, Gloſſ. *ad cap.3.verb.loc.de offic. Ordin. in 6.*Felin. *ad cap. poſt ceſſionem, num.* 1. *de probat.*Lotter.*de re benefic. lib.*1.*qu.*24.*num.* 102. *& ſeq. apud Rotam in d. Baren. coram* eod. *ibid. numer.* 15. *&* 16.

1677.10.Maii. —— Debet Epiſcopus retinere in qualibet Terra ſuæ Diœceſis Vicarium Foraneum, qui ibidem jurisdictionem exerceat, ut ex Nicol. *in Floſc.verb.Vicarius Foraneus*, nihil officiente deciſ. 716.coram Coccino, tenet *Rota in d. Baren. coram* eod.*ibid.num.*37. 1657

1677.31.Maii. —— Alternativa Epiſcopis conceſſa expirat per mortem Papæ, quia durat uſque ad vitam Pontificis concedentis. *Rota in Paleſtina Beneficii de Padilla de Duero coram* Albergato Decano, *deciſ.recent.par.*19.*tom.*1.*deciſ.* 76. *numer.* 7. ex Cocchier.*ſuper reg.Cancellar.ad reg.*8.*gloſſ.*21. *num.* 2. & Gonzal.*ad eand.reg.gloſſ.*51.*num.*4.*&* 5. 1658

1677.21.Jun. —— Eccleſiæ, vel Baſilicæ in ejus Epiſcopi poteſtate ſunt, in cujus Territorio exiſtunt. *Rota in Beneventana Juriſdictionis coram* Taja, *dec. rec.par.*19.*tom.*1.*dec.*106.*n*10. 1659

1677.21.Jun. —— Iurisdictio ſi ab inferioribus Prælatis probatur exercita in locis Ordinariorum, non ſufficit juris præſumptio eisdem Ordinariis aſſiſtens. *Rota in d.Beneventana coram* eod.*ibid.num.*20. 1660

1677.21.Jun. —— Conſtitutiones Epiſcopales, vel Archiepiſcopales ſi continent confeſſionem ſituationis, vel jurisdictionis, plenè probant, ut eſt optimus text. *in cap. cùm veniſſent*, ibiq. Gloſſ. *in verb. probatum, de inſtit.apud Rotam in d. Beneventana coram* eod.*ibid.num.*23. 1661

1677.21.Jun. —— Confeſſiones geminatæ factæ ab Epiſcopis probant jurisdictionem inferiorum Prælatorum, & ſituationem loci. *Rota in d.Beneventana Juriſdictionis coram* eod.*ibid.num.*24. 1662

1677.21.Iun. —— Metropolitani etiam post plenè visitatam Provinciam non possunt visitare Cathedrales Ecclesias, neque Diœceses suorum Comprovincialium, nisi causa cognita, ex Concilio Tridentino *sess.24. de reform.cap. 3. §. à Metropolitanis, apud Rotam in d. Beneventana coram* eod. *ibid. num*38.

1677.21.Iun. —— Ordinarius tenetur singulis annis suam visitare Diœcesim. *Rota in dicta Beneventana Jurisdistionis coram eodem* Taja, *ibid. n.*40.

1677.21.Iun. —— Actus Iurisdictionis à Prelato exerciti in aliena Diœcesi, sufficit esse dubios ad hoc, ut non præjudicent Prælato inferiori. *Rota in d. Beneventana coram* eod.*ibid.num.*41.

1677.21.Iun. —— Mulctandi jus inter ipsos si habeant Beneficiati, vel Canonici, illud dicuntur habere uti Ministri, & dependentes ab Abbate, vel Episcopo. *Rota in Elnen. Obedientiæ coram* Calataju, *dec.rec.par.*19*.tom.*1*.dec.*103*.n.*10.

1677.21.Iun. —— Obedientia, & reverentia æque præstari debet à Canonicis, & Beneficiatis uni, eidemque Abbati in Ecclesia tantummodo existenti. *Rota in d.Elnen.coram* eod.*ibid.n.*13.

1677.21.Iun. —— Abbatem habere jurisdictionem probatur ex actu Carcerationis per eum facto: Carceratio enim est actus Iurisdictionis, D. Thom. 2. 2. *quæst.*65*.artic.*3. Post h.*de manut.obser.*31*.numer.*24. *apud Rotam in d.Elnen.coram* eod.*ibid.n.*20.

1677.21.Iun. —— Iurisdictio Abbatis non tollitur, si propter ipsam fuit excommunicatus, dum postea plenariè absolutus fuit. *Rota in d. Elnen. coram* eod. *ibid.num.*21.

1677.7. Iul. —— Græci promoti ab Episcopis Latinis ad primam Tonsuram Ritu Latino, non possunt subinde ad Ritum Græcum transire. *Congreg. S.Officii in Sypontina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult.Canon.Iac.Pignatel.par.*2*. tit.* de Ordine *pag.* 177.

1677.26. Nov. —— Episcopus sine Beneplacito Aposto-

stoli-

ſtolico non poteſt juriſdictionem à ſe abdicare: & Confirmatio Apoſtolica emanata poſt mortem Epiſcopi, qui alteri juris dictionem conceſſit, non vocato ſucceſſore, non ſubſtinetur. *Rota in Converſana Juriſdictionis coram* Taja, *deciſ. recent. par. 19. tom. 1. deciſ. 132. n. 2. & 3.*

1677. 26. Nov. —— Papa non cenſetur Epiſcopo ſucceſſori præjudicare voluiſſe per approbationem facti Epiſcopi anteceſſoris in re gravi, ſi illum in eadem approbatione non vocavit. *Rota in d. Converſana coram* eod. *ibid. num. 4. ubi num. ſeq. dictum fuit, quod* Exemptiones à Iuriſdictione ſine rationabili cauſa concedi non debent, & conceſſæ non citatis intereſse habentibus, nullius ſunt roboris, vel momenti, juxta Concilium Lateranenſe ſub Leone X. relatum à Gratiano *diſcept. 918. num. 60. verſ.* fuit etiam additum. — 1671

1678. 31. Ian. —— Donatio omnium Bonorum, & Iurium comprehendit Iuſpatronatus, etiamſi conſenſus Ordinarii non interveniat. *Rota in Novarien. Beneficii coram* Rondinino, *deciſ. rec. par. 19. tom. 1. deciſ. 158. num. 7.* — 1672

1678. 14. Febr. —— Ordinarius habet à Iure facultatem exequendi pia relicta in caſu moræ, præcedente monitione, non autem immediatè, & rectà vià, ex text. *in cap. nos quidem 3. cap. ſi hæredes 6. de teſtam. l. nullis 28. §. cùm autem, C. de Epiſc. & Cler.* benè Monet. *de commut. ult. volunt. cap. 3. num. 63.* Carpan. *de execut. teſtam. lib. 1. cap. 22. num. 6. & ſeqq. apud Rotam in Cæſarauguſtana Teſtamenti coram* Bourlemont, *deciſ. rec. par. 19. to. 2. dec. 484. n. 18.* — 1673

1678. 14. Febr. —— Epiſcopus non poteſt examinare Rectores Eccleſiarum Parochialium, niſi ad normam Sacræ Congregationis Concilii Tridentini. *Rota in Compoſtellana Iuris examinandi coram* Pauluccio, *deciſ. rec. par. 19. tom. 1. deciſ. 167. n. 1.* — 1674

1678. 14. Febr. —— Aſſertiones Epiſcopi vagæ non ſufficiunt ſuper inhabilitate ſuorum Parochorum, — 1675

ne sit in ejus arbitrio illorum famam gravare, eos novo examini subiiciendo, Pignatel. *consult.* 132. *num.*19.*lib.* 1. *apud Rotam in d. Compostellana coram* eod.*ibid.n.*9.*&* 10.

1678. 28. Febr. —— Prælatus potest esse Consiliarius Principis sæcularis, sed non debet Officialis Iustitiæ exercendæ, Bonacin.*de Censur.disput.*2.*quæst.*4.*punct.*5.*n.*3.*vers.Obiicies, in Hispania*, ut refert, & tenet *Rota in Mediolanen.Pensionis coram* Taja, *decis. rec.par.*19.*tom.*1.*dec.*172.*num.*5.

1678. 11. Mar. —— Ordinarii consensus requiritur in donatione particulari facta de Iurepatronatus, secus verò in universali, Modern.Lucensis, *de put. futur.success.lib.*2.*cap.*9.*n.*73.Palma jun.*consult.*1.*nu.* 29.Add.*ad Rot.par.*9.*decis.*46.*n.*118.Ninot.*decis.*12. *sub num.*7.*&* 8.*apud Rotam in Bononien. Iurispatronatus coram* Rondinino, *decis.recent.par.*19.*tom.*1.*dec.* 181.*nu.*5.

1678. 11. Mar. —— Assertiones, & enunciativæ Ordinariorum super Iurepatronatus Gentilitii dicuntur stare demonstrativè, Cassad.*decis.* 4.*n.*1.*de probat.*Merlin.*decis.*198.*nu.*10.*&* 15.Ninot.*dec.*27.*sub n.*7.*&* 18.*apud Rotam in d.Bononien. coram* eod. *ibid. num*16.

1678. 18. Mar. —— Concordia facta inter Episcopum, & Regulares in materia Iurisdictionis, à Sede Apostolica confirmata, inviolabiliter observari debet, & executioni demandari. *Rota in Barchinonen.Jurisdictionis coram* Calataju, *decis. recent. par.* 19.*tom.*1.*dec.*191.*num.*2.

1678. 18. Mar. —— Iurisdictio in solis certis casibus Regularibus concessa in iis solùm suffragari debet, nec ad alios casus extendi in præjudicium Episcopi habentis fundatam intentionem in Iure, & causam universalem, *cap.si Papa, vers.his enim, de privil.in* 6.Abb.*in cap.P.G. num.*15. *vers. venio ad sextam, de offic.delegat.*Bald.*in cap.de causis,num.*8.*eod.tit.*in hac namque materia strictè interpretanda, id, quod expres-

expreſsè non legitur in Concordia conceſſum, cenſetur Epiſcopo reſervatum, Ancharan *in cap. poſtulaſti, verſ. quidquid per exemptionem, de for. compet.& in cap.2.ſub n.50.de conſtit.in 6.* ibiq. Francus, *nu.*10. Cocchier. *de Iurisdict.ordin.par.2. qu.*45. *num.*12.*apud Rot.in d.Barchinonen.coram* eod. *ibid.n.* 6.*& ſeqq.*

1678.18. Mar. —— Sententia declarans non licere Epiſcopo exercere Iuriſdictionem, intelligitur reſpectu aliorum caſuum, quibus illa alteri fuit conceſſa, juxta tenorem Concordiæ: cùm ad eam ſententia ſe referat, ad illius terminos eſt reſtringenda, & ſecundùm ipſam intelligi, *l. aſſe toto, ff. de hæred.inſtit.* Adden. *ad Gregor. deciſ.* 168. *in fin.* Seſſe *deciſ.Aragon.*125.*num.*41.*apud Rotam in d.Barchinonen.coram* eod.*ibid.n.*10.*& ſeqq.* 1681

1678. 22. Apr. —— Ordinarius conferens Beneficia Patronata, tanquam devoluta, quæ verè devoluta non ſint, dicitur nulliter, & injuſtè conferre, ex ratione text. *in Can.decernimus, & Can. Monaſterium*, ubi Gloſſ.fin.16. *quaſt.7.& in cap. Bertoldus, de ſent.& re judic.apud Rotam in Pampilonen. duorum quartorum Beneficii coram* Rondinino, *deciſ. rec.par.* 19.*tom.*1 .*dec.*197.*n.*3. 1682

1678.22.Apr. —— Exemptio à Iure viſitandi, quod competit Ordinario, non valet abſque confirmatione Apoſtolica, Barboſ. *de poteſt.Epiſc.par.* 3. *alleg.*89.*num.*3.*apud Rotam in Iuvenacen. Iurisdictionis coram* Bourlemont, *deciſ.rec.par.*19.*tom.*2.*deciſ.*485. *num.*1 .*ubi num.*4.*dictum fuit, quod* Ius concedendi exemptionem à Viſitatione Ordinarii eſt ſpecialiter Summo Pontifici reſervatum. 1683

1678.22.Apr. —— Ius viſitandi cenſetur conceſſum cumulativè cum Ordinario, non verò privativè: quamvis conceſſio ſit facta ab habente actualiter juriſdictionem, ſeu jus viſitandi. *Rota in d. Iuvenacen. carum* eod.*ibid.nu.*7. 1684

1678.22.Apr. —— Ordinarius habet fundatam de jure inten- 1685

intentionem super jure visitandi in tota sua Diœcesi. *Rota in d. Iuvenacen. Iurisdictionis coram eod* Bourlemont *ibid.n.*8.

1678. 22. Apr. —— Ius visitandi censetur concessum privativè ad Ordinarium, quando concessio fuit facta per viam transactionis, & ad petitionem impetrantis. Trentacinq.*variar.resolut. lib.*1.*tit.de jurisdict.nu.*9. Ludovic. *concl.* 20. *vers. Sextò fallitur*. Gratian.*discept.cap.*154.*num.*41.Andreol.*controvers.* 320.*num.*8.*& seqq.apud Rotam in d.Iuvenacen. coram* eod.*ibid.num.*9.*ubi num.seq.* declaratur, ut hoc procedat, quando jus visitandi fuit concessum Superiori, vel æquali, secus si inferiori: & hoc locum habet, etiamsi fuerit divisa Iurisdictio cum clausulis taxativis.

1678. 22.Apr. —— Ius visitandi præscriptum per immemorabilem, censetur acquisitum privativè ad Ordinarium: immemorabilis autem ut suffragetur pro acquirendo jure visitandi in præjudicium Ordinarii, debet esse approbata per tres conformes. *Rota in d.Iuvenacen.coram* eod.*ibid.n.*13.*&* 14.

1678.22.Apr. —— Per præscriptionem interruptam censetur quidem suspensa, sed non extincta jurisdictio Ordinarii, ut tradit Pax Iordan. *de re benefic. lib.*6.*tit.*1.*de Visitat.generāl num.*52.*apud Rotam in d. Iuvenacen coram* eod.*ibid.num.*15.

1678.22.Apr. —— Episcopali Cathedra in aliqua Civitate existente implicat aliam intra eandem Diœcesim constitui. Hostien.*in cap. cùm contingat, nu.* 1. *de for. compet. apud Rotam in Cassinen. Praeminentiarum coram* Albergato Decano, *decis.rec.par.* 19. *tom.*1.*decis.*196.*num.*7.

1678.22.Apr. —— Episcopi suam possessionem capere debent in Ecclesia Cathedrali, ad text. *in Extravag.*Injunctæ *de elect.inter Extravag. comm.* Francus *de Eccles.Cath.cap.*8.*num.*118.*cum seqq.* juxta quam constitui debet Palatium Episcopale, *cap. Episcopus* 41.*dist.cap.Episcopus*, *de consecr. dist.* 3. & ibi Gloss. Innoc.

Innoc. *in cap. ex or e, de privileg. apud Rotam in d. Cassinen. coram* eod. *ibid. num. 26. & 28.*

1678.27.Apr. —— Episcopus habet juris assistentiam in exercenda jurisdictione super omnes Ecclesias suæ Diœcesis, juxta text. *in cap. omnes Basilicæ, & cap. nullus 16. quæst. 7. cap. conquerente, de offic. Ordin.* cum aliis concordantibus adductis per Gonzal. *ad reg. Cancellar. in §. 1. proem. nu. 22. apud Rotam in Vicen. Jurisdictionis corvm* Emerix, *decis. recent. par. 19. tom. 1. decis. 204. num. 3. ubi tamen num. 23. dictum fuit, quod* Jurisdictionem in locis exemptis Episcopus exercere non potest. 1691

1678.27.Apr. —— Episcopus non potest prætendere assistentiam Juris super jurisdictione loci Abbatialis suæ Diæcesis, si petivit licentiam ab Abbate illam exercendi. *Rota in d. Vicen. coram* eod. *ibid. num. 7. ubi num. seq. dictum fuit, quod* locus exemptus licèt sit in Diæcesi, æquiparatur tamen quoad jurisdictionem loco existenti extra Diæcesim, juxta pontualem doctrinam Geminian. *in cap. cùm Episcopus, n. 4. de offic. Ordin.* Franch. *in cap. 2. §. statutum, n. 12. vers. sed si per Privilegium, de constit. eod. lib. 6.* 1692

1678.27.Apr. —— Episcopus nec etiam uti Delegatus Sedis Apostolicæ visitare potest loca exempta, in quibus alius habet jurisdictionem quasi Episcopatum, Gratian. *discept. 212. num. 30. apud Rotam in d. Vicen. coram* eod. *ibid. num. 10. ubi num. seq. dictum fuit, quod* Actus Iurisdictionales exerciti ab Episcopo, ut noceant Abbati exempto, probari debent, quod fuerint exerciti in locis, & Personis exemptis: *& num. 12. dixit ead. Rota, quod* Actus Iurisdictionales Episcopo præservati, nullum jus tribuunt quoad alios actus eidem Episcopo non præservatos. 1693

1678.16.Maii. —— Abbas Ecclesiæ jurisdictionem, obedientiam, & reverentiam habere debet in Beneficiatos, & Clericos ejusdem Ecclesiæ: Obedientia enim, & reverentia ratione Dignitatis, & 1694

Ad-

Admininistrationis debetur cuicumque Prælato, & Capiti Ecclesiastico, quàm exigit Ordo Divini Officii, aliarumque functionum Ecclesiasticarum, quæ cum scandalo perturbarentur, si Abbatis monita Beneficiati indiscretè contemnentes non possent cogi ad obediendum mulctà saltem pecuniarià, modicàque coarctione, seu castigatione, ut *in l. ult. ff. de officio ejus, cui mandata est jurisdictio, & in l. Magistratibus 12. ff. de Jurisdict. omn. Jud. apud Rotam in Elnen. Obedientiæ coram* Taja, *decis. recen. par. 19. tom. 1. decis. 222. à num. 1. ad 5.*

1678. 16. Maii. —— Abbas, & Beneficiati, sicuti Episcopus, & Clerici invicem sibi honorem præstare debent. *Rota in d. Elnen. Obedientiæ coram eodem* Taja, *dict. decis. 222. numer. 8.*

1678. 16. Maii. —— Prior Claustralis licèt habeat jus mulctandi suos Monachos, ipse tamen subest Abbati: & sicuti Monachi, & Religiosi obedientiam præstare tenentur Priori, qui tamen sicuti ipsi omnes subsunt Abbati, ita Beneficiati suo Abbati obedire debent, quamvis omnes subjacent Episcopo. *Rota in d. Elnen. coram* eod. *ibid. nu. 10. & 11.*

1678. 16. Maii. —— Abbas, Prior, & cæteri Superiores Ecclesiæ, vel Monasterii secundùm suam conscientiam delinquentes corripere, & castigare debent, Obedientes verò benignè recipere, confortare, & confoverè tenentur. *Rota in d. Elnen. coram* eod. *ibid. num. 12.*

1678. 3. Iun. —— Pontifex erigendo Parochialem in Collegiatam, potest ab ea excludere Episcopum, & Canonicos, vel ipsam eidem Episcopo, Capitulo, & aliis etiam Personis tradere, ut ex Felin. *in cap. nostra, sub num. 15. de rescript.* dixit *Rota in Mediolanen. Iurium Parochialium coram* Matthæjo, *par. 19. decis. recent. tom. 1. decis. 225. nu. 21.*

1678. 3. Iun. —— Episcopus executor litterarum Apostolicarum erectionis Parochialis in Collegiatam,

non

non potest statuere, quod Dominium Ecclesiæ, & Suppellectilium in posterum spectet ad Capitulum, & Canonicos, quia prout executor remanet denudatus omni potestate primævum statum immutandi, & novum inducendi, & ei deficit omnis facultas prævertendi formam sibi in Brevi præscriptam, & sub certis modis limitatam, ut ex *cap. Venerabilis* 37. *de offic. delegat. cap. cùm dilecta* 22. ibiq. Gloss. *in verb. transponentes*, *de rescript.* dixit *Rota in d. Mediolanen. coram* eod. *ibid. numer.* 24. *&* 25.

1678:20.Iun. —— Episcopus successor tanquam legitimus Medicus examinare potest Parochos ab ejus antecessore approbatos ad eorum peritiam explorandam, Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 4. *n.* 106. Tondut. *quæst. benefic. par.* 2. *cap.* 5. §. 5. *nu.* 6. Paris. *de resignat. Benefic. lib.* 10. *qu.* 5. *nu.* 66. eoque examine per eosdem recusato, facilè comprehendit eorum inhabilitatem, Castropal. *Oper. Moral. de Sacram. par.* 4. *tract.* 23. *disput. unic. punct.* 19. §. 4. *nu.* 5. ac proinde potest eosdem suspendere, & in eorum Ecclesiis, ac Curæ exercitio Vicarios, seu Vicecuratos deputare, juxta apertissimam Tridentini dispositionem *sess.* 21. *de reform. cap.* 6. & frequentia Doctorum vota, quos citat, & sequitur *Rota in Compostellana Juris examinandi super remotione Vicecuratorum coram* Pauluccio, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 258. *numer*, 1. 2. *&* 3. 1700

1678.20.Iun. —— Vicecuratorum deputatio facta ab Episcopo loco Parochorum se examinari recusantium appellationem non admittit. *Rota in d. Compostellana coram* eod. *ibid. num.* 5. *ubi num. seq.* dictum fuit, quod Appellatio suspensiva non conceditur à Decretis factis ab Episcopo in actu Visitationis, ex Tridentino *sess.* 24. *de reform. cap.* 10. 1701

1678.29.Iun. —— Procurator Fiscalis Episcopi ipse so- 1702

solùm dicitur legitimus Contradictor in materia approbationis Parochorum. *Rota in d. Compostellana coram* eod. *ib. n. 9. ubi n. 11. dictum fuit, quod* Vicecuratorum remotionem si Parochus, qui se renuit examinare, revocare velit, novo examini se subiicere debet.

1678.20.Iun. —— Si Successor Episcopus Regulares utcunque à Sancta Sede adeo privilegiatos, semel à Prædecessore approbatos, licèt Lectores, & Graduatos in Theologia, potest pro recta, & tuta Sacramenti Pænitentiæ administratione ad examen vocare, multò magis poterit Parochos à se non amplius examinatos examinare, ut experiatur, an exculta duret scientia, & peritia, de qua quidem cognovit Prædecessor, ut consulat quieti conscientiæ suæ, quam ratiocinationem induxit Capon. *contr. foren. contr.* 42. *nu.* 8. post Ioan. Sanchez *in Select. Sacram. disput.* 48. *apud Rotam in d. Compostellana Iuris examinandi coram* Paoluccio, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 257. *num.* 16. *&* 17.

1678.20.Iun. —— Episcopus successor, si Parochos à se denuo examinatos habiles non reperiat. potest illis assignare Coadjutores, donec efficiantur habiles, ad præscriptum Tridentini Concilii, quod hanc facultatem indulget, & præviam examinis ac necessariam indulsisse præsumitur, *l.* 2. *ff. de jurisdict. omn. Judic. l. ad rem, l. ad leg. legitimum, ff. de procur. apud Rotam in d. Compostellana coram* eod. *ibid. nu.* 34. *ubi nu.* 37. *dictum fuit, quod* Examem factum per solam approbationem Ordinarii non inducit adeo urgentem idoneitatis præsumptionem, sicuti examen per concursum.

1678.22.Iun. —— Successor Episcopi non impugnat assertionem Pontificis dicentis sibi, ab illius antecessore fuisse supplicatum. *Rota in Calciaten. Iuris cognoscendi causas coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 262. *num.* 39. *ubi num. seq.*

di-

dictum fuit, *quod* Confessio Episcopi in supplicatione emissa, contra supplicantem plenè probat, *l. cum precum C. de liber. caus.*

1678.22.Jun. —— Episcopus habet notitiam indigentiæ suæ Diæcesis. *Rota in Elnen. Commutationis legati coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 267 *num.* 9. ex Ugolin. *de offic. & potest. Episc. cap.* 61. *num.* 1. §. *quare*. 1809

1678.27.Iun. —— Episcopus sciens electionem Beneficiati factam à Capitulo, & non contradicens, illam dicitur approbare: ex scientia enim, & acquiescentia illius resultat tacitus consensus, & approbatio. *Rota in Terdonen. Præpositura coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 274. *num.* 14. & 15. 1707

1678.9.Jul. —— Cùm necessarium sit, ut Processus de Defunctis cum fama Sanctitatis auctoritate Ordinaria fabricandi conficiantur cum maxima diligentia, mandatur Ordinariis locorum, ut ultra testes inductos à Postulatoribus, teneantur ipsi quoque inquirere, ac examinare alios testes benè instructos super vita, & moribus Servi Dei; & si aliquid reperierint in contrarium, quod ipsis videatur relevans, supersedeant in ulteriori inquisitione, donec Sacra Congregatio ab eis certiorata per litteras mandet quid agendum sit. *Congr. Rit. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form. ult. num.* 37. 1708

1678.9.Iul. —— Hujusmodi diligentiæ serventur etiam in Processibus auctoritate Apostolica faciendis à Iudicibus Delegatis, quibus per litteras particulares Sac. Congregat. enixè commendari debeat: & itidem faciat Promotor Fidei in litteris scribendis Subpromotoribus. *Congreg. Rit. apud* eund. *ibid. numer.* 38. 1709

1678.9.Iul. —— Pro majori cautela præscribi debeat in litteris remissorialibus, quod non solùm Interrogatoria retineantur semper clausa, & sigilla- 1710

sigillata cum sigillis eorumdem Judicum, non aperienda nisi in actu examinis, & claudenda in fine, sed ulterius depositiones ipsæ, antequam Processus sit absolutus, in fine cujuslibet sessionis claudi, & signari debeant cum sigillis Judicum, nec possint aperiri, nisi in præsentia ipsorum in principio cujuslibet examinis, & sessionis: ac hujusmodi diligentiæ fieri debeant etiam in Processibus fabricandis in Curia: iidemque Judices, prout etiam Subpromotores, & Notarii, tam in partibus, quàm in Curia, ac Testes, & in Curia Prothonotarius], debeant ante inchoationem Processuum prestare juramétum de servando Secretum religiose sub pena Excommunicationis ipso facto in casu contraventionis incurrendæ, juxta formulam juramenti imprimendam in fine Decretorum, & pro omnimoda observantia transmittendam Judicibus delegatis. *Congreg. Rit. apud* eund. *ibid. numer.* 39.

1678.9.Iul. —— Decretum superiùs positum, & editum 1631.12.Martii, confirmatur, addendo quod extrajudiciales attestationes non solùm exquiri, aut obtineri non valeant, sed rursus quod hactenus obtentæ, sive in futurum obtinendæ non faciant aliquem gradum probationis, nec inseri possint in Processibus, tam Ordinaria, quàm Apostolica auctoritate fabricandis. *Congr. Rit. apud* eund. *ibid. num.* 40.

1678.24.Sep. —— Cùm ex Concilio Tridentino *sess.*25. *de Regular. cap.*7. Abbatissa, & Priorissa, & quocunque alio nomine Præfecta, vel Præposita appelletur, eligenda sit non minor annis quadraginta, annus quadragesimus debet esse completus. *Cong. Conc. in Neapolitana apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom.*1. *cap.*1 *num.*7.

1678.1.Oct. —— Nec Episcopus, nec alius Prælatus, nec ejus Vicarius Generalis, aut Foraneus, aut alius Officialis potest sub quovis prætextu exigere emo-

emolumenta, nec spontè oblata recipere in materia Ordinum Sacrorum, & minorum, primæque Tonsuræ, tam pro collatione, aut facultate conferendi aliis concedenda, quàm pro eorum exercitio, aut facultate illos exercendi, exceptis Candela ad Ordinati arbitrium quoad qualitatem, & pondus Ordinanti offerenda, & unico Iulio pro litteris testimonialibus Ordinis suscepti, vel pro Dimissorialibus, quando collatio ab alio Episcopo sit facienda, ab habentibus pecuniæ usum Cancellariæ solvendo. *Innocentius XI. in* Taxa, *ab eo* Innocentiana *vocata*, §. Nella materia de gl' Ordini, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Episcopis, *pag.* 259.

1678.1.Oct. —— Episcopus, vel Vicarius, aut alius Officialis nec directè, nec indirectè participare potest de emolumentis, quæ Cancellario debentur in collatione Subdiaconatus ratione actuum pro veritatis justificatione, & Patrimonii, vel Beneficii sufficientia faciendorum: quæ quidem Cancellarii emolumenta non debent excedere scutum aureum, & sint etiam minora, si minor fuerit labor. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid. pag.* 260. 1715

1678.1.Oct. —— Nec Episcopus, aut alius Beneficiorum liberæ collationis, vel devolutorum Collator, nec ejus Vicarius, aut alius Officialis potest aliquid exigere, aut spontè oblatum recipere pro dictorum Beneficiorum collatione, aut possessione, tam si sint Curata, vel Residentialia, quàm Simplicia, vel non Residentialia, aut etiam Capellaniæ manuales. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Nella materia de Beneficii. 1715

1678.1.Oct. —— Si in loco Beneficii fuerit Cancellarius Vicarii Foranei, vel alius Notarius, Beneficii possessio dictis Vicario, & Cancellario committatur, sine necessitate itineris Cancellarii Episcopalis. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* 1716

1678.1.Oct. —— Quoad Beneficia provisionis Apostolicæ, 1717

licæ,

licæ, eò quod sint reservata, vel affecta ante eorum provisionem, tam in Beneficiis Curatis, in quibus per Ordinarium dantur Datariæ litteræ testimoniales approbationis, & prælationis in Concursu, juxta formam à Tridentino præscriptam, quàm etiam in aliis Beneficiis non Curatis, & specialiter in residentialibus, pro quibus dari solent Datariæ attestationes de vita, moribus, & idoneitate concurrentium, nihil potest exigi pro dictis litteris, aut recipi merces, vel aliud emolumentum in pecunia, vel in aliis rebus sub quovis prætextu, etiam voluntariæ donationis. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Quanto à Beneficii.

1678. 1. Oct. —— Generaliser tàm in Capellaniis manualibus, quàm in novis fundationibus, & erectionibus Beneficiorum, Capellaniarum, Confraternitatum, Congregationum, vel fundationibus, benedictionibus, consecrationibus, & respectivè visitationibus, & approbationibus Ecclesiarum, & Oratoriorum tum auctoritate Apostolica, tum Ordinaria Episcopus, vel alius Prælatus, ejusque Vicarius, & quicunque Officialis nec exigere, nec recipere potest aliquod emolumentum: sed tantùm Cancellarius recipere potest mercedem labori adæquatam, non excedentem scutum aureum: & si fuerit minor labor, minor sit etiam merces. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* *pag.* 261. §. Generalmente così nelle Capellanie.

1678. 1. Oct. —— In causis, & materiis Matrimonium, & Sponsalia respicientibus, tam pro executione dispensationum Apostolicarum Matrimonialium, quàm pro justificatione status liberi, & quod non adsit Canonicum impedimentum, & etiam pro publicationum dispensatione, vel licentia contrahendi Domi, aut in alio loco, vel tempore insolito, & prohibito, vel quod contrahi possit coram aliis, quàm Parocho, & pro omni alio actu faciendo, Episcopus, ejusque Vicarius non potest

sub

ſub quovis prætextu, aut colore, etiam voluntariæ donationis aliquid exigere, vel recipere in pecunia, vel in aliis rebus. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Nelle cauſe, e materie.

1678.1.Oct. — Generaliter in omni eo, quod reſpicit Monialium Monaſteria, & illarum Mulierum Conſervatoria, quæ adinſtar Monaſteriorum, & Monialium reſpectivè vivunt *ritirate*, Epiſcopus, aut alius Prælatus, & Vicarius tum Generalis, tum etiam particularis, nullum exigat emolumentum, illis exceptis commeſtibilibus, quæ ſunt uſui adæquata, & triduo conſumenda etiam ſub titulo donationis pro admiſſione ad habitum Monaſticum, approbatione depoſiti Dotis, profeſſione, & admiſſione Educandarum, aliarumque ſæcularium Mulierum, pro renunciationibus à Novitiis faciendis, electione Abbatiſſæ, vel alterius Superioris, pro licentiis Medicorum, Chirurgorum, & Operariorum, licentiis itidem alloquendi Moniales, aliaſque in Monaſterio exiſtentes, pro deputatione Confeſſarii, Capellanorum, Procuratorum, Exactorum, aliorumque Miniſtrorum, & generaliter pro omni alio actu gubernium reſpiciente. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid*. §. Generalmente in tutto quello. 1720

1678.1.Oct. — Epiſcopus, vel alius Prælatus, ejuſque Vicarius Generalis, aut particularis, Cancellarius, & alius quicunque Officialis non poteſt etiam ſub nomine voluntariæ donationis aliquid exigere, vel recipere in eo, quod reſpicit adminiſtrationem Sacramentorum Baptiſmi, Chriſmatis, Pænitentiæ, Euchariſtiæ, & extremæ Unctionis, nec pro examine, & approbatione, aut licentia ea adminiſtrandi, ideoque Epiſcopi, Prælati eorumque Vicarii, & Officiales id non permittant Curatis, Confeſſariis, aliiſque Miniſtris, cùm hæc omnia ſint illicita, imo nec ſinant aliquid exigere pro Benedictione Mulierum, quæ poſt 1721

Partum pro prima vice Ecclesiam ingrediuntur. *Innocentius XI. apud* eund. *ib.* §. Pariniente per una regola generale.

1678.1.Oct. —— Ubi adest antiqua consuetudo, quod Episcopus, aut alius Prælatus, & Officialis condat Testamentum pro illorum Anima, qui moriuntur *ab intestato*, nullus ex prædictis ullo modo, vel sub quovis prætextu, etiam paupertatis, participet, sed totum applicetur effectivè usibus, & operibus piis, nec pro adimplemento hujusmodi dispositionis Sepultura, & exequiæ, aut Funeralia impediantur, aut retardentur. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. In quelle Diocesi.

1678.1.Oct. —— Nullo modo impediantur, vel retardentur Sepultura, Exequiæ, aut Funeralia Defunctorum tam Civium, quàm exterorum ob solutionem illorum emolumentorum, quæ ab Episcopo, aut Capitulo, sive à Curato, & quocunque alio, juxta locorum consuetudinem, prætenduntur, sed illæsæ remaneant actiones juridicæ in Bonis, super quibus erunt exercendæ, absque eo quod fiat repræsalia Cadaveri, vel dentur molestiæ personales Filiis, Uxoribus, & Consanguineis: nec etiam aliquid exigatur pro licentia transferendi Cadavera, vel ea sepeliendi magis in uno loco, quàm in alio. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Come anche in modo alcuno.

1678.1.Oct. —— Episcopo, vel Prælato, eiusque Vicario prohibetur, tanquam emolumentum illicitum directè, vel indirectè, quæcunque exactio sub quovis prætextu, etiam donationis in rebus infrascriptis, scilicet: I. pro licentia laborandi in diebus festivis, etiamsi applicetur locis piis: II. pro revisione rationum locorum piorum: III. pro recognitione, approbatione, & publicatione Indulgentiarum, & Altarium Privilegiatorum: IV. pro licentiis quæstuandi: V. pro attestatione paupertatis, aut alterius requisiti: VI. pro licentia

ab-

absentiæ à residentia, & pro dimissoriis, quæ solent concedi discedentibus de Domo, in alium locum profecturis: VII. pro Monitorialibus, & pro revelationibus Excommunicationum, tam si dentur ab ipsa Curia, & Ordinario, quàm si publicentur Litteræ Apostolicæ: VIII. pro declaratione incursus in Censuras, percussione Clericorum, aliisque rebus similibus, & pro Absolutione: IX. pro facultate exercendi Pontificalia: X. pro executione Brevium Apostolicorum, pro licentia Sacræ Congregationis in alienatione Bonorum Ecclesiæ, & piorum Locorum, vel impositione Censuum, & denique pro eo omni, quod attinet ad defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ tam personalis, quàm realis, & localis, & præsertim pro hac ultima nullo modo, sub quovis prætextu, merces, vel emolumentum recipi, vel exigi potest, sed totum faciendum est gratis. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Si dichiara ancora illecito.

1678.1.Oct. —— Pænæ, & mulctæ, ac compositiones applicentur usui locorum piorum, absque eo quod Episcopus, aut Vicarius, & Officiales directè, vel indirectè aliquam habeant participationem. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Le Pene, e Multe. 1725

1678.1.Oct. —— Subsidium Charitativum in illis Diœcesibus, in quibus exigi solet, & non aliter, exigatur solummodo pro una vice in primo Episcopi ingressu juxta antiquam consuetam taxam *d' anni quaranta in dietro*, nec amplius exigatur sub quovis prætextu, etiam voluntariæ donationis. *Innocentius XI. apud* eund. *ibid.* §. Il Sussidio Caritativo. 1726

1678.12.Dec. —— Papa potest non solùm in aliquo, sed etiam in toto eximere Capitulum à Iurisdictione sui Episcopi. *Rota in Calciat. Iuris cognoscendi causas coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 317. *num.* 9. ex Tondut. *resol. benefic.* 62. *num.* 6. *lib.* 1. 1727

1679.13.Ian. —— Episcopus tanquam Parochus uni- 1728

versalis suæ Diæcesis habet assistentiam Iuris pro decimarum exactione. *Rota in Hispalen. Decimarum de Olivares coram* Bourlemont, *decis. recent. par.19. tom.2. decis.498. num.5. ubi num.seq. dictum fuit*, *quod* cessat hæc Iuris assistentia super Territoriis ab ejus jurisdictione separatis, & exemptis, ex Barbos. *de Paroch. par.1. cap.1. num.21. & 22.* ac Frances *de Eccles. Cathedr. cap.2. num.138.*

1679.13.Ian. —— Eandem Iurisdictionem habet Abbas, sive alius Prælatus inferior super Territorio à Iurisdictione Episcopi separato, quam habebat Episcopus ante separationem, & divisionem, ut tradit Spad. *cons.135. num.1. lib.2.* Gratian. *discept. 212. num.7. & 8.* Tamburin. *de Iur. Abbat. disp.15. quæsito 9. num.17. tom. 1. apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.7.*

1679.13.Ian. —— Super Territorio à Iurisdictione Episcopi separato habet Prælatus inferior assistentiam Iuris pro Decimarum omnium exactione, etiamsi de his in dismembratione nulla facta fuerit expressio, ut docet Abbas *in c. cùm contingat 19. num.8. vers. sed remanet quartus, de Decim. & in cons. 58. per tot. & præsertim col.3. in fin. vers. hanc insuper opinionem, lib.1.* aliiq. quamplur. citati à *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num.8.*

1679.13.Ian. —— Ordinarius ex lege Diæcesana solam quartam percipit. *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ib. num.16. ubi num.seq.* limitatur, si Diæcesis non sit divisa in Parochias, quia tunc Ordinarius uti Parochus universalis omnes Decimas exigit.

1679.13.Ian. —— Deputatio Vicarii amovibilis pro exercitio Curę facta à Prælato inferiori, ostendit hunc esse Parochum universalem, & deputatum ab eo exercere curam tanquam nudum Ministrum ejusdem. *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. numer. 22.*

1679.13.Ian. —— Institutio auctorizabilis non est de Iuribus Parochialibus, sed de Episcopalibus. *Rota in*

ta in d. Hispalen. Decimarum de Olivares coram eod. Bourlemont, *d. decis. 498. num. 23.*

1679. 13. Jan. —— In dismembratione facta ab Ordinariis ad formam *cap. ad audientiam 3. de Eccles. ædific.* & Sacr. Conc. Trident. *sess. 21. capit. 4. de refor.* non venit jus decimandi in ea non expressum, ut advertit Fagnan. *in capit. cùm contingat, numer. 51. vers. non obstant Decisiones, de Decim. apud Rotam in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. numer. 24.* 1734

1679. 13. Jan. —— In dismembratione, quæ fit ab Episcopo vigore Concilii Tridentini, præter congruam portionem non potest idem Episcopus quidquam aliud Rectori novæ Ecclesiæ assignare. *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num. 34.* 1735

1679. 13. Jan. —— Ius decimandi spectat ad Prælatum tanquam Parochum universalem, nisi aliter fuerit expresè dispositum. *Rota in d. Hispalen. coram* eod. *ibid. num. 38.* 1736

1679. 13. Jan. —— Decimæ veniunt etiam in dismembratione facta auctoritate Ordinaria, nullo alio dato assignamento. *Rota in d. Hispalen. Decimarum coram* eod. *ibid. num. 40.* 1737

1679. 13. Ian. —— Confessio voluntaria Prælati emissa ad alium finem, non præjudicat successori. *Rota in dict. Hispalen. Decimarum de Olivares coram eodem* Bourlemont, *d. decis.* 498. *numer. 61.* 1738

1679. 23. Jan. —— Episcopus habet fundatam intentionem exercendi omnimodam jurisdictionem in omnibus locis sitis intra limites suæ Diœcesis, juxta text. *in cap. Constitutus 6. cap. Cùm venerabilis 7. de Relig. Domib. Can. Omnes Basilicæ 16. qu. 7.* & juxta præscriptum Sacri Concilii Tridentini *sess. 7. capit.* 8. *de reform. & sess. 22. capit.* 8. *eod. tit. apud Rotam in Leodien. Iurisdictionis coram* Emerix, *decis. recent. par. 19. tom. 2. decis. 497. num. 1.* 1739

1679.23. Jan. —— Per receptionem sub Protectione S.Petri, & Sedis Apostolicæ non censetur Episcopo sublata Jurisdictio, ad text: *in l. nec utilem 20. ff. ex quib. caus. mai.* Ancharan. *in cap. Postulasti, num. 45. vers. Tamen salva meliori sententia, de for. compet. & in cap. 2. num. 10. vers. Quod probo breviter, de Constit. in 6. apud Rotam in d. Leodien. coram* eod. *ibid. num. 12.*

1679.23. Jan. —— Actus in dubio præsumuntur gesti ex titulo Ordinariæ Jurisdictionis, Adden. ad Burat. *decis. 578. num. 20. apud Rotam in d. Leodien. Jurisdictionis coram eod.* Emerix, *ibid. num. 18.*

1679.12. Febr. —— Episcopi, in quorum Diæcesibus viget Devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur. *Congr. Conc. cum approbatione Sanctissimi, apud* Monacell. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. pag. mihi 35.*

1679.12. Febr. —— Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de Jure Divino, doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis ex dispensatione seu Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in Crumena, aut secretò ad existentes Domi, vel cubantes in lecto, quàm ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant: & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani: si verò ab Oratorio Privilegiato, cum forma decenti. *Congr. Concil. apud eund. ibid.*

1679.12.

1679.12.Febr. — Curent etiam, ut circa Communionem in Feria sexta Parasceve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur: Insuper admoneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas: non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. *Congr. Conc. apud eund. ibid.* 1744

1679.12.Febr. — Si Parochi, & Confessarii etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. *Congr. Conc. apud eund. ibid.* 1745

1679.3.Mar. — Titulus Pensionis non recipitur, nisi servata forma Concilii Tridentini *cap.2. de refor.* quam innovavit (ad tollendos abusus quamplurimorum Episcoporum qui passim sine delectu admittebant absque ulla Ecclesiæ utilitate, vel necessitate Ordinandos ad titulum Pensionis, & Patrimonii) *Innocentius XI. Decreto Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.1. tit.3. form. 17. num. 2.* 1746

1679.6.Mar. — Ordinarii judicio multùm defertur in cognitione bonæ, vel malæ famæ Personarum suæ Diæcesis, & in earum electione, Menoch. *de arbitr. conf.* 201. *num.* 154. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 4. *num.* 117. *& seq. apud Rotam in Leodien. Abbatia coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 501 *num.* 11. 1747

1679.10.Mar. — Episcopus habet contentiosam jurisdictionem non privativè, sed cumulativè cum Capitulo, *Can. Episcopus nullius* 15. *quæst.* 7. Innoc. *ad cap. irrefragabili, num.* 5. *de offic. Ordin. apud Ro-* 1748

tam in Compostellanâ Jurisdictionis coram Pauluccio, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 502. *num.* 5. *ubi nu. seq. dictum fuit* , *quod* Jurisdictio quælibet etiam contentiosa de jure præscribi potest per Prælatum inferiorem nedum cumulativè, sed & privativè quoad Episcopum, *cap. Auditis*, *cap. Cùm olim*, *de præscript. cap. Accedentibus*, & ibi Gloss. *in fin. de excess. Prælat. cap. irrefragabili*, *in fin. princ. de offic. Ordin.* Panormit. *ad cap. Cùm contingat*, *num.* 9. & 10. *de for. compet.* Fagnan. *ad d. cap. irrefragabili*, §. *excessus*, *num.* 2.

1679. 14. Ap. —— Jura Episcopalia semper remanent in sua Ecclesia quamvis Episcopus propter infortunia, aut temporum calamitates ibi residere nequiverit, Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 9. *num.* 24. Ugolin. *de Ep sc. par.* 1. *cap.* 4. §. 14. *sub num.* 4. Gratian. *discept.* 291. *num.* 68. *apud Rotam in Montis Cassinensis Praeminentiarum coram* Albergato Decano, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 1. *decis.* 404. *num.* 18. 1749

1679. 14. Apr. —— Cathedralis impropriè, non autem propriè dicitur Ecclesia, si suum non habet Episcopum, etiamsi Jura Episcopalia, & Cathedralitatem retineat, ut advertit Lotter *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 18. *per tot. apud Rotam in d. Montis Cassinensis coram* eod. *ibid. num.* 33. 1750

1679. 14. Apr. —— Tronus & Cathedra Episcopalis, si non sint fixa, sed lignea, & amovibilia, non denotant Cathedralitatem. *Rota in d. Montis Cassinensis coram eod.* Albergato Decano *ibid. num.* 55. 1751

1679. 21. Apr. —— Episcopus & Capitulum si retinent Jura Parochialia, habent fundatam intentionem in Decimis suæ Diæcesis etiam contra PP. Prædicatores. *Rota in Carpentoraten. Decimarum coram* Rondinino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 507. *num.* 3. 1752

1679. 28. Apr. —— Excluso Territorio separato, Episcopus habet assistentiam visitandi omnes Ecclesias etiam exemptas ex dispositione Sacri Concilii Triden- 1753

den-

dentini, Merescott. *variar. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 5. & seqq. apud Rotam in Vicen. Jurisdictionis coram* Emerix, *decis. recent. par. 19. tom. 2. dec. 511. n. 7.*

1679. 28. Apr. —— Ius Ordinarium visitandi concessum Prælato inferiori non impedit, quominus Episcopus possit visitare jure delegato. *Rota in d. Vicen. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 8. 1754

1679. 3. Maii —— Ordinariis omnibus Tridentini Decretum *cap. 2. sess. 21. de reform.* in memoriam reduci mandatur, quatenus omnes illud sanctè custodiant, sciantque non aliter quem Ordinandum ad titulum Patrimonii, & Pensionis, nisi cùm Ecclesiæ necessitas, vel commoditas ita exigat: qua in re prudens Ordinarii, timoratumque judicium versari debebit. *Congr. Conc. in Litteris encielis apud* Monacel. *in fine* 1. *par. pag. mihi* 463. 1755

1679. 15. Maii. —— Beneficia eorum, qui promoventur ad Episcopatum, sunt reservata Sedi Apostolicę vigore Extravag. *Ad regimen, de Praben.* & Reg. 1. Cancellariæ. *Rota in Salisburgen. Canonicatus coram* Rondinino, *decis. recent. par. 19. tom. 2. decis.* 518. *num.* 1. 1756

1679. 15. Maii —— Indultum retinendi Beneficia concessa promoto ad Episcopatum, suspendit illorum vacationem usque ad ejus obitum. *Rota in d. Salisburgen. coram* eod. *ibid. num.* 2. *ubi num. seq. fuit dictum, quod* vacatio Beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum illico inducitur, vigore *cap. cùm in cunctis*, §. 1. *de elect.* 1757

1679. 15. Maii. —— Dispositio Extravag. *Ad regimen* comprehendit non solùm Beneficia illorum, qui ad Episcopatum promoventur à Sede Apostolica, sed etiam aliorum, qui à Capitulis eliguntur Germaniæ. *Rota in d. Salisburgen. coram* eod. *ibid. num.* 5. 1758

1679. 15. Maii. —— Vigore Concordatorum Germaniæ electio Prælatorum spectat ad Capitulares, confirmatio autem reservatur Sedi Apostolicæ. 1759

Rota in d.Salisburgen.coram eod.*ibid.num.7.ubi num.10.dictum fuit, quod* Papa poteſt juſtis de cauſis electum non confirmare, & alium ad Epiſcopatum aſſumere ſecundùm tenorem Concordatorum Germaniæ *in Conſtitut.* 1. *Nicolai V. tom.* 1. *Bullar.* §. 3.

1679.15.Maii — Indultum expreſsè non continens facultatem conferendi Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatum, eadem non comprehendere dicitur. *Rota in d. Salisburgen. coram* eod. *ibid.num.*15. 1760

1679.16.Iun. — Cardinales Titulares in eorum Titulis habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ut probat text.*in cap.his, quæ de major.& obedien.* ibiq. DD. communiter ſequentes Ioannem Monachum *in cap.unic.num.2.de major.& obedien.in 6. apud Rotam in Romana Praeminentiarum coram*, Rondinino, *dec.rec.par.19.tom.2.deciſ.524.num.4.* 1761

1679.16.Jun. — Superioritas quaſi Epiſcopalis competens Cardinali Titulari nunquam ſublata præſumitur, per text.expreſſ.*in cap. recepimus* 8. *in fin.& cap.ex parte* 18.*de privil.apud Rotam in d. Romana coram* eod.*ibid.num.*18. 1762

1679.16.Jun. — Unio facta alicujus Eccleſiæ nunquam præjudicat juribus Ordinarii, licèt fiat cum clauſula *pleno jure, cap.2. de Relig. Domib.*quæ quidem clauſula in terminis Unionis Eccleſiarum intelligitur quoad jura temporalia, & non de juriſdictione ſpirituali. *Rota in d.Romana coram* eod.*ibid. num.*19.*&* 22. 1763

1679.16.Iun. — Prioratus Regulares Ordinis S. Benedicti ſunt exempti à Iuriſdictione Ordinariorum, ut teſtatur Barboſa de Iure Eccleſ.*tom.2.lib.2. cap.12.numer.*27. ideoque non pertinent ad eorum ordinariam collationem, ut tradit Gozal.*ad reg.* 8. *gloſſ.*23 *num.*20.*&* 21.Lotter.*de re benefic.lib.2.quaſt.* 24.*num.*47.*ad* 52. Tondut.*reſolut.benefic. tom.*1.*par.* 2.*cap.*3.§.9.*num.*24. *apud Rotam in Mediolanen. Prioratus* 1764

ratus coram Bourlemont, *dec.rec.par.19.tom.2.dec.723.num.*8.*&* 9.

1679.16.Iun. —— Ordinarius non potest Beneficium Regulare propria ordinaria authoritate commendare. *Rota in d.Mediolanen.coram* eod.*ibid.num.*10, *ubi nu.13 dictum fuit, quod* Ordinarius non valens sine Indulto conferre Beneficium tanquam non spectans ad ejus ordinariam collationem, neque potest cum Indulto. 1765

1679.16.Iun. —— Confessio propria Ordinarii probat contra eundem qualitatem Regularitatis Beneficii. *Rota in d.Mediolanen.coram* eod.*ibid.num.*15, *ubi nu.*18.*dictum fuit, quod* Ordinarius præsumitur instructus qualitatis, & status Ecclesiarum suæ Diœcesis. 1766

1679.16.Iun. —— Episcopi non habent potestatem mutandi statum Beneficii de Regulari in Sæcularem. *Rota in d.Mediolanen.Prioratus coram eod.*Bourlemont, *d.decis.*523.*num.*27. 1767

1679.16.Iun. —— Expressio Beneficiorum Regularium in Indultis conferendi intelligitur de iis, quæ exclusis reservationibus, & affectionibus Apostolicis Indultarius conferre posset jure proprio Ordinario, cujusmodi sunt Regularia non exempta, in quibus Ordinarii fundatam habent de jure intentionem pro collatione facienda, ut docet Gonzal. *ad reg.*8.*gloss.*23.*n.*20.*& seqq.*Tondut. *resolut. benefic. tom.*1.*par.*2.*cap.*3.*§.*9.*num.*28.*&* 29.Lotter. *de re benefic.lib.*2.*quæst.*24.*n.*50. *in fin. apud Rotam in d. Mediolanen.coram* eod.*ibid.n.*30. 1768

1679.3.Iul. —— Episcopus habet intentionem fundatam quoad Jurisdictionem, ex quo Terra sit posita in ejus Diœcesi, nisi speciali, & aperto privilegio ostendatur exempta, *cap. Cùm Persona, de privil. in* 6. Fuscus *de Visit.lib.*2.*cap.*20.*num.* 6. *apud Rotam in Juvenacen.Jurisdictionis coram* Pauluccio, *decis. rec. par.*19.*tom.*1.*decis.*534.*n.*1. 1769

1679.3.Iul. —— Episcopus absque Beneplacito Apostolico 1770

ſtolico nequit exemptionem à Viſitatione concedere, Gloſſ.*ad cap. Viſis 16. quæſt. 2.* Fuſcus *de Viſit. lib.2.cap.20.numer.5.* Panvin.*in conſimili tract. par. 1. quæſt.4.num.22.* Eraſm.à Cocchier.*de Juriſd. Ordin. in exemptos, par.1.quæſt.3.num.* 4. Barboſ. *de offic. & poteſt.Epiſc.alleg.89.num.3. apud Rotam in d.Juvenacen.coram* eod.*ibid.num.3.*

1679.3.Iul. —— Extra limen fundationis Epiſcopus facere nequit novam conceſſionem. *Rota in d.Iuvenacen.Iuriſdictionis coram eod.* Pauluccio, *d. deciſ. 534. num.6.* — 1771

1679.3.Iul. —— Ius viſitandi conceſſum inferiori, cumulativè cum Epiſcopo concedente, non verò privativè cenſetur. *Rota in d. Iuvenacen. Iuriſdictionis coram* eod.*ibid.n.16.* — 1772

1680.15.Ian. —— Prælatus poteſt ultimo comprehenſo in inveſtitura, ſive ejus Ceſſionario novam inveſtituram concedere, nec per hoc dicitur ſupplantare ſucceſſorem, Bald.*conſ.431.num.6.vol.2. apud Rotam in Aſculana Bonorum, deciſ.rec.par.19.tom.2. deciſ.536.num.13.* — 1773

1680.7.Febr. —— Epiſcopus abſque dubio poteſt procedere contra Capitulum, & Canonicos vigore Concilii Tridentini ſeſſ.*6. cap. 4. Rota in Calciaten. Iuris cognoſcendi cauſas coram* Pauluccio, *dec. recent. par.19.tom.2.deciſ.540.num.7.* — 1774

1680.7.Febr. —— Circa locum, in quo Epiſcopus poſſit exercere Iuriſdictionem contra Capitulum, nihil habetur cautum, aut deciſum per Concilium, maximè ſi Epiſcopus habeat duas Cathedrales æquè principales, quæ pari modo fruuntur ſuis privilegiis. *Rota in d.Calciaten.coram* eod.*ibid. num. 8.& ſeqq.* — 1775

1680.7.Febr. —— Epiſcopus de æquitate non videtur poſſe exercere ſuam Iuriſdictionem contra Capitulum extra Eccleſiam ipſius æquè Cathedralem cum alia, quam habet idem Epiſcopus. *Rota in d. Calciaten.coram* eod.*ibid.n.12.* — 1776

1680.19.Febr. —— Episcopus ex facultate sibi à Iure attributa *in cap. ad audientiam il 1. de Eccles. ædific.* innovato per Concilium Tridentinum *sess. 21. cap. 4. de reform.* potest ob Populi numerum, & loci distantiam novas Ecclesias in Curatas erigere. *Rota in Melevitana Parochialis coram* Guaxardo, *decis. recent. par. 18. tom. 1. dec. 400. n. 1.* 1777

1680.6. Iul. —— Omnes Primates, Archiepiscopi, Episcopi, cæterarumque Ecclesiarum Præsides, quorum præcipuum munus est Verbum Dei administrare, Gregemque pascere, corruptelis occurrant circa præsentem Prædicationis usum, tanquam à primævo Apostolorum instituto aberrantem, ne multiplici lue per plures ex ipsis Evangelii Præconibus Verbum Dei, quod Apostolo teste omnino esse debet sanum, ac salutare, reddatur infectum, & ne dictum Verbum Dei adulterantes, aut jocis tanquam Histriones, aut conversi ad fabulas uti Poetæ, Auditores sibi prurientes auribus coacervent, aut inanis facundiæ lenocinio, & calamistrato, ac Meretricio planè stylo Prædicationem fœdè corrumpant. *Innocentius XI. in admonitione per Litteras Sacræ Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. in fine* 1. *par. pag. mihi* 451. 1778

1681.10.Ian. —— Ordinarius de jure communi fundatam habet intentionem conferendi omnia Beneficia suæ Diœcesis, ut inquit Gloss. litteralis *in cap. Statutum, in verb. Numerandum, de preben. in 6. apud Rotam in Majoricen. Parochialis coram* Ursino, *decis. recent. par. 19. tom. 2. decis. 566. n. 13.* 1779

1681.27.Ian. —— Tronus, seu Sedes Episcopalis in Ecclesia ad faciendas functiones, quas ibi aliquando Episcopus, vel Abbas exercet, non denotat Cathedralitatem Ecclesiæ. *Rota in Montis Cassinensis Præeminentiarum coram* Albergato Decano, *dec. rec. par. 19. tom. 1. dec. 407. n. 42.* 1780

1681.8.Febr. —— Sustinetur Edictum Capituli, in quo demandatur, ut ante celebrationem Capituli determi- 1781

terminetur Dies, Hora, & Locus, ut sit notum Episcopo, si velit intervenire. *Congr. Conc. in una Acerrarum Edicti apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 1. *Leonis I. sect.* 2. *num.* 48. *pag.* 67.

1681. 5. Iul. —— Clerici Societatis Iesu Sacros Ordines ab Archiepiscopo Mechliniensi suscepturi, non debent se subiicere examini, prout cæteri Regulares, nisi adsit consuetudo in contrarium: & habitantes in Diœcesi Mechliniensi, Archiepiscopo Ordinationem habente, possunt ordinari extra Diœcesim Mechliniensem ab alio Episcopo in propria Diœcesi. *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *formul.* 4. *num.* 32. 1782

1681. 10. Dec. —— Prælatus contrahens cum sua Ecclesia, non potest contractum authorizare, sed alter defensor Ecclesiæ est deputandus, arg. text. *in l. quod dicimus, ff. de V. O. l. omnibus, C. de test.* §. *Si inter Inst. tit. de auct. Tut.* eaque data omissione nequit dici impleta forma præscripta, nec actum subsistere, *cap. cum dilecta, de rescript. cap. exhibita, de Judic.* Gregor. *decis.* 470. *num.* 2. *apud Rotam in Lucana Bonorum coram* Pauluccio, *decis. rec. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 593. *num.* 1. 1783

1682. 19. Jan. —— Ad hoc, ut validè fiat dismembratio ab Ordinario, requiritur Beneplacitum Apostolicum, aut immemorabilis, vel privilegium. *Rota in Baren. Jurisdictionis coram* Pauluccio, *dec. rec. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 604. *num.* 8. 1784

1682. 16. Mar. —— Pensio reservata Episcopo amoto, motu proprio Papæ, & cum clausula, ne unquam reducatur in controversiam, nec ullo modo adversus eam Iuris, aut Facti remedium, vel oris aperitio impetrari possit, & cum aliis clausulis prægnantibus, non potest amplius ab Episcopo successore impugnari sub prætextu, quod ipsi successori non remaneat Congrua. *Rota in Termularum* 1785

Con-

Congrua coram Emerix, *apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 2. *Leonis IX. sect.* 3. *n.* 57. *&* 58. *pag.* 255.

1682. 24. Apr. —— Abbas Farfensis ex stylo Abbatiæ per annum, & diem à die scientiæ expectare debet proximiores, aut hæredes, antequam pro suo arbitrio novam investituram concedere possit quoad Bona emphyteutica: qui sanè stylus eò est rationabilior, quò & juri conformis, cùm ad renovationem investituræ detur annus, & dies in emphyteusi, Fulgin. *de emphyt. tit. de renovat. quæst.* 1. *num.* 18. *apud Rotam in Farfen. Bonorum coram* Pauluccio, *decis. rec. par.* 19. *tom.* 2. *dec.* 621. *n.* 23. 1788

1682. 8. Maii —— Si Defunctus intestatus obiisset in aliquo Hospitali sive sæcularium, sive Regularium, puta PP. S. Io: Dei, adhuc Episcopus posset pro illius Anima Testamentum condere, quia Infirmi, qui ibidem continentur, liberè disponere valent de rebus suis: & quatenus non disponant, hæreditas transit ad Conjunctos, nisi constaret de contraria consuetudine legitimè præscripta, ut respondit *Congr. Conc. in Pragen. apud* Monacel. *in Forlar. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 17. *n.* 2. 1787

1682. 15. Iun. —— Ordinarii consensus omnino requiritur, quando Iuspatronatus titulo particulari transfertur in Laicum, juxta text. *in cap. Præterea il* 2. *de Jurepatr.* & notant Vivian. *de Jurepatr. cap.* 4. *lib.* 4. *num.* 2. Lambert. *eod. tract. lib.* 1. *par.* 2. *qu.* 4. *art.* 2. *apud Rotam in Romana Jurispatronatus coram* Ursino, *decis. recent. par.* 19. *tom.* 2. *decis.* 630. *num.* 8. *ubi n. seq. dictum fuit, quod* licèt Donatio Iurispatronatus facta Ecclesiæ, seu Loco Religioso absque Ordinarii consensu sustineatur de Iure, per text. *in cap. unic. de Jurepatr. in* 6. *cap. illud, vers. licèt loco Religioso, eod. tit.* attamen non omnia dicuntur Loca Religiosa, neque strictè Pia, nisi ea dumtaxat, quæ auctoritate Ordinaria fuerint instituta, quæque alia contineant ad hunc effectum necessaria, juxta 1788

text.

text.*in cap.ad hac* cum ibi communiter per Doctores notatis *de Relig.Domib.*Abb.*conſ.*31 *num.*2.*par.*1. Caſtrenſ.*conſ.*301.*ſub num.*2.*vol.*2.Pariſ.*conſ.*34.*nu.* 9.*& plur.ſeqq.lib.*4.

1682.15.Iun. —— Conſenſus Ordinarii tanquam ſolemnitas extrinſeca præſumitur interveniſſe ex lapſu longiſſimi temporis ultra duo ſæcula, ex traditis per Cardin.de Luca *de Jurepatr.diſcept.* 19. *num.* 4.Barboſ.*in cap.illud*, *num.*2.*eod.tit.*Adden. ad Gregor.*deciſ.*420.*num.*7.*verſ.Verùm iſte*, *apud Rotam in d.Romana coram* eod. *ibid.num.* 15. *ubi tamen num. ſeq.dictum fuit*, *quod* ad effectum, ut inducatur legalis præſumptio extrinſecæ ſolemnitatis, lapſus temporis non ſufficit, ſed requiritur etiam copulativè obſervantia individualis, pacifica, ac continuata, ex Gratian.*diſcept.forenſ.* 303.*num*22. aliiſque citatis præcedentib.Deciſionib.Rotalib.coram Merlino, & Coccino. 1789

1682.19.Jun. —— Unio æquè principalis non eſt propriè Unio, ſed quædam palliata diſpenſatio, ut duæ ſint Eccleſiæ ſub unius Prælati regimine, ut obſervat Gonzal.*de Benefic.par.*12.*cap.*2.*numer.*38. Barboſ.*de Offic.& poteſt.Epiſcopi alleg.*66.*num.* 46.& optimè comprobat Cardin.de Luc.*de Praemin. diſc.* 7.*nu.*6.*apud Rotam in Ampurien.ſeu Civitaten. Unionis coram* Urſino, *deciſ.recent.par.* 19.*tom.* 2.*deciſ.* 631 *num.*11 *ubi num.*13.*dictum fuit*, *quod* Ex regimine utriuſque Eccleſiæ à Papa injuncto alterutro ex duobus Epiſcopis, qui fuerit ſuperſtes, Unio omnino æqualis, & principalis arguitur. 1690

1682.9.Oct. —— Exercitatio rerum ſpiritualium debet fieri à Puellis ſtatum Religionis amplecti volentibus per decem dies continuos, tam ante ſuſceptionem Habitus, quàm ante Profeſſionem, prout juſſit in ævum *Innocentius XI. in litteris encyclicis apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.* 1.*tit.*11.*form.*5. *num.*1. 1791

1682.9.Dec. —— Epiſcopus habet intentionem fundatam 1792

tam

tam pro exercitio omnimodæ jurisdictionis spiritualis intra limites propriæ Diœcesis, nedum de Jure Canonico per text. apertos *in cap. conquerente 76. de offic. Ordin. cap. cùm venerabilis, de Relig. Domib. cap. cum Episc. de offic. Ordin. in 6. cap. cùm Persona, de privil. eod. lib. Can. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* verùm etiam ex dispositione Sacri Concilii Tridentini *sess. 7. & 21. cap. 8. de reform. apud Rotam in Leodien. Jurisdictionis super bono Jure coram* Albergato, *decis. rec. par. 19. tom. 2. dec. 640. num. 1.*

1682. 9. Dec. —— Scripturæ extractæ ab Archivio Capituli litigantis cum Episcopo in præjudicium Episcopi nullam fidem merentur. *Rota in d. Leodien. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num. 4.* 1793

1682. 9. Dec. —— Omnimoda Jurisdictio cum Territorio separato ut intelligatur concessa, requiritur, ut ultra exemptionem sit translata in exemptum omnimoda Jurisdictio Episcopalis in Clerum, & Populum cum Ecclesia, Parocho, & Cura Animarum, excluso in totum Ordinario, Fagnan. *in cap. significasti, de offic. Archidiac. sub num. 17. circa med. vers. illud tamen certissimum est*, juncto *numer. 19.* & benè declarat Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 24. à nu. 112. usq. ad num. 126. apud Rotam in d. Leodien. coram* eod. *ibid. num. 21.* 1794

1682. 9. Dec. —— Quidquid per Privilegium exemptionis non adimitur, censetur Ordinario præservatum. *Rota in d. Leodien. coram* eod. *ibid. num. 22.* ubi alia citatur præcedens Decisio *in Vicen. Iurisdictionis 1659. 28. Apr. §. nec separationem Territorii, coram* Emerix. 1795

1682. 9. Dec. —— Actus facti ab Abbatibus eo tempore, quo erant insimul Episcopi, præsumuntur potius exerciti ex titulo Ordinariæ Iurisdictionis. *Rota in d. Leodien. coram* eod. *ibid. num. 25.* ex alia Decisione emanata *1679. 23. Jan. sub §. ultimo*, cum ibi allegatis. 1796

1683. 29. Maii —— Confraternitates aggregatæ sub- 1767

1690.29.Sept. —— Requiritur attestatio proprii Ordinarii pro Exteris, qui per decem annos, & ultra, domicilium acquisierunt in loco, ubi sunt Matrimonium contracturi, licèt eorum status liber probetur per testes fide dignos, tam originis, quàm domicilii: sicuti etiam requiritur dicta attestatio pro illis Exteris, qui unicam vel plures duxerunt, & è contra si mortuæ fuerint in loco, ubi iterum Matrimonium contrahere desiderant, ac amplius post mortem à dicto loco non discesserunt. *Congr. Inquis.apud* eund.*ibid.ad VII. & VIII.* 1855

1690.24.Nov. —— Episcopus per seipsum, vel per 1856

suum Delegatum potest intervenire, & assistere Congregationibus Confratrum, etiamsi fiant in Ecclesiis, & Oratoriis Regularium, in quibus reperiuntur Societates erectæ, absque eo quod possit excludi, ut respondit *Congr. Episcop. in Casenaten. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 6. form. 11. num. 21.*

1690. 24. Nov. —— Electio Abbatissæ tunc de jure communi dicitur canonica, & valida, quoties major pars capituli Monialium concurrit, ut ex *capit. Quia propter, de elect.* censuit *Congr. Episc. in Balneoregien. apud* eund. *d. par. 1. tit. 11. form. 22. num. 5. ubi* nisi ageretur de electione Abbatissæ Ordinis Cassinensium, in quo ut canonica dicatur electio, duæ ex tribus partibus suffragiorum debent concurrere, ut declaravit *Congr. Episc. in Capuana* 1698. 20. *Iun. & antea in Ianuen.* 1676. 3. *Dec.* 1857

1690. 11. Dec. —— Ordinarius suam delegatam jurisdictionem potest liberè exercere absque ulla licentia, & approbatione Prælati inferioris in Ecclesiis Curatis Regularibus, Felin. *in cap. fin. de for. compet. num. 2.* Ianuen. *in prax. cap. 70. num. 15. vers. nec in Civitate*, Rosa *de Executorib. Litterar. Apostolic. par. 2. cap. 3. num. 19. in fine*, Pax Iord. *de re judic. lib. 13. tit. 6. num. 84.* eo quia Episcopus uti Delegatus Apostolicus in concernentibus Curam Animarum, & suam delegatam jurisdictionem in Ecclesiis Curatis Regularium dignior, & major est Ordinario, *cap. Pastoralis 19. §. Præterea, de offic. Iudic. ordin. cap. sanè 11.* ubi Gonzal. *num. 3. & 9. de offic. Iudic. deleg.* Rosa *d. par. 2. cap. 1. num. 7.* & in dubio, an Delictum concernat, necne Curam Animarum, ad Episcopum spectat id definire, salva in casu gravaminis appellatione ad Sedem Apostolicam, ut tradunt Innoc. *in cap. Pastoralis, num. 7. de rescript.* Anguiran. *de legib. lib. 3. controv. 33 num. 51.* aliiq. citati *à Rota in Toletana Iurisdictionis coram* Molines, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis.* 1858

tom. 1.

tom. 1. decis. 17. de Iurisdict. num. 21. & seqq. pag. 65.

1691. 27. Jan. —— Abbates, & Superiores Regulares tenentur residere intra Claustra Monasterii, non autem in privatis Domibus, non obstante prætextu majoris commoditatis negotia Religionis peragendi, & consuetudine non residendi, ut respondit *Congr. Conc. in Barchinonen. Residentiæ*, in qua fuit injunctum Episcopo, ut Abbatem S. Cucuphatis cogeret nomine ejusdem Congregationis, ut habet Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 20. num. 37.* 1859

1691. 28. Jul. —— Potest Episcopus prohibere Ludimagistris exercitium Scholæ, quamvis fuerint nominati à Communitatibus Laicorum, nisi prius fuerint ab eodem approbati, ut respondit *Congr. Conc. in Asculana Apuliæ apud* eund. *d. par. 1. tit. 3. form. 12. numer. 1.* 1860

1691. 1. Sept. —— Sola Episcopi auctoritate non potest erigi Ecclesia Collegiata, cùm à solo Papa erigatur. *Congr. Conc. in Catanien. erectionis Collegiatæ* juxta dispositionem *l. 3. ff. de Colleg. illicit.* Gloss. *in cap. fin. verb. novam Religionem, de Relig. Domib.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 14. num. 46. & 47.* Tondut. *quæst. benefic. tom. 2. par. 3. cap. 193. numer. 11. & 12.* Capon. *discept. 288. numer. 2. & 3. apud* eund. *d. par. 1. tit. 6. form. 10. num. 7.* 1861

1691. 17. Nov. —— Si Episcopi, & Patriarchæ Catholici Orientales Ritu eorum Maronico, sive Græco consecrarent in Episcopum Sacerdotem Sæcularem, vel Regularem Latinum, consecratio esset quidem valida, sed non licita, & consecratus incideret in pœnas Clement. in plerisq. de elect. prout declaravit *Congr. Conc. in Tyr en. Consecrationis*, in qua addita fuerunt verba. Moneatur quoque Consecrans charitativè per D. Secretarium, ne ultra consecret Latinos absque licentia Sedis Apostolicæ, ut refert Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine 1. par. pag. 503.* 1862

1691.1.Dec. —— Regulares exercentes Curam Animarum in Ecclesiis Monasteriis unitis, in his, quæ pertinent ad Sacramentorum administrationem, illorumque, ac Sacramentalium custodiam & cultum, Episcopo Diœcesano subjiciuntur (dummodo Ecclesia Parochialis non sit illius Conventus, in quo residentiam ordinariam habeat Generalis Ordinis) vigore Bullæ Gregorianæ incipientis *Inscrutabili* supra positæ, & editæ 1622,5.Febr.prout declaravit *Congr. Conc. in Lauden. Jurisdictionis apud* eund. *par.*1. *tit.* 6. *form.*20. *num.*14. 1863

1691.1.Dec. —— Curati, seu Vicarii dictarum Ecclesiarum Parochialium Monasteriis unitarum, renuentes accedere & intervenire Synodo Diœcesanæ, & Congregationibus Casuum Conscientiæ, juris remediis ab Episcopo compelluntur. *Congr. Conc.in d.Lauden.& postea* 1692.20.*Sept. nec non antea in Forosempronien.*1650.3.*Sept.& in Comen.*1645. 16. *Dec. ac in Justinopolitana* 1639. 24. *Septem. apud* eund. *ibid. num.*15. 1864

1691.10.Dec. —— Episcopus visitat Ecclesias Cathedrales, non obstantibus Privilegiis, aut Consuetudinibus immemorabilibus, Concil. Tridentin. *sess.*6 *cap.*4.& *sess.*25. *cap.*6 *de reform.* Fagnan.*in cap. veniens*, *num.*10. & 11. & *sub num.* 16. *de transact. apud Rotam inCæsaraugustana Jurisdictionis coram* Emerix Decano, quam refert per extensum Monacel. *in append.ad par.*2. *Formular. leg.pract. decis.*23. *num.*2. *ubi num.*3. *dictum fuit*, *quod* negligentia Episcopi antecessoris non præjudicat Ecclesiæ, nec successori. 1865

1692.11.Jan. —— Alienationem Terrularum, quæ fit vigore *cap. Terrulas*, facere non valent Regulares absque licentia, & Decreto Ordinarii, ut declaravit *Congr.Episc.in Tropien. Alienationis apud* eund. *par.*1 *tit.*5.*form.*15. *num.*28. 1866

1692.12.Jan. —— Episcopus præscribit materiam explicandam à Theologo. *Congr.Concil. in Ripana*, & *an-* 1867

& antea in Urbinaten. 1663. 10. *Mar. apud* eund. *dict. par.* 1 *tit.* 2. *form.* 5 *num.* 12.

1692. 17. Ian. —— Regulares indigent licentia pro quæstu, quem velint facere per Personas sæculares pro utilitate Conventus alicujus loci. *Congr. Concil. in Senogallien. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 8. 1868

1692. 26. Jan. —— Licentiæ accessus, vel ingressus ad Monasteria Monialium Regularibus subjecta debent nedum à Superiore Regulari, sed etiam ab Ordinario, vel ejus Vicario subscribi, prout ad tollenda inconvenientia declaravit *Congreg. Conc. in Hieracen. & antea Congreg. Episc. in Camerinen.* 1617. 21. *Feb. apud* eund. *d. par.* 1 *tit.* 1. *form.* 3 *num.* 3. 1869

1692. 26. Ian. —— Monasteria Monialium quantumvis exempta, vel Regularibus, vel Sedi Apostolicæ subjecta Episcopus Diæcesanus visitat absque interventu Superioris Regularium, Monialesque alloquitur, & examinat quoad concernentia Clausuram, & eam violantibus pœnas imponit. *Cong. Conc. in d. Hieracen. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 2. *num.* 11. *ubi etiam* non obstante, quod nunquam fuerint visitatæ, *ex Congr. Episc. in Saxaren.* 1617. 24. *Nov.* 1870

1692. 26. Jan. —— Dies Festus Titularis quoties modestè, & fine abusu celebretur, non potest Monialibus prohiberi, ut respondit *Congr. Concil. in dict. Hieracen. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 21. *numer.* 2. 1871

1692. 26. Jan. —— Presbyteri sæculares, qui advocantur pro celebratione Missarum in Ecclesiis Monialium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis Moniales exemptę sint, aut Regularibus subiiciantur, quia talis accessus pertinet ad custodiam Clausuræ, super qua Episcopus invigilat, & jurisdictionem indiscriminatim exercet, ut respondit *Congr. Conc. in d. Hieracen. ubi etiam dictum fuit*, sufficere quod Capellanus approbetur 1872

à Superiore Monasterii, ut habetur *apud* eund. *d. par.*1 *tit.*11.*form.*23.*num.*4.

1892.8.Febr. —— Non potest Episcopus erigere Canonicatus in Ecclesia Parochiali non Collegiata, etiamsi sit Collegiata in habitu, quia qualitas Collegialitatis tanquam latens censetur non extare in rerum natura, ex regula, quod paria sunt in jure nostro non esse, & non apparere, ad text. *in l. duo sunt Titii, de testam.tutel.*dixit *Rota in Cæsaraugustana Jurisdictionis coram* Emerix Decano, *& antea in Leodien.Canonicatus* 1680. 3.*Jun. coram* Rondinino *apud* Piton. *disceptat.Ecclesiastic.par.*1.*discept.* 8.*num.* 3. 1873

1692.5.Mar. —— Juxta Canonicas Sanctiones ad Synodum Diæcesanam proprii Episcopi, non alterius potest compelli Regularis ad accedendum, *c.quod super his* 9. *de majorit. & obedien. cap. ex ore, de privileg.cap. ut Apostolica* 6. *eod.tit.in* 6. *cap. Abbates* 18. *qu.*2. *apud Rotam in Toletana Jurisdictionis super manutentione coram* Molines, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis.vol.*1. *decis.* 19. *de Jurisdict. num.* 3.*pag.* 68. 1874

1692.5.Mar. —— Episcopus pro exercenda Jurisdictione debet probare situationem, *cap. cùm Venerabilis* 7. *de Relig. Domib. cap. cum olim* 19.*de cens.*ubi Abb. *num.*2. Cardin. de Luc. *de Jurisdict. disc.*1. *num.*14. Fagnan. *in cap. cum dilectus, de Relig. Domib.num.*5. Pignatel. *tom.* 2. *consult.* 26. *numer.* 11. *apud Rotam in d. Toletana Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 4. 1875

1692.5.Mar. —— Non est necesse, Episcopum probare actus Jurisdictionis factos fuisse cum scientia, & patientia Prælati inferioris ad acquirendam manutentionem. *Rota in d. Toletana Jurisdictionis coram* eod. *ibid.num.*9. *ubi num.seq. dictum fuit, quod* ob assistentiam Juris, quam habet Episcopus, magis sunt attendendi actus Jurisdictionis deducti ab ipso, quàm ab alio Prælato inferiori: Visitationes autem factæ ab Episcopo antecessore suffragantur 1876

Epi-

Episcopo successori ad consequendam manutentionem.

1692.5.Mar. —— Abbates, & inferiores Prælati Territorium separatum contra Episcopum habere non possunt, nisi ex Privilegio Papæ, ad quem spectat Diæceses, & Territoria dividere, ac constituere, vel ex legitima præscriptione, quæ faciat præsumere Privilegium Papæ, Cardin. de Luc. *de Iurisd. disc.1.num.12.* Fagnan. *in cap.accedentibus, num.2. vers.rerum, de excess. Prælat.* Pignatel. *tom.2. consul. 26.num.20. & 21.* Gratian. *disc.212.num.13.17.& 19.* Tamburin. *de Jur.Abbat. tom.1.disput. 15. quæstio 9.à num.7. ad 17.* & taliter, ut Privilegium Apostolicum debeat esse clarum, & expressum, aliàs illis non suffragatur contra Episcopum habentem pro se assistentiam Juris. Cardin. de Luc. *loc.cit.n. 12. apud Rotam in Gerunden. Iurisdictionis super bono Jure coram* Molines, *in additam. ad Theatr.* Card. de Luca, *decis.vol.1.decis. 20. de Iurisdict.num.2.& 3.pag. 70.* 1877

1692,15.Mar. —— Ubi agitur de Ultramontanis, Episcopus Ordines conferre non debet, nisi illorum Dimissoriæ sint recognitæ, & approbatæ per Nuncios, seu Collectores Apostolicos, ad præscriptam formam Constitutionis Urbani VIII. la 35. quæ incipit *Secretis*, quamvis Ordinandi permanerent in Collegiis Italiæ. *Congreg. Concil. in Bononien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit.3.form.19.num.3.* 1878

1692.15.Mar. —— Potest Episcopus compellere omnes Sacerdotes sæculares Confessarios, etiamsi Canonici sint, cæteros autem Præsbyteros Cathedralis hortari, ut accedant ad Congregationem Casuum Conscientiæ. *Congr.Conc. in Civitatis Plebis apud* eund. *ibid. form 15.num.2.* 1879

1692.27.Mar. —— Regulares offendentes Ministros, & Officiales Episcopi possunt ab eodem carcerari, quia qui offendit Iudicis familiam, prorogat 1880

Iurisdictionem illius, cujus majestas in Officiali est læsa, & efficitur ejus Fori. *Congr. Episc. in Theatina*, juxta Sperell. *decis.* 160. *num.* 41. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 9. *numer.* 22.

*1692.27.*Mar. —— Cum Episcopus Senogalliensis pænitentiam publicam vellet imponere duobus Præsbyteris Curatis, qui in Synodo adversus illius Decreta (quæ munia Parochialia per seipsos adimplere debere Parochos arctabant) reclamaverant, & alta voce protulerant hæc verba: *Tu quoque prædicare teneris, & non prædicas*, Sacra Congregatio Episcoporum hac die, & antea sub 20. Martii ejusdem anni proposita causa, & Episcopo informante, eidem injunxit, ut petita per eos venia, & imposita pænitentia salutari, illas reciperet privatim, referente dict. Monacel. *in fine* 1. *par. pag.* 506. 1881

*1692.19.*Apr. —— Episcopus in impedimento dirimente Matrimonium dispensat in foro Conscientiæ tantùm, quando impedimentum non est publicè detectum post jam contractum Matrimonium, & ob distantiam locorum magnum daretur periculum incontinentiæ, vitæ, vel scandali. *Congr. Conc. in Egitanien.* juxta Fagnan. *in cap. nimis*, *nu.* 33. *&* 37. *de Fil. Presbyt. apud* eund. *par.* 1 *tit.* 8. *form.* 10. *num.* 9. 1882

*1692.10.*Maii. —— Deputatio Eremitæ pro custodienda Ecclesia potest pertinere ad Laicos de Universitate, cum approbatione tamen Ordinarii. *Congreg. Concil. in Albanen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 13. *numer.* 4. 1883

*1692.7.*Jun. —— Deputatio Substituti, sive OEconomi in absentia Parochi ad ipsum pertinet, dummodo eligat idoneum, qui ab Episcopo, ad quem approbatio spectat, non valeat aliqua rationabili causa reiici. *Congreg. Concil. in Mileten. & antea* 1884

Congr.

Congr. Episc. in ead. 1691. 7. *Dec. apud* eund. *ibid. form.* 1. *num.* 2.

1692. 13. Ju. —— Ubi agitur de Episcopo contra alium Episcopum, non admittitur præsumptio, non enim est major ratio, cur locus præsumatur potius in ejus, quàm alterius Diæcesi, & proinde solet fieri mappa, & majores probationes adduci, quàm si agatur cum Prælato inferiori, & videndum, an sit circundatus locus ab una Diæcesi, vel altera. *Rota in Gerunden. Iurisdictionis super manutentione coram* Molines Decano, *apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 2. *Constit.* 6. *Alexan. III. sect.* 1. *num.* 37. *pag.* 135. 1885

1692. 18. Jul. —— Capellani Monialium debent esse amovibiles, non autem perpetui, seu intitulati, ut declaravit *Congreg. Episcop. in Brixien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 23. *num.* 8. 1886

1692. 20. Aug. —— Episcopus non potest prohibere, quod in Ecclesiis non fiat Musica (exceptis Monialibus) sed benè poterit Musicis præcipere, quod non canant, nisi verba sacra, & quod Musica nihil immodestum, aut turpe sapiat, & tota sit devota, & Ecclesiastica. *Innocentius XII. innovando Bullam Alexan. VII. editam anno* 1657. 23. *Apr. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 8. *num.* 18. 1887

1692. 23. Aug. —— Si electio Abbatissæ fiat per Schedulas, & in aperitione scrutinii reperiantur plures Schedulæ, quàm sint vocales, licèt actio sit punibilis, adhuc electio valida erit, si demptis superfluis remanet major pars. *Congr. Conc. in Aquinat. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 22. *num.* 25. 1888

1692. 5. Sept. —— Si justis de causis Episcopus allegetur suspectus, debet quoad causarum cognitionem procedere cum Adjuncto. *Congreg. Episc. in Sulmonen. Redditionis Rationis & antea* 1690. 10. *Nov. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 1. *form.* 2. *num.* 17. 1889

1692. 13.

1692.13.Sept. —— Occurrente Festo S. Josephi in Feria quinta majoris Hebdomadæ, per Ordinarios locorum accuratè providendum, ut eo die aliquæ quidem Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis celebrandæ pro præcepti adimplemento non desint, sed tamen propterea antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemni ejusdem diei, quo Ecclesia Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti institutionem, & memoriam recolit, summa religione hactenus retentus, nullatenus omittatur. *Congr. Rit. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 1 num. 12.* 1890

1692.3.Oct. —— Capellani Confraternitatum non debent ab Episcopo sine causa amoveri, reluctantibus Confratribus. *Congr. Episcop. in Forosempronien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. in fine 1. par. pag. 423. num. 5.* 1891

1693.17.Jan. —— Episcopus non tenetur, sed potest examinare Ordinandos missos à propriis Episcopis attestantibus de idoneitate, & litteratura. *Congr. Conc. in Verulana apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. unic. Urbani II. sect. 2. num. 51. pag. 343.* & refert etiam d. Monacel. *par. 1. tit. 3. form. 1 num. 9.* 1892

1693.30.Jan. —— Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati inferiores Regni Neapolis eximuntur à spoliis, & fructibus inconsumptis, & incommixtis suarum Ecclesiarum ad Cameram Apostolicam hactenus spectantibus, & deinceps in beneficium Ecclesiarum applicandis, & erogandis. *Innocentius XII. in Constit. qua incipit* Inscrutabili, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. Rotal. vol. 2. Constit. 10. ad Relat. Curia Rom. pag. 409.* 1893

1693.14.Febr. —— Non potest Episcopus Curam supprimere, erecturus Dignitatem. *Congreg. Conc. in Pientina apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 1 tit. 6. form. 10. n. 7.* 1894

1693.14.Febr. —— Ecclesia Cathedralis habet jus ad Quar- 1895

Quartam, quæ debetur Episcopo ex relictis piis, vigore *cap.ult.de testam.* quæ solvitur juxta consuetudinem locorum. *Congreg.Concil.in Urgellen. apud* eund.*par.2.tit.14.form.1 num.* 14. *ubi quod* Non debetur, neque detrahitur ex legato relicto pro maritandis Puellis, ut respondit *Congr.Episc.in Nucerina Paganorum* 1592.14. *Sept.* Debetur tamen eidem Quarta Decimarum tanquam Parocho Parochorum, & Superiori Ordinario, & Pastori suæ Diœcesis, vigore *cap.conquerente 16.de offic. Iud. ordin. c. de quarta, de præscript.cap.cùm olim, de cens.cap. quoniam 13.de Decim.* ibiq. Fagnan. nisi adsit contraria consuetudo.

1693.27.Febr.—— Advertat Episcopus, quod nullo modo debet permitti, quod in fundatione Monasterii, nec postea Moniales habeant prospectum, vel retineant Crates correspondentes in Ecclesia Presbyterorum Sæcularium, sive Regularium pro audienda Missa, sub prætextu, quod non possint ob illarum paupertatem manutenere Capellanum: sed ubi inveniat adesse, & retineri, omnino removeri mandet, prout fieri jussit *Congr. Episc.in Trojana apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.1.tit.6. form.19.num.35.* 1896

1693.6.Apr.—— Ecclesia existens in Diœcesi Episcopi, fit etiam Nullius, si subdatur Prælato habenti Territorium separatum in statu Nullius. *Rota in Capuana, seu Montis Cassinensis Parochialium coram* Ursino, *& antea in eadem* 1679. 10. *Mar. coram* Bourlemont, *ac itid. in eàd.* 1686. 17. Iun. *coram* Matthæjo, *apud* Petram *in Commentar. ad Constit. Apostolic.tom.2.Constitut.6.Alexan.III.sect.1.num.9. pag.* 129. 1897

1693.6.Apr.——Quando subduntur Ecclesiæ omnimoda subjectione alicui subjecto capaci exercendi Iurisdictionem veram Nullius in proprio Territorio materiali, censetur etiam eidem fuisse attributam eandem Iurisdictionem quoad dictas Ecclesias, 1898

quæ

quæ virtute dictorum Privilegiorum, quæ habet Præsul, tanquam membra ejus Territorii separati, eodem jure censeri debent. *Rota in d.Capuana coram eod.apud eund.ibid.*

1693.18.Apr. —— Si Regulares Censuram Canonis *si quis suadente 17. quæst. 4.* vel aliam à Iure latam incursi fuerint, ubi factum est certum, & habet speciem notorii, potuerunt per Episcopum publicè denunciari. *Congreg. Conc. in Neapolitana, apud* Monacel.*in Form.leg.pract.par.1.tit.6.form.20.nu25. ubi quod* Notorium factum tunc dicitur, si evenit in loco publico, in quo soleant homines communiter versari: unde quod fit Domi, non potest dici notorium: si coram decem Personis committatur: si fiat de die, quia de nocte non possunt homines benè videre, ut docet Raynald. *Observ.Crim.supplem. ad cap.32.supplem. 4.num.* 115. ubi dat concordantes. 1899

1693.5.Iun. —— Quando non resistit vehementer Ius, aut Concilii Decretum irritans, procedit præscriptio quadragenaria cum titulo, ut docet Cardin. de Luc.*disc.1.de Jurisdict.num.24.& disc.5.num.5.ad fin.* quia de Iure communi supponitur capacitas obtinendi exemptionem, imo jurisdictionem in certis casibus, ut supponitur *in cap.cùm Personæ, de privil. in 6.& cap.Auditis,& cap.cùm olim, de præscript.* & in his terminis dari manutentionem, ob non resistentiam Iuris clari inferiori, dixit *Rota in Olomucen.super negotio principali coram* Muto, *& antea in eàd.Iurisdictionis super remissoria 1692.9.Iun.coram eod.apud* Petram *in Comment.ad Constitut. Apostolic. tom.1. Constit.1.Paschalis II.sect.1.num.43.pag.* 363. 1900

1693.12.Iun. —— Quatenus jus eligendi Syndicos Procuratores, & Officiales Monasteriorum Monialium ad ipsas Moniales vigore legis fundationis, consuetudinis aut constitutionis spectet Episcopus sinat eas suo jure uti, servata sibi approbatione, & remotione ad formam Concilii Tridentini, 1901

tini, & Decretorum Sacræ Congregationis, quia libertas tales Officiales eligendi non est auferenda, neque ad certas Personas coarctanda, quoties electio fiat de Personis ætate, & experientia habilibus, ut declaravit *Congr. Episc. in Ianuen. & antea in Surrentina apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 14. num. 2.*

1693. 20. Iun. —— Censuris Clausuræ non afficiuntur Cooperantes, seu assistentes ingressui, sed Superior, & Moniales, quæ sine necessitate Personas cujusvis ætatis, & sexus in Clausuram recipiunt, & introducunt. *Congr. Conc. in Monopolitana Censurarum apud* eund. *in addit. ad par. 1. pag. 385.* 1902

1693. 3. Jul. —— Cellæ Monialium sunt distribuendæ juxta earundem antianitatem, ut præter antiquiora Decreta, declaravit *Congr. Episc. in Januen. & antea in Urbinaten. 8. Febr. ejusd. anni, apud* eund. *par. 1. tit. 11. form. 17. num. 3. ubi quod* in prædictis Cellis associatæ dormire nequaquam debent, ut Episcopum Parmensem monendo rescripsit *ead. Congregat. 1615. 22. Maii.* 1903

1693. 20. Jul. —— Episcopus visitat Collegia quæcunque, quamvis merè Laicalia, & à Laicis fundata & administrata, si habeant annexam Ecclesiam, vel aliquod pium opus exerceant, vel instituta sint pro manutentione Studentium pauperum. *Congr. Conc. in Imolen. & antea in ead. 1692. 26. Nov. ad cap. 8. sess. 22. de reform. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 2. num. 10.* 1904

1693. 26. Sept. —— Si fuit cuiquam denegata prima Tonsura ab Episcopo originis, nequit recurrere ad illum, in cujus Diœcesi habet Beneficium, vel ad Episcopum domicilii. *Congr. Conc. in Aversana, seu Casertana & antea 1658. 2. Jan. apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. unic. Urbani II. sect. 1. num. 64. pag. 329. ubi tamen quod* Variatio est licita ex prædictis, non tamen in fraudem, *ex ead. Congreg. in Fundana 1666. 27. Febr.* In 1905

frau-

fraudem autem dicitur, si Beneficium sit tenuissimi redditus, ut ex alia declaratione refert Pignatel. *tom.1.consult.38.* Vide etiam Pascucc.*par. 2. tit.* de Ordine, *pag.189.*

1693.14. Dec. —— Indulta suscipiendi Ordines extra tempora à Jure statuta concedi possunt ex causis infrascriptis, videlicet, ut quis Beneficio, vi cujus arctatur ad Presbyteralem Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Cappellaniæ ad vitam sibi concessæ per seipsum inservire possit: ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus: ob solatium Patris, vel Matris, dummodo quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator saltem per triennium in Clericali habitu honestè, aut laudabiliter vixerit: Item concedi possunt eadem Indulta Referendariis utriusque Signaturæ Familiaribus Summi Pontificis, Canonicis Cathedralis vel etiam Collegiatæ Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia, Doctoribus utriusque, vel saltem Canonici Juris, seu Licentiatis, dummodo singulos præfatos gradus in publica, & approbata Universitate obtinuerint: iis etiam, qui saltem per triennium sedulam Theologiæ studiis operam navaverint, ac tandem vigesimum sextum ętatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honestè, & laudabiliter vixerint. *Congr. specialis, approbante Innoc. XII. apud* Monacel. *in fine 1. par. pag.* 477. 1906 169 1694

1693.14. Dec. —— E contra non expedit, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, Litterarum Apostolicarum Scriptor sit, seu Magister in Artibus, Nobilis, aut Præsens in Curia, vel quod Philosophiæ cursum absolverit, aut alicui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cujus servitii titulum ex Apostolico Indulto Clerici ordinari possunt, aut onus Missarum, non tamen ex Beneficio Ecclesiastico proveniens, habere se doceat: 1907 1694

ceat:

deat: & deneganda sunt etiam iis, qui aliqua dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis: & Sede Episcopali vacante infra annum à die vacationis minimè dandæ iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint: Item nunquam concedenda pro Festivis Diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi definiendo. *Congr. specialis apud eund. ibid.*

1693.14.Dec. —— Episcopi omnes, ac etiam Apostolici Nuncii, & Legati litteris in forma Brevis circularibus, admonendi, decrevisse Sanctitatem suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantùm, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum exequutionem astringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, onerata eorum conscientia, relinquere: item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii titulum, nisi ad normam Concilii Tridentini *sess.* 21. *cap.* 2. Eos verò omnes, qui ab Apostolica Sede facultates obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis respectivè tribuendi licentiam, ut conferant, maximè cavere debere, ne præscriptos sibi in iisdem facultatibus limites cujusvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur. *Congr. specialis apud. eund. ibid.* 1908

1694.23.Jan. —— Statutum factum à Beneficiatis super jure decimandi, Episcopo non præjudicat, si ejus non intervenerit consensus, ad text. *in cap. cùm consuetudinis, de consuet.* ibiq. Scribentes, Gloss. *in cap.* 2. *verb. Statutum, de verb. signific. in* 6. Abbas *in cap. cùm accessissent, nu.* 4. *de Constit.* latè Valenzuol. *cons.* 122. *à num.* 25. *ad* 31. Tondut. *quæst. Benefic. cap.* 115. *num.* 8. *&* 9. *apud Rotam in Calaguritana Decimarum coram* Molines, *in additam ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol.* 2. *decis.* 14. *de Regular. Matrim. &c. num.* 2. *pag.* 362. 1909

1694.23.Jan. —— Confirmatio Statuti facta ab Episco- 1910

po

po cum clausula *dummodo non sit prajudicialis Juribus Episcopalibus* non est allegabilis ad irrogandum præjudicium Episcopali Ecclesiæ. *Rota in d. Calaguritana Decimarum coram* eodem *ibid. num.* 4. *ex alia ejusd. Rota decisione* 62. *n.* 11. *coram* Peutingerio.

1694. 23. Ian. —— Quoties Episcopus sit Parochus universalis, contra ipsum Ministri subalterni nequeunt super jure decimandi allegare præscriptionem, nisi probetur ejus scientia, & patientia. *Rota in d. Calaguritana Decimarum coram* eod. *ibid. num.* 9. *&* 10. *ubi num.* 22. *dictum fuit*, quod hujusmodi Episcopo dicti Ministri subalterni debent reddere rationem de Bonis, & Decimis administratis, ut probant Berous *cons.* 191. *num.* 13. Roland. *cons.* 49. *num.* 11. Antonin. *var. resolut. lib.* 2. *quæst.* 46. | 1911

1694. 13. Febr. —— Episcopus inquirit, an Rectores, & Capellani Hospitalium, & Locorum Piorum in eorundem Ecclesiis exerceant functiones Parochiales, vel extra illas Cadavera Fidelium in dictis Hospitalibus defunctorum ad alias Ecclesias, in quibus Defuncti sibi elegerunt sepulturam, vel proprium habent Sepulchrum auctoritativè deferant, & associentur, ut possit hæc, quæ ad Parochum privativè pertinent, prohibere. *Congr. Conc. in Bononien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 2. *num.* 16. | 1912

1694. 26. Febr. —— Abbatissa confirmata pro secundo triennio ex gratia Sacræ Congregationis, non potest iterum eligi à Monialibus ad tertium triennium sine nova dispensatione, quia gratia concedit quidem quod de jure non potest haberi, sed non alterat naturam rei concessæ; & ideo cùm munus Abbatissarum de jure requirat expleto triennio vacationem ab officio, cùm conceditur pro tempore, in quo non posset conferri, censetur concessum absque alteratione suæ naturæ. *Congr. deputata ab Innoc. XII. pro causis Congregationis Cassinensium, ad V. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 22. *num.* 12. | 1913

1694. 6.

1694.6.Mar. —— Distributiones amissæ à Dignitatibus, & Personatibus ob non interessentiam Divinis Officiis, cedunt arbitrio, & dispositioni Episcopi, nec cum aliis Canonicorum distributionibus commisceri valent. *Congregat. Conc. in Cephaluden.* in qua tamen verificabatur; quod tertia pars fructuum erat pro distributionibus separata, ut habetur *apud* eund. *d. par.* 1 *tit.* 2. *form.* 6 *num.* 11. 1914

1694. 29. Mar. —— Vacatio Beneficiorum per assumptionem ad Episcopatum eo solo casu inducitur, quoties Beneficium retinens sit actu Episcopus. *Rota in Olomucen. Canonicatus coram* Muto, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *dec. vol.* 2. *dec.* 19. *de Beneficiis*, &c. *num.* 11. *pag.* 295. 1915

1694. 29. Mar. —— Coadjutor Episcopi non dicitur actu jurisdictionem habere Episcopalem: Coadjutores enim nullum habent jus in re, sed dumtaxat in spe, & ad rem, Escobar. *de hor. Canonic. par.* 3. §. 5. *nu.* 20. Trullent. *in expos. Decal. lib.* 1. *cap.* 7. *dub.* 12. §. 3. *num.* 10. Massobr. *de Synodo* 4. *cap.* 4. *dub.* 45. *num.* 4. Pecch. *de aquaduct. lib.* 1. *cap.* 7. *qu.* 19. Leo *in prax. Pœniten. par.* 3. *pag.* 401. *col.* 1. *vers. secundò colligitur*, Barbastren. *in Pastoral. Regular. par.* 1. *cl.* 4. *num.* 22. Adeout solùm jus habere incipiant post decessum Coadjuti, Barbos. *de Canon. & Dignit. cap.* 29. *num.* 6. *apud Rotam in d. Olomucen. coram* eod. *ibid. nu.* 12. 13. & 14. 1916

1694. 26. Apr. —— Etsi in Privilegio fuerit additum *sine aliqua contradictione, & molestia Ordinarii, sive Episcopi*, non ideo censetur concessa jurisdictio privativa, cùm solùm dicta verba dent assistentiam pro jurisdictione, ut optimè fundat *Rota in Baren. Jurisdictionis coram* Ursino, *apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 2. *Constit.* 6. *Alexan. III. sect.* 1 *num.* 45. *pag.* 137. 1917

1694. 4. Maii —— Advertat Episcopus, quod in electione Abbatissæ minor pars Capituli nunquam validè eligit, nisi in casu, quo major pars scienter eligeret indignam, *Congr. Episcop. in Portugall.* juxta 1918

Passer. *de elect. cap. 19. num. 21. & cap. 31. num. 7. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 22. num. 31. ubi quod* ideo non conceditur confirmatio electæ, quæ non habuit majorem partem suffragiorum respectu totius Capituli, *Rota coram* Coccino, *decis. 2082.*

1694. 7. Iun. —— Episcopus Civitatum unitarum debet in unaquaque Diœcesi tenere unum Vicarium, *Congreg. Episcopor. in Sutrina apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Iac. Pignat. par. 2. tit.* de Suffraganeis, *pag.* 407. 1919

1694. 18. Iun. —— Potest Episcopus in quacunque parte suæ Diœcesis Tribunal erigere, & Subditorum causas cognoscere, ut *ex cap. cum Episcopus*, ibiq. DD. *de offic. Ordin in 6.* Mandos. *cons. 27. num. 7.* Bertachin. *de Episc. par. 5. lib. 4. quæst. 38. num. 6.* dixit *Rota in Valven. Præminentiarum coram* Emerix Decano, *apud* Monacel. *in append. ad par. 2. decis. 3. num. 3.* 1920

1694. 18. Iun. —— Episcopus duarum Ecclesiarum æquè principaliter unitarum potest Pontificalia suo arbitrio prius in una, quàm in altera exercere. *Rota in d. Valven. Præminentiarum coram* eod. *apud* eund. *ibid. num. 4.* 1921

1694. 18. Iun. —— Episcopus duarum Ecclesiarum æquè principaliter unitarum non tenetur deputare distinctos Examinatores, nisi deputari consueverint. *Rota in d. Valven. Preaminentiarum coram* eod. *apud* eund. *ibid. num. 5.* 1922

1694. 18. Iun. —— Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum debet pro unaquaque Cathedrali Canonicum Pœnitentiarium eligere. *Rota in d. Valven. Præminentiarum coram* eod. *apud* eund. *ibid. num. 6.* 1923

1694. 21. Aug. In casibus, ubi solent fieri Capitula sine licentia Episcopi Convocatio quidem spectat ad Capitulum, sed Capitulum tenetur certiorare Episcopum de Convocatione tantùm, præterquàm in Capitulis statuto tempore designatis. *Congr. Conc. in Aprutina Iuris convocandi Capitulum* 1924

apud

169.
1691
1694

apud Petram *in Comment.ad Constit.Apostolic.tom.* 1. *Constit.*1 *Leonis I.sect.*2.*n.*54.*pag.*69.

1694.11.Sept. — Non potest Archiepiscopus vocare Episcopos Suffraganeos ad præstandam ei obedientiam, etiamsi eos non cogat, neque per se, neque per alios, seu Procuratores ad comparendum. *Congr.Conc.in Surrentina apud* eund.*d.tom.*1.*Constit. unic.Honorii II.sect.*1 *num.*132.*pag.*483. *ubi tamen nu.* 134.*ait*, *quod* resolutum postea fuit recedendum à decisis, & manuteneri Archiepiscopum in vocandis Suffraganeis, sed non teneri Episcopos accedere, nec per Procuratores, *ex ead. Congreg.in d.Surrentina* 1697.23.*Mar.* 1925

1694.4. Nov. — Nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, liceat exterum quemplam, ac sibi ratione originis, seu domicilii legitimè contracti non Subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere cujusvis Beneficii Ecclesiastici ei, statim ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is à Patronis jam præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo eà expressè adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediatè post Clericalem caracterem susceptum, ad illud instituatur. *Innocentius XII. in Constit. quæ incipit* Speculatores, *apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.in fine* 1 *par.pag.*482. 1926

1694.4. Nov. — Clericus, qui legitimè jam à proprio Episcopo ad Clericalem Tonsuram, seu etiam ad minores Ordines promotus fuerit, non potest ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscunque Beneficii, in illius Diœcesi obtenti, ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorundem susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi, tam Originis, quàm Domicilii, super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, eosque Episcopo Ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit. *Innoc.XII.apud* eund.*ibid.* 1927

1694.4.Nov. — Licèt Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subiici dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est ea tamen de cætero hac in re inconcusè servanda est regula, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem sive juxta taxam Synodalem, sive eà deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, *detractis oneribus*, per se sufficiat, illudque ab Ordinario pacificè possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructus ejusdem Beneficii cum adjectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alià quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tam de prædictis testimonialibus litteris, quàm de redditu Beneficii hujusmodi, expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. *Innocentius XII. apud* eund. *ibid.* 1928

1694.4.Nov. — Cæterùm Subditus ratione Originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirùm itineris, officii, legationis, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris Origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales obtinere, aliasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas presentare teneatur. *Innocentius XII. apud* eund. *ibid.* 1929

1694.4.Nov.—— At si Pater in alieno loco, ubi ejus Filius natus est, tandiu, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de jure contraxerit, tunc non Origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem Filii attendi debeat. *Innoc. XII. in d.Constit.*Speculatores *apud* d. Monacei. *loc. citat. pag.*484. 1930

1694.4.Nov.—— Subditus autem ratione Domicilii, ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius in utroque casu, se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet: Si quis autem à propriæ Originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ Originis testimoniales litteras afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum litteris facienda erit. *Innocentius XII. apud* eund.*ibid.* 1931

1694.4.Nov.—— Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis Subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat; absque ejus proprii, Originis scilicet, seu Domicilii Prælati testimonialibus litteris, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini familiarem prædictum, per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam sufficiat, quacunque fraude cessante, 1932

1694.4.Nov. — Licèt Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subiici dicatur jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, ea tamen de cætero hac in re inconcusè servanda est regula, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit redditus, ut ad congruam vitæ sustentationem sive juxta taxam Synodalem, sive eà deficiente, juxta morem regionis pro promovendis ad Sacros Ordines, *detractis oneribus*, per se sufficiat, illudque ab Ordinario pacificè possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructus ejusdem Beneficii cum adjectione Patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alià quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic ordinans, tam de prædictis testimonialibus litteris, quàm de redditu Beneficii hujusmodi, expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. *Innocentius XII. apud* eund. *ibid.* 1928

1694.4.Nov. — Cæterùm Subditus ratione Originis is tantùm sit, ac esse intelligatur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirùm itineris, officii, legationis, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantùm, & naturalis Patris Origo erit attendenda. Quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales obtinere, aliasque Episcopo Ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare teneatur. *Innocentius XII. apud* eund. *ibid.* 1929

1694.4.Nov. — At si Pater in alieno loco, ubi ejus Filius natus est, tandiu, ac eo animo permanserit, ut inibi verè Domicilium de jure contraxerit, tunc non Origo Patris, sed Domicilium per Patrem legitimè, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem Filii attendi debeat. *Innoc. XII. in d. Constit.* Speculatores *apud* d. Monacei. *loc. citat. pag.* 484. 1930

1694.4.Nov. — Subditus autem ratione Domicilii, ad effectum suscipiendi Ordines, is dumtaxat censeatur, qui, licèt alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuò ibidem permanendi animum demonstraverit, & nihilominus ulterius in utroque casu, se verè, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet: Si quis autem à propriæ Originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ Originis testimoniales litteras afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum litteris facienda erit. *Innocentius XII. apud* eund. *ibid.* 1931

1694.4.Nov. — Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis Subditum familiarem suum ad aliquos Sacros, seu minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat; absque ejus proprii; Originis scilicet, seu Domicilii Prælati testimonialibus litteris, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini familiarem prædictum, per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit: Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam sufficiat, quacunque fraude cessante, 1932

ſtatim, hoc eſt, ſaltem intra terminum unius menſis à die factæ Ordinationis re ipſa illi conferat, ac in Ordinationis hujuſmodi teſtimonio expreſſam itidem familiaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem facere teneatur. *Innocentius XII. apud* eund.*ibid.*

1694.4.Nov. —— Porrò, ut cuicunque fraudibus aditus præcludatur, Epiſcopus quilibet ſuos ratione Originis, ſeu Domicilii ſubditos Clericos quoſcunque, ab alienis Epiſcopis quavis auctoritate, etiam cum ſuis commendatitiis litteris promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini quoad ſcientiam examinare valeat, verùm etiam Ordinum eis collatorum teſtimoniales litteras, gratis tamen recognoſcere, ac diligenter perquirere, an quoad illos, præſentis Conſtitutionis forma, & diſpoſitio adimpleta fuerit, aſſignato ſic promotis termino competenti ei magis benè viſo, ad docendum de ejuſmodi adimplemento, ita ut quos etiam termino elapſo id minime præſtitiſſe compererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio, ſi ita, & quandiu ei expedire videbitur, ſuſpendere, illiſque ne in Altari, aut in aliquo Ordine miniſtrent indicere poſſit. *Innocentius XII. apud* eund.*ibid.* 1933

1694.4.Nov. —— Ita verò præmiſſa omnia, & ſingula perpetuò, ac inviolabiliter ſerventur, atque adimpleantur, ut ſi quid in iiſdem præmiſſis, ſeu eorum aliquo ſecus fiat, Ordinans quidem à collatione Ordinum per annum, Ordinatus verò à ſuſceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipſo ſuſpenſus ſit, aliiſque inſuper gravioribus pœnis pro modo culpæ, pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio infligendis, uterque ſubjaceat. *Innocentius XII.apud* eund.*ibid.* 1934

1694.27.Nov. —— Quamquam *in cap.placuit* 1.*qu.*2.*in cap.nemo, de conſecr. diſt.* 1.*& in cap.cùm ſicut*, ubi Gloſſ.*de conſecr.Eccleſ.vel Altar.* habeatur, quod antequam 1935

tequam

tequam Episcopus consensum præstet super Ecclesiæ ædificatione, assignare faciat dotem, hæc tamen de juris rigore non exigitur, nisi in Consecratione. *Congr. Concil. in Nullius Galleata*, & desumitur ex *cap. pia mentis 16. qu. 7. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 10. nu.* 4. ideoque in licentia pro ædificatione Ecclesiæ, quæ inservit pro commoditate audiendi Missam, sufficit, quod fiat obligatio omnium bonorum construentis pro illius manutentione.

1694. 29. Nov. —— Episcopus secutà sui ipsius electione statim acquirit ea omnia, quæ sunt Jurisdictionis ac signanter Jus conferendi Beneficia: factà enim electione, consumpta dicitur vacatio Ecclesiarum, juxta sententiam Gloss. *in cap. Transmissam 15. verb. de talibus, de elect. ibiq.* Abbas, *n. 3.* Fermosin. *quæst. 3. num. 3. & 6.* Barbos. *num. 2.* Germond. *de Indult. Card. §. nec non quorumcunque, sub nu. 3. vers. hinc oritur, & num. 4. cum seq.* Massobr. *in prax. haben. concurs. prælud. 26. num. 2.* Pax Jordan. *var. lucubr. de re benefic. lib. 7. tit. 2. num. 22. apud Rotam in Corduben. Beneficiorum coram* Emerix Decano *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 2. decis. 21. de Beneficiis, &c. num. 5. pag. 297.* 1936

1695. 15. Jan. —— Episcopus in decernendo, & statuendo ea, quæ sibi visa fuerint in Synodo Diœcesana, tenetur requirere consilium Capituli, non autem illud sequi, nisi in casibus in Jure expressis. *Congr. Conc. in Hispalen. apud* Piton. *discept. Ecclesiast. par. 1. discept. 16. num. 85.* ubi plures habentur præcedentes ad hanc rem Decisiones. 1937

1695. 11. Mar. —— Cogi nequit Episcopus duarum Ecclesiarum distinctos deputare Examinatores Synodales pro utràque Diœcesi, prout cogi non valet habere distinctam Synodum, ut tradit Frances *de Eccles. Cathed. cap. 8. n. 370.* ex ratione unicitatis Ecclesiarum, seu Diœcesum respectu Episcopi. *Rota in Valven. Præminentiarum coram* Emerix Decano, 1938

no, *apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. in append. ad par. 2. decis. 4. num. 6.*

1695. 26. Mar. —— Delenda est pœna Excommunicationis in Decreto Synodali contra Moniales scribentes, vel recipientes litteras, quas Abbatissa non legerit. *Congr. Conc. in Casenaten. apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. Constit. 1. Leonis IX. sect. 3. num. 49. pag. 205. ubi* eâ ratione, quia non ità facilè ad hujusmodi pœnam directè deveniri debet. 1639

1695. 4. Maii. —— Iurisdictio Episcopi probratur ex Processibus, Sententiis Præceptis, Mandatis, atque Edictis contra Subditos, *l. imperium, C. de Iurisd. omn. Iudic. apud Rotam in Surrentina Manutentionis coram* Scotto, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 1. decis. 21. de Iurisdict. numer. 4. pag. 72.* 1940

1695. 4. Maii. —— Episcopus ex acceptatione delegatæ Iurisdictionis in aliquo loco, fatetur ordinariam non habere, *l. 1. §. qui mandatum, ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. cap. ut officia. de haret. in 6. apud Rotam in d. Surrentina coram* eod. *ibid. num. 9.* 1941

1695. 4. Maii. —— Episcopo, qui possidet Territorium dismembratum, incumbit onus probandi locum controversum in eo fuisse comprehensum. *Rota in d. Surrentina Manutentionis coram* eod. *ibid. num. 23.* & refert etiam Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom. 1. Constitut. 6. Alexand. III. sect. 1. numer. 38. pag. 136.* 1942

1695. 11. Iun. —— Regulares exempti, qui speciale Privilegium post Concilium concessum non habent, Interdicta localia generalia ab Ordinariis locorum promulgata observare tenentur, non obstante asserta consuetudine, etiam immemorabili, ut respondit *Congr. Conc. in Cæsaraugustana Interdicti. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 3. tit. 1. form. 45. nu. 7.* & non servantes, subiiciuntur jurisdictioni Ordinariorum, juxta *Clem. 1. de sent.* 1943

1695

1695

169

169

169

sent. Excommun. innovat. à Concilio Tridentino *sess.25. de Regular.cap.*12. *apud* eund. *par.*1 *tit.*6.*form.* 20.*num.*12.

1695.13.Iun.—— Confessiones Abbatum circa solitum renovandi emphyteusim, enunciativè factæ probant ad effectum concludendi immemorabilem, cùm loco famæ succedant: & talis probatio importat etiam probationem tituli coactivè renovandi, licèt Ecclesia renovare contenderet, & vellet pro se retinere: *Rota in Nullius, seu Senogallien. Bonorum super manutentione coram* Muto, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol.*1 *decis.*9 *de Servit. Emphyt. &c. num.*11. *pag.*169. 1944

1697. 23. Nov. —— Omnia Decreta cum Declarationibus supra posita, & edita 1625. 21. Iun. approbantur, confirmantur, innovantur: & insuper si qui forsan fuerint, vel sint, qui suis pravis, & erroneis intentionibus, seu opinionibus blandiri volen- — 2007

len-

lentes, Missarum celebrationem omittunt sub malitiosa, vel irrationabili spe earumdem condonationem, vel reductionem à Sede Apostolica, vel compositionem à Reverenda Fabrica S. Petri de Urbe obtinendi: tum iidem, tum quicumque alii, qui posthac in adeo detestabiles abusus ausi fuerint offendere, certiores fiunt, & monentur, præfatas condonationes, & reductiones ab eadem Sede, non nisi ex rationabili causa, seu æqua commiseratione, compositiones verò à dicta Fabrica utente suis facultatibus, & privilegiis, non nisi ex causa pariter rationabili, & cum clausulis opportunis, & præsertim cum illa: *dummodo malitiosè non omiserint animo habendi compositionem, aliàs gratia nullo modo suffragetur*, admitti consuevisse, & solere: quapropter tales intentiones, opiniones, seu spes declarantur prorsus irrationabiles, injustæ, & illicitæ, illasque omnino reprobat, & damnat *Innocentius XII. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 12. num.* 10. §. 24. & refert etiam Monacel. *in fine* 1. *par. pag.* 494.

1697. 23. Nov. — Caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores, & Ministri quarumcunque, tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum, seu illarum Capitula, ne onera, seu Missas, tum perpetuas, tum temporales, tum etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquomodo suscipiant: utque idipsum, quoad fieri poterit, pateat, teneantur iidem conficere, semperque in loco magis patenti, & obvio retinere Tabellam onerum perpetuorum, & temporalium litteris perspicuis, & intelligibilibus descriptorum, quorum implemento, si moraliter, & intra præscriptum, seu breve tempus satisfacere non posse, seu illa dumtaxat, & non ulteriora adimplere posse crediderint, seu credere debuerint, alias Missas, sive perpetuas, sive temporales, sive manuales, per se, vel per interpositas personas quo- 2008

quoquomodo recipere, seu acceptare omnino desistant, seu abstineant, & ulterius tali casu in eadem Tabella similiter exprimant, sese propterea aliis Missis acceptandis, & celebrandis impares esse. *Innocentius XII. apud eosd. ibid.*

1697.23.Nov. —— Iidem teneantur pariter in Sacrario duos libros retinere, ac in eorum altero singula onera perpetua, & temporalia: in altero autem Missas manuales, & tam illorum, quàm istarum adimplementum, & eleemosynas distinctè, & diligenter annotare, & annotandas, seu annotanda curare, singulisque annis de supradictis adimplementis, eleemosynis, & oneribus pariter exactam rationem reddere, ac omnes, & singulas rationes hujusmodi in præfatis respectivè libris simili distinctione, & diligentia, tam præfati, à quibus rationes debent reddi, quàm Superiores, quibus reddendæ erunt, describere, seu annotare, sive describendas, vel annotandas respectivè curare. *Innocentius XII. apud eosd. ibid.* 2009

1697.23.Nov. —— Quibus semper salvis, debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quascunque eleemosynas, tum manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum reponere in Capsa particulari sub duabus clavibus, quarum una penes Superiorem localem, altera verò penes alium à Capitulo Conventuali deputandum retineatur, ac de iisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coram Patribus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis singulis mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere. *Innocentius XII. apud eosd. ibid.* 2010

1697.23.Nov. —— Quod si prædicti, ad quos cura Tabellæ, Capsæ, & Librorum præfatorum respectivè pertinet, seu pertinere debet, suam operam præmissis minimè navaverint, & Superiores, tum Sæcularium, tum Regularium Ecclesiarum rationem prædictam non exegerint, seu non invigilaverint, 2011

rint, quod præfati, qui in curam Tabellarum, & Librorum incumbunt, suo muneri satisfaciant; in singulis respectivè casibus, Sæculares pœnam suspensionis incurrant: Regulares verò voce activa, & passiva, ac gradibus, & officiis, quæ obtinent, ipso facto, & absque alia declaratione privati sint, & intelligantur, nec non ad hujusmodi gradus, & officia obtinenda similiter inhabilitentur, & inhabilitati sint, & intelligantur. *Innocentius XII. apud eosd. ibid.*

1697. 23. Nov. —— Porrò, ne ullo unqnam tempore, omnia, & singula Decreta prædicta in oblivionem, seu desuetudinem abeant, Rectores, Superiores, seu Capitula Ecclesiarum Sæcularium illa retineant publicè exposita in eorum Sacrario: Superiores verò locales cujuscunque Monasterii, Conventus, ac Domus Regularis curare, & efficere teneantur sub pœna privationis officiorum, quæ obtinent, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, idest, ferià secundà post primam Dominicam Adventus, & ferià sextà post Octavam Corporis Christi, omnes, & singulæ præmissæ Ordinationes una cùm dictis declarationibus in publica Mensa perlegantur. *Innocentius XII. apud eosd. ibid.* 2012

1697. 23. Nov. —— Meminerint igitur, & satagant Ordinarii, ut à Personis, & in Ecclesiis quoquomodo, etiam in vim Decretorum Concilii Tridentini sibi subjectis, Missæ eà, qua par est fide, & diligentia celebrentur, & cuncta, & singula Decreta hujusmodi omnimodæ executioni demandentur, nedum justitiam recurrentibus, seu instantibus reddentes, sed ex officio, tum in visitationibus, tum in aliis actibus, & modis, quos expedire, & convenire toties, quoties judicaverint inquirentes, ne aliquid committatur, pervertatur, differatur, vel omittatur, quod his omnibus, & singulis Decretis adversetur. *Innoc. XII. apud eosd. ibid.* 2013

1697.7.Dec. —— Si Canonicus Pœnitentiarius non faciat residentiam, & Episcopus velit procedere contra eum ad privationem Canonicatus, tenetur servare regulam præscriptam à Concilio Tridentino *sess.24.cap.12.de reform.* ut respondit *Congreg.Concil. Episcopo Curien. apud* Monacel.*in Formular.leg.pract. par.1.tit.2 form.6.num.17.* 2015

1698.27.Jan. —— Probata necessitate Ecclesiæ, Episcopus pro illius reparatione tenetur impendere quartam partem redditūum Mensæ Episcopalis, non solùm futurorum, sed etiam præteritorum; cùm ei non liceat illos in alios usus consumere, sed eosdem reservare tenetur pro Fabricæ indigentiis, Gloss.*in cap.1.verb.final.de Eccles.ædific.* Bero *cons.3. num.9.vers.nec refragatur, lib.1.*Franc. *de Eccles.Cathedr.cap.12.num.22.& seq.* aliiq.citati à *Rota in Gerunden.Capparum coram* Pio, *in additam. ad Theatr.*Cardin.de Luca, *decis.vol.4.decis.3.de Regularibus, &c.num.12.pag.165.* 2015

169

1698.17.Febr. —— Licentia ab Episcopo obtenta de ædificando Capellam in aliqua Villa, probat Capellam esse de pertinentiis illius Villæ. *Rota in Augustana Jurispatronatus coram* Olmo, *in additament. ad Theatr.* Cardinal de Luca, *decis. volum. 4. decis. 2. de Jurepatronatus, &c. num. 7. pag. 25. ex aliis ejusdem Rota Decisionibus hoc loco citatis.* 2016

169

1698.15.Mar. —— In Sanctorum Patronorum electione fieri non debent promissiones servandi diem festum Patroni electi tanquam de præcepto, etiamsi ab Ecclesia universali sub tali ritu non colatur: nam has promissiones, & vota non admittit, nec approbat, sed reiicit, & tantùm ex devotione servari posse concedit *Congr.Rit.in Theatina apud* Monacel.*in Formular.leg.pract par.2.tit.16.formul.10. num.12.* 2017

169

169

1698.11.Apr. —— Constitutio Clementis X.supra posita, & edita 1670.21.Jun. prohibens Regularibus Con- 2018

Confessionum sæcularium auditionem, & à casibus Episcopis reservatis absolutionem absque expressa approbatione, & licentia eorundem, nec non absolutionem Pænitentium extra Diæcesim Episcopi approbantis, omnino à dictis Regularibus, & Pęnitentibus est servanda, quolibet Privilegio etiam Cruciatæ (pluries exploso) non obstante. *Congr.Episc.in Lusitana Jurisdictionis, apud* eund.*par.* 1.*tit.*6.*form.*20.*num.*22.

1698.11.Apr. —— Forenses Jurisdictionum controversias inter Episcopos, aliosque Prelatos inferiores in spiritualibus causis exortas privativè quoad cætera Catholici Orbis Tribunalia plerumque audit Romana Curia. *Rota in Leodien.Jurisdictionis coram* Molines *apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.* 1.*Constitut.*2.*Leonis IX.sect.*5.*num.*49.*pag.*279. 2019

1698.14.Apr. —— Episcopus in præjudicium alterius Præsentati nequit prorogare terminum datum ad præsentandum, Ricc.*in prax.par.*1.*resol.*195.*nu.*2.*vers. tum tertiò*, Vivian. *de Jurepatronatus par.* 2. *lib.*7.*numer.*10.*& seq. usq.in fin. apud Rotam in Hyporegien.Præpositura coram* Pio, *in additam. ad Theatr.* Cardin.de Luca, *decis.vol.* 2. *decis.* 22. *de Iurepatronatus, &c.num.*7.*pag.*62. 2020

1698.18.Apr. —— Si aliquis dimissus, qui petit ordinari, non doceret fuisse confirmatum, poterit admitti, si juret Sacrametum Confirmationis recepisse, quia nulla ratio est allegabilis, quare velit decipere, cùm possit petere Confirmationem. *Congr. Episc.in Anconitana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract.par.*2.*tit.*13.*form.*4.*n.*43. 2021

1698.22.Apr. —— De Iure Communi Episcopus, & Ordinarius habet intentionem fundatam exercendi Jurisdictionem in quemcumque locum suæ Dięcesis, & etiam in quascunque Personas Ecclesiasticas, imo contra Monasteria Regularium, & Regulares ipsos, nisi constet de exemptione. *Rota in Vilnen.* 2022

Vilnen. Iurisdictionis coram Olmo, & antea in ead. 1690. 11. *Maii coram eod.* Imo etiam contra Abbates inferiores habentes Iurisdictionem, *ead. Rota in Gerunden. Jurisdictionis* 1698. 4. *Jul. coram* Pio, *& antea in Leodien. itid. Jurisdictionis* 1698. 18. *Apr. coram* Molines, *ac in Brixien. Jurisdictionis* 1688. 5. *Jul. coram* Caprara, *apud* Petram *in Comment. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit.* 1. *Paschalis II. sect.* 1. *num.* 39. *pag.* 361. *&* 362.

1698. 7. Jun. —— Hospitalia, Montes Pietatis, & alia loca hujusmodi (quatenus ex lege fundationis non excludantur, aut sub immediata Regum protectione non existant) visitat Episcopus etiamsi illorum cura, gubernium, & visitatio ad Laicos pertineat, non obstante consuetudine, quod in præteritum non fuerint visitata, prout partibus acriter informantibus declaravit *Congr. Conc. in Imolen. apud* Monacel *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 8. *n.* 12. 2023 169

1698. 18. Jul. —— Episcopus si habeat facultatem à Sacra Congregatione extrahendi à locis immunibus confugas, etiam in casibus non exceptis, non potest illos extrahi facere, nisi abutantur confugio. *Cong. Immunit. in Recineten. & antea in Januen.* 1695. 8. *Jan. apud* eund. *par.* 3 *tit.* 1 *form.* 12. *num.* 7. *ubi addit, quod* si abutantur confugio, & de hoc constet Episcopo etiam extrajudicialiter, poterit tunc eos extrahi facere cum debita decentia, & deinde conficere processum, & transmittere ad dictam *Congr. Immunit. in Placentina* 1694. 21. *Apr.* 2014 166

1698. 3. Aug. —— Abbas, seu ejus Vicarius non potest solus concedere litteras testimoniales de vita, & moribus Presbyterorum sui Districtus recedere volentium à locis Abbatiæ, sed simul requiruntur testimoniales Episcopi. *Congr. Conc. in Causa Burgensi S. Sepulchri apud* Piton. *discept. Ecclesiastic. par.* 1. *discept.* 20. *n.* 1. *&* 28. *ad II.* 2025 169

1698. 3. Aug. —— Non potest Episcopus prohibere Parochis, & Vicariis Parochialium Ecclesiarum tam 2026

Sæcu-

Sæcularibus, quàm Regularibus, ne extra eorum Parochias audiant Confessiones suorum Parochianorum. *Congreg.Concil.in d.Burgen. apud* eund. *ibid. ad III.*

*1698.3.*Aug. —— Non potest itidem prohibere Episcopus eisdem Parochis, & Vicariis, ne in eorum Parochiis audiant Confessiones non suorum Parochianorum. *Congreg.Concil.in d. Burgen. apud* eund. *ibid. ad IV.* 2027

*1698.3.*Aug. —— In Edictis, seu Decretis potest Episcopus nuncupare loca, & districtum Abbatiæ propriæ nostræ ordinariæ jurisdictionis, ad formam laudi de anno *1635.Congr. Concil. in d. Burgen. apud* eund.*ibid.ad V.* 2028

*1698.3.*Aug. —— Abbas, seu ejus Vicarius potest se intitulare Judicem Ordinarium Districtus Abbatiæ in illis causis, in quibus habet cognitionem ad formam laudi. *Congregat. Conc. in d. Burgen. apud* eund.*ibid. ad VI.* 2029

*1668.3.*Aug. —— Episcopus non est Ordinarius Monasterii, & Ecclesiarum à Monasterio dependentium, nec potest se talem denominare. *Congr.Conc. in d.Burgen.apud eund.*Piton.*ibid.ad VII.* 2030

*1698.3.*Aug. —— Abbas non habet facultatem benedicendi Concionatores destinatos pro Ecclesia Monasterii, & aliis Parochialibus intra Districtum Abbatiæ. *Congreg.Conc.in d.Burgen. apud* eund.*ibid. ad IX.* 2031

1698.3. Aug. —— Vicarius Curatus Monachus exercens curam Animarum Ecclesiæ Monasterii, quæ Parochialis existit, non debet examinari, & approbari ab Episcopo ad formam laudi. *Congr.Conc. in d.Burgen.apud* eund.*ibid.ad X.* 2032

*1698.8.*Aug. —— Ne Puellarum sanguis de manu Episcoporum requirat Deus, curare debent Episcopi, quod Puellæ spontanea, libera, & devota voluntate profiteantur: & si adsit suspicio, quod non solùm ex parte Consanguineorum, sed etiam Monialium 2033

lium

lium Puella vi, metu, vel minis, ac importunis precibus impellatur ad profitendum, aliisque malis artibus subornetur, & quod ejus voluntas non sit libera, sed seducta, si retineatur in Monasterio, inde extrahi illam faciant, & voluntas in loco libero, semotis arbitris, ab ipsismet Episcopis exploretur. *Congr. Episc. in Maceraten. & antea in Fulginaten. 1692. 3. Oct. ac in Lunen. Sarzanen. 1691. 5. Octob. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 1. form. 1. num. 47.* 1698

1698. 8. Aug. —— Monialium Monasteria propter exiles redditus possunt, & debent uniri, quia deficientia alimentorum, & rerum ad vitam congruè substentandam non solùm est causa sufficiens unionis, sed & occasio proxima relaxationis observantiæ regularis. *Cong. Episc. in Camerin. pro unione Monasteriorum Monialium S. Hieronymi, & S. Joannis Terra S. Genesii, apud* eund. *in fine 1. par. pag. 418. n. 2.* 2034 1698

1698. 30. Aug. —— Absolutionem cum reincidentia dare non potest Auditor Cameræ, neque Ordinarii locorum, quoties agitur de Censuris promulgatis ex causa jurisdictionis immunitatis, vel libertatis Ecclesiasticæ, uti reservatis Summo Pontifici. *Cong. Immunit. in Ravellen. & antea in Melphiten. 1673. 22. Apr. ac in una Regni Neapoletani 1643. 27. Maii, apud* Monacel. *par. 3. in prælud. n. 85. pag. 23.* 2035 1698

1698. 6. Sept. —— Electio in Patronum non debet fieri ex solo motivo devotionis, sed vel quia loci primus Episcopus fuit, vel quia ibi Corpus humatum reperitur, vel quia oriundus, & Civis fuit, vel quia in necessitatibus mirabiliter Populum protexit, & adjuvit, vel tandem ob alias similes, & congruentes causas, quæ in Concilio Universitatis exprimi debent. *Congreg. Rit. in Alexanen. apud* eund. *par. 2. tit. 16. form. 10. n. 12.* 2036 1699

1698. 6. Sept. —— Episcopus debet providere, ut nova Sedilia in Ecclesia non opponantur sine sua licentia: ipse enim est absolutus Arbiter illa moderandi, 2037

di, & removendi, præsertim quando sunt causâ rumoris, & impediunt functiones, & Celebrantes, *Congregat. Rit. in Verulana, & antea in Fundana* 1697.5.*Oct.* ac *Congr. Episc. in Narnien. Terra Carbii* 1693. 8. *Maii*, *apud* eund. *par.* 1. *tit.* 5. *form.* 8. *n.* 4.

1698.6. Sept. — Si Suffraganeus occasione functionum Episcopalium solemnium accedat cum Cappa, tenetur se parare in Faldistorio, aliàs in Sacrario: non potest tamen sibi deferri facere caudam ejusdem Cappæ per alium, sed illam deferre tenetur involutam sub bracchio sinistro: nec similiter potest sibi deferri facere caudam vestis violaceæ unà cum elevatione fimbriæ anterioris in plano pavimenti Ecclesiæ. *Congr. Rit. in Veliterna apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *num.* 15. *ad I. III. & IV.* 2038

1698.6. Sept. — Non potest dictus Suffraganeus per Civitatem uti Mantello oblongo coloris violacei cum signis rubeis super vestem nigram interiorem, vulgò *Zimarra*, nec sibi deferri per Civitatem, & elevari facere Umbellam sericam viridis coloris. *Congregat. Rit. in d. Veliterna apud* eund. *ibid. ad VI. & VII.* 2039

1698.20. Sept. — Regulares erigentes Altare portabile, & Sacrum facientes in Domo privatorum, ut ibidem celebrent, & Viaticum ministrent Regulari infirmo absque licentia Ordinarii, possunt Censuris coerceri, & ligari, ut declaravit *Congreg. Concil. in Messanen. apud* eund. *par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 20. 2040

1699.23. Jan. — Monialis translata de licentia Sedis Apostolicæ, præter solitam Dotem, defert etiam ad Monasterium, ad quod, alia bona, si quæ habet, relictâ solummodo prima Dote Monasterio, à quo, ut sequendo opinionem Cardinalis de Luca, *de Regular. disc.* 39. *num.* 17. tenuit *Congr. Episc. in Hispalen. Transitus apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 7. *num.* 7. 2041

1699. 24. Jan. —— In concessione Testimonialium de vita, & moribus jurandum erit, quod semper tempus præcisum permanentiæ, & discessus Ordinandi exprimatur: nisi sint expediendæ à Prælato inferiori Nullius, qui mittit Episcopo viciniori Ordinandos proprios subditos, ut declaravit *Congreg. Conc. in Nullius, seu Minerbien. ad cap. 10. sess. 23. de reformat. apud* eund. *d. par. 1. tit. 4. form. 9. num. 11.* 2042 1699

1699. 24. Ian. —— Cùm nova Ecclesia erigi non possit sine Episcopi licentia, *cap. quicumque 16. quæst. 7. cap. lator 16. quæst. 5. cap. nemo, de consecr. & cap. auctoritatem, de privil. in 6.* hoc verum est etiam si quis haberet privilegium Ecclesias ædificandi, quia intelligitur sine præjudicio Juris Episcopi: etenim, ut possit hoc fieri sine Episcopi consensu, requiritur, quod specialiter in Indulto exprimatur, nam tunc Papa auctoritate, quâ pollet, dicitur supplere illius consensum: & ita responsum fuit *a Congr. Conc. in Sulmonen. Interdicti* contra Præceptorem S. Spiritus in Saxia, qui Ecclesiam construxerat absque licentia Episcopi, nixus suis Privilegiis, sublatis hodie à Concilio Tridentino *sess. 22. de celebr. Miss. & cap. 3. sess. 25. de Regular. apud* eund. *d. par. 1. tit. 6. form. 10. num. 2.* 2043 1699 1699

1699. 4. Febr. —— Quoad exemptionem dativam cum vera qualitate Nullius, quæ non potest dari, nisi à solo Papa, agnoscendum est, an adsit in Privilegiis ista exemptio omnimoda cōstitutiva Territorii separati, vel non: quod ex verbis Privilegiorum dependet, quorum scrutatio est unica regula, quæ rem decidere solet: & quidem ad inducendam separationem Territorii, quæ importat dismembrationem in damnum primævæ Diœcesis, cui subest, cùm illi sit præjudicialis, & odiosa, debet conclusio probari verbis ita claris, & expressis, ut in alium sensum retorqueri nequeant. *Rota in Leodien. Jurisdictionis coram* Priolo, *& antea in ead.* 1698. 11. *Apr. coram* Molines Decano, juxta *cap. ex parte* 2044 1695

18. *de*

18. *de privil. cap. cùm persona, & cap. si Papa, eod. tit. in 6. apud Petram in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. Constitut. 6. Alexan. III. sect. 1. n. 40. pag. 136.*

1699. 4. Febr. — Verba *pleno jure* important liberationem loci, & exemptionem à lege Diœcesana Episcopi, imo etiam ab ipsius Jurisdictione circa ipsos exemptos, ita ut inducatur tantùm qualitas quædam imperfecta Nullius, non autem Jurisdictio activa in Populum. *Rota in d. Leodien. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. n. 49. pag. 139.* 2045

1699. 6. Febr. — Laici debent manuteneri in jure, si quod habeant, nominandi, & præsentandi Virgines ad Professionem, & loca vacantia recipiendas, salva tamen acceptatione liberè per Capitulum Monialium facienda. *Congreg. Episc. in Camerinen. & antea in Maceraten. 1690. 21. Jul. apud* Monacel. *in Formul. leg. pract. par. 1. tit. 11. form. 13. num. 7.* 2046

1699. 10. Febr. — Censuræ essent nullæ, quando prima citatio, seu monitio per productionem, & admissionem Jurium, vel Judicis Decretum, esset circumducta, & post interpositam appellationem Episcopus, sive ejus Vicarius procederet ad denunciationem Censurarum absque nova citatione, ut in terminis Censurarum pro tuitione Immunitatis Ecclesiasticæ latarum censuit *Congr. Immunit. in Conversanen. & antea in Narnien. 1698. 2. Dec. ac in Cisignanen. 1687. 18. Nov. apud* eund. *par. 3. tit. 1. form. 6. num. 6.* 2047

1699. 11. Apr. — Licèt nonnulli Regulares possint ex Privilegio Apostolico promoveri ad Ordines diebus festis (ut ex largitione Gregorii XIII. Constit. 77. gaudent PP. Societatis Jesu) non inde inferri, & deduci potest, quòd cæteri aliorum Ordinum, qui cum illis participant de privilegiis, possint vigore hujusmodi communicationis recipere Ordines extra tempora: sed debent simile Indultum concessum, vel confirmatum post Concilium Tridentinum exhibere, aliàs illicitè ab Episcopo promo- 2048

verentur. *Congr. Conc. in Senen. apud* eund. *par. 1. tit. 6. form. 20. num. 36.*

1699. 16. Maii — Licèt possint Episcopi pro reformatione morum in Edictis pœnam Canonum ampliare, & augere, *cap. ult. de transact. cap. sicut dignum, de homicid. cap. innotuit de eo, qui furt. Ordin. suscep. Abb. in cap. licet, num. 2. circa fin. de offic. Judic.* non tamen possunt pœnam Excommunicationis latæ sententiæ contra Clericos negotiatores infligere. *Congr. Conc. in Conversanen. Edicti, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1 tit. 5. form. 17. n. 12.* — 2049

1699. 20. Maii — Conjunctis in primo, & secundo gradu, regulariter loquendo, licentia Moniales alloquendi non est ab Episcopo deneganda, etiamsi sint Ecclesiastici, ut rescripsit *Congr. Conc. deputata pro moderatione Synodi Vigilensis in responsione ad* 23. & antea *Cong. Episc. in Trojana* 1698. 14. *Nov. & in Fanen. moderationis Edicti* 1695. 10. *Jun. ac in Eugubina* 1596. 16. *Sept. apud* eund. *d. par. 1 tit. 11. form. 19. n. 3. ubi quod* nihilominus tempore Quadragesimæ, & Adventus etiam his potest prohiberi, ut patet ex Decreto relato à Gavanto *in Man. verb.* Monialium collocutio *n. 7.* — 2050

1699. 30. Maii — Si Regulares celebraverint Missas in Oratoriis privatis Domicellorum diebus exceptis, vel postquam eadem die fuit ibidem celebrata unica Missa ab Apostolico Indulto concessa, potest Episcopus in eos animadvertere, servata forma Conclii, ut censuit *Congr. Conc. in Neapolitana apud* eund. *d. par. 1 tit. 6. form. 20. num. 21.* — 2051

1699. 15. Iun. — Quando aliquis moritur ab intestato, nihil disponens circa Funeris impensas, potest Episcopus aliquam moderatam summam ad hunc effectum taxare, & obstringere hæredes ad illam solvendam, maximè stante consuetudine sic faciendi: quæ valde rationabilis est, ut tenent Genuen. *in prax. Archiepisc. cap. 79.* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 2. tit. 10. de testam. num. 19.* Cardin. de Luc. *ibid. de testam.* — 2052

*testam.disc.*24.Amostaz. *de caus.piis lib.6. cap.6. à n. 55.ad 74.apud Rotam in Romana Funeralium coram* Molines Decano, *in additam.ad Theatr.*Cardin. de Luca, *decis.vol.4.decis.7.de Regularibus, &c.num.8. pag.*173.

*1699.*1.Jul.—Licèt Episcopus non habeat ęconomicā administrationem in Oblationibus, quæ administrantur per Parochum, vel alium Administratorem, habet tamen jus jurisdictionale revidendi rationes, ut illæ fideliter erogentur. *Rota in Senogallien.Ecclesia, seu Capellania super manutentione, apud* Petram *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 2. Constitut. 1. Anastasii IV.sect. 2. numer. 25. pag. 25. & 26.* 2053

*1699.*11. Jul.— In concessione novi Patroni apponitur clausula: *Dummodo alium principalem Patronum, seu Protectorem non habeant*, ut apposuit *Congr.Rit.in Lycien.pro Universitate Terra Monteroni*, & antea *in Mazarien.*1697.30.*Mar.pro Universitate Castri Veterani, apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par. 2. tit. 16.form.*10.*num.*11. 2054

*1699.*18. Jul.— Distributiones à Canonicis absentibus amissæ, inservientibus accrescunt, adeo ut ab Episcopo non possunt applicari Fabricæ, Sacristiæ, aliisve usibus. *Congreg. Concil. in Cathacen.* & antea *in S.Severini* 1695.16.*Iul. ad cap. 3.sess.* 21. *de reform.apud* eund.*par.*1.*tit.*2.*form.*6.*n.*10. 2055

*1699.*18.Jul.— Quando Episcopus accedit ad Oppida Dioecesis, sive gratia & occasione Visitationis, sive ut conferat Sacramentum Confirmationis, non potest à Parochis, neque Parochianis procurationem pro Sacramento hoc conferendo exigere, sed propriis sumptibus seipsum alere debet. *Congr. Concil. in Causa Amalphytana ad II. apud* Monacel. *in Formular.leg.pract.par.*1.*tit.*5.*form.*2.*n.*21. 2056

*1699.*18. Jul.— Non potest Episcopus Visitator taxare in pecunia id, quod pro victu necessariò sibi contingeret, neque alia utensilia, vecturas Equo- 2057

rum, & expensas prætendere: quia nomine victualium veniunt tantum ea, quæ consistunt in victu. *Congregat.Conc.in d.Amalphytana ad III.* & antea *in Larinen.1698.12.Apr.apud* eund.*ibid.n.25.*

*1699.*18.Jul. —— Visitator delegatus non potest integram procurationem à visitatis exigere, sed tantùm pro medietate, juxta declarationem *Congreg. Conc.in d.Amalphytana ad IV. apud* eund.*d.par. 1.tit. 12.form.9.num.3.* 2058

*1699.*4.Dec. —— Quamquàm in electione Abbatissæ tum ex consuetudine, tum ex specialibus Constitutionibus, non nisi Chorales ad suffragium ferendum admittantur, nihilominus ubi viget consuetudo admittendi etiam Conversas, hæ non possunt reiici, & excludi, sed debent manuteneri in sua possessione votandi, quia de jure communi sunt legitimæ Vocales. *Congr.Episc.in Illerden.*& antea *in Barchinonen.*1698.18.*Apr. apud* Monacel. *in Formular. leg.pract.par.1.tit.11.form.22.num.16.* 2059

*1699.*8.Dec. —— Qui Cedulones Excommunicationis lacerant, aut deturpant, graviter peccant, quia videntur de auctoritate Episcoporum malè sentire, Censuras contemnere, atque irridere, & ideo non solùm ab Episcopo Censuras fulminante, sed etiam tanquam de Hæresi suspecti, à Tribunali S. Officii puniri possunt, ut tradunt Cherubin. *in Compend. Bullar.ad Constit.56.Pii V.schol.1.*Caren.*de Offic.par. 2.tit.17.§. 2.num.7.* & sic incidunt in excommunicationem eo ipso, Ricc.*in prax.rer.for.Eccles.par. 4. resol.23.numer.1 & seqq.*& declaravit *Congr. Episc.in Cusentina, apud* eund.*par.3.tit.1.form.32.n.19.* 2060

*1699.*11.Dec. —— Si Episcopus ex aliqua rationabili, & honesta causa Medicum extraordinarium concederet, medicamenta necessaria ab eodem ordinata solvenda erunt à Monasterio, non autem à Monialibus, quæ illius opera usæ fuerunt, ut respondit *Congregat.Episc.in Comment.pro Monasterio S. Margarita Terra Luçani, apud* eund.*par.1.tit.11.for.17.n.2.* 2061

1699.12.

1699.12.Dec. —— Si Episcopus reperiretur suspensus à Jurisdictione, & haberet præservatum jus conferendi Beneficia, non posset ex approbatis in concursu Parochialis digniorem præeligere, sed hoc jus pertineret ad Vicarium Apostolicum, ut præter Decreta, quæ referuntur à Fagnano *in cap. Illa, ne Sede vac. num.* 30. *& seq.* nuper declaravit *Congreg. Conc. in Sorana apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 4. *form.* 16. *num.* 3. 2062

1700.16.Jan. —— Quoties Episcopus impeditur, quin visitet loca, quæ de jure, vel consuetudine potest visitare, puta quia visitandi, habita notitia habendæ Visitationis, ostia loci visitandi claudunt, aut alio modo sese violenter opponunt, potest non solùm januas frangere, sed vim vi repellendo inobedientes, & opponentes illico excommunicare absque aliâ judiciali monitione, ut pro validitate Censurarum respondit *Congr. Conc. in Vicen. Juris visitandi*, & antea *in ead.* 1699. 26. *Sept. apud* eund. *par.* 1. *tit.* 12. *form.* 15. *num.* 1. 2063

1700.23.Jan. —— Laici, quamvis sit in facultate Episcopi eos invitare, non tamen possunt de jure prætendere, quod teneatur invitare ad Synodum. *Cong. Rit. in Urbinaten. ad* 7. & antea *Congr. Conc. in Lycien. Synodi* 1688. 10. *Jan. &* 10. *Apr. apud* eund. *d. par.* 1. *tit.* 5. *form.* 3. *nu.* 6. 2064

1790.23.Jan. —— Canonici, & Dignitates celebrantes præsente Archiepiscopo non possunt uti pulvinari pro genuflectendo, nisi probetur consuetudo formiter. *Congr. Rit. in Urbinaten.* & antea *in Herbipolen. Praeminentierum* 1698. 22. *Nov. ubi fuit dictum, quod* Pulvinaria sunt signa Superioritatis, quæ non competunt, nisi Episcopis, aliisque Prælatis, & ideo nemini de Capitulo, etiamsi sit Dignitas, conceditur hæc præheminentialis distinctio, ut habetur apud Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 1. *n.* 3. 2065

1700.6.Febr. —— Potest Episcopus ex aliqua rationabili, 2066

bili, & justa causa suspendere, & prohibere convocationem Capituli. *Congr.Conc.in Lauretana*, & anteà *Congreg.Episc.in Regien.*1604.4.*Iun.apud* eund. *par.1.tit.2.form.4.num.25.*

1700.18.Mar. —— Conclusa electione, quamvis Abbatissa debeat ab Episcopo confirmari, & quamprimùm publicari (nisi causæ urgentes contrarium non suadeant) adhuc potest ante confirmationem administrare. *Congr.Episc.in Mazarien.*juxta dispositionem text.*in cap.Indemnitatibus*, *§.si quà verò, de elect.in 6.apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.par.1.t.11.form.22.num.5.* 2067

1700.18.Mar. —— Expirato triennio, officium Abbatissæ non potest ab Episcopo prorogari, neque libertas electionis Monialibus impediri, nec eam sub nomine Vicariæ gubernio præficere duraturæ usque ad novam electionem: quia tunc præsidentia etiam in casu dimissionis officii usque ad electionem novæ Abbatissæ datur seniori. *Congr.Episc.in d.Mazarien.apud* eund.*ibid.n.11.* 2068

1700.10.Maii. —— Ordinarius visitat Ecclesias Regularium Curatas in iis, quæ concernunt Curam Animarum, ut ex Concilio Tridentino dixit *Rota in Firmana Jurisdictionis coram* Molines Decano *apud* Monacel.*in Formular.leg.pract.in append.ad par.2.decis.40.num.12 ubi n.20. dictum fuit, quod* Episcopus in Regulares exercentes curam Animarum utitur jurisdictione ordinaria: Regulares verò, qui non exercent Animarum curam, sed in ministrandis Sacramentis delinquunt, subsunt jurisdictioni delegatæ Episcopi. 2069

1700.10.Maii. —— Jurisdictio Abbatis Commendatarii in Ecclesia Sæcularizata est eadem, quæ erat, quando erat Regularis. *Rota in d. Firmana apud* eund. *ibid.num.29.ubi num.33.dictum fuit, quod* Visitationes etiam in concernentibus curam Animarum fieri possunt cumulativè ab Episcopo, & à Prælato inferiori Ordinario loci exempti. 2070

1700.12.

1700.12.Maii. —— Ex Iuris assistentia, quam habet Episcopus, posita loci situatione, ipse manutentionem obtinere debet, etiamsi non probat possessionem, quousque Prælatus inferior adducat præscriptionem immemorabilem canonizatam per tres conformes, ad acquirendam Iurisdictionem in certa parte Diœcesis, privando Episcopum tota jurisdictione, & sic constituere Territorium separatum. *Rota in Tarraconen. Iurisdictionis coram* Olmo, *apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. Constitut. 6. Alexan.* III. *sect. 1. numer. 73. pag.* 145. 2071

1700.15.Maii. —— Quando Ordinarii ad evitanda scandala procedunt non citata parte, nec adhibita causæ cognitione in causis Visitationis, aut correctionis morum, non potest Iudex delegatus Apostolicus appellationem simpliciter admittere quoad effectum suspensivum: nec ab interlocutoria, vel alio quocunque gravamine, quod tamen potest reparari per sententiam diffinitivam valet appellationem admittere. *Congr. Conc. in Causa Insula, seu Regni Sardiniæ apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 2. numer. 8. ad I. & II.* 2072

1700.15.Maii. —— Non potest Iudex delegatus Censuras Ecclesiasticas in appellationem prolatas relaxare, aut nullas declarare, non auditis partibus, nec cognita causa: nec valet absolutiones ad cauthelam concedere non citata parte, nec visis actis, præterquam in casu absolutionis ad breve tempus, & tunc cum obligatione de stando Iuri, & parendo mandatis Ecclesiæ. *Congr. Conc. in d. Causa Regni Sardiniæ, apud* eund. *ibid. ad IV. & V.* 2073

1700.15.Maii. —— Dictus Iudex Delegatus non potest ab executione Decretorum Sacri Concilii Tridentini appellationem admittere, nec causas in Curiis Ordinariorum, vel aliorum Iudicum inferiorum pendentes ad se avocare, vel illorum cursum impedi- 2074

pedire sub quolibet prætextu: nec in causis de sua natura appellabilibus, in quibus dictus Iudex processit, valet appellationem quoad effectum suspensivum denegare. *Cong. Conc. in d. Causa Regni Sardiniæ, apud* eund. *ibid. ad VI. VII. & XI.*

1700. —— Maii. —— Alienationes, & venditiones, quæ fiunt per proclamationes publici Officialis, vulgo *all' incanto*, non debent fieri die Dominico, quia cùm ad id nulla urgeat necessitas, neque pietas suadeat, dicitur opus illicitum in die festo: nisi hujusmodi actiones contingant in Pagis, aliisve parvis locis, in quibus cùm difficulter expleri possint diebus ferialibus ob carentiam Oblatorum, Episcopus, cujus judicium, & beneplacitum in hac re est requirendum, permittere poterit, quod fiant etiam die Dominico. *Congr. Conc. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 15. numer. 14.* 2075

1700. 5. Jun. —— Reliquiæ, quæ ex donatione proveniunt Laicorum, quarum claves, vel unam ipsi retinent, & expensas pro earundem ornatu subministrant, visitantur ab Ordinario, quamvis retineantur, & custodiantur in Ecclesiis Regularium. *Congr. Concil. in Firmana, apud* eund. *ibid. form. 2. num. 49.* 2076

1700. 5. Jun. —— Regulares ministrantes laicis Sæcularibus infirmis hospitantibus in eorum Conventibus Sacramenta Eucharistiæ per modum Viatici, & extremæ Unctionis absque Episcopi, vel Parochiali licentia, Censuras *in Clem. 1. de privil.* inflictas incurrunt, & possunt per Ordinarium etiam per Cedulones excommunicati declarari. *Congreg. Conc. in Neapolitana*, & antea *in Gerunden. 1694. 13. Febr. ac in Ripana 1652. 3. Febr. nec non in Cremen. 1649. 27. Febr. apud* eund. *par. 1. tit. 6. form. 20. num. 16.* 2077

1700. 28. Jun. —— Episcopus, etiamsi consuevisset licentiam Parochi requirere in constructione Ecclesiæ, 2078

non

non idcirco præjudicavit suæ innatæ jurisdictioni eam concedendi sine tali consensu, ut in similibus dixit *Rota in Terraconen. Jurisdictionis super Edictis coram* Olmo, *apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. Constitut. 2. Paschalis II. sect. 1. num. 59. pag. 387. ubi quod* talis observantia est referenda non necessitati talis consensus, sed prudentiæ Episcoporum, qui ante constructionem, Parochi præjudicium possibile nosse, & evitare volunt, ne post actum, possit ille reclamare.

1700. 28. Jun. —— Abbatia erecta, antequam Episcopatus, & Diæcesis esset in rerum natura, à prima sua origine dicitur habuisse nativam libertatem, & Territorium proprium, & exemptum à quacunque Episcopali jurisdictione, per ea, quæ tradit Fagnan. *in cap. nullus, num. 22. & seqq. de Paroch. & cap. cùm Ecclesiarum, num. 14. de offic. Ordin.* P. Pirring. *in Jus Canon. lib. 3. tit. 39. sect. 2. num. 93. apud Rotam in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram Tremoille, in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 3 decis. 9. de Jurisdictione, num. 1. pag. 45.* 2079

1700. 28. Jun. —— Si Abbati fuit tributa potestas permittendi alio Episcopo, ut solemnia in suo Monasterio exerceret, signum evidens, quod Monasterium non est de alterius Diæcesi, nam aliàs sine Diæcesani consensu id non licuisset, Bellett. *disq. Cleric. de Jurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa, §. unic. num. 11. apud Rotam in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. nu. 20. pag. 46.* ex alia ejusd. Rotæ decisione 459. *num. 11. coram* Bichio. 2080

1700. 28. Jun. —— Si Abbas, & Monachi habent facultatem accipiendi Chrisma, & Ordines à quocunque Antistite, ex hoc deducitur, quod Abbatia sit exempta, & habeat separatam jurisdictionem, Nicol. *in Lucubrat. lib. 2. tit. 14. num. 2. & seqq.* Tamburin. *de Iur. Abbat. tom. 3. disp. 2. quæst. 25. num. 3.* Rota *de residen. Episc. cap. 4. sect. 6. nu.* 2381

500.

500. *& seqq.* aliiq. citati *à Rota in d. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 21.

1700. 28. Iun. —— Prohibitio, ne ullus Episcopus in Monasteriis ullum actum Iurisdictionis exerceat, non reddit Monasterium acephalum, sed integra jurisdictio censetur concessa Abbati, maximè quando agitur de exemptione nativa, & plenaria, juxta doctrinam Fagnan. *in cap. nullus, num.* 16. *de Paroch.* & optimè probat Pasqualig. *in observat. ad* Franch. *contr. Inter Episc. & Regular. par.* 2. *qu.* 1. *numer.* 4. *fol.* 450. *apud Rotam in dict. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. numer.* 26. *pag.* 47. 2082

1700. 28. Iun. —— Si Abbati sit concessa facultas judicandi, dicuntur concessa etiam ea, quæ sunt consecutiva Iurisdictionis Ordinariæ, nempe jus mulctandi, excommunicandi, & cætera omnia, quæ competunt veris Episcopis, *l.* 1. *§. ult. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. & l. fin. ff. eod. l. aliud, §. ult. ff. de Iudic. cap. Odoardus, de solut.* ibiq. Abb. *num.* 1. *&* 2. Fagnan. *in cap. licet, num.* 22. *vers. nam ipsi, de Pæn.* Tamburin. *de Iur. Abbat. disp.* 1. *quæsito* 2. *num.* 4. *apud Rotam in d. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 29. 2083

1700. 28. Jun. —— Potestas congregandi Synodum, & Concilium est maximum argumentum Episcopalis Dignitatis, cùm illa competat solùm habentibus Territorium, Clerum, & Populum sibi plenè tributum, ut probat text. *in cap: conquerente, de offic. Iudic. ordin.* Fagnan. *in cap. quanto, num.* 50. *eod. tit.* Oliv. *de foro Eccles. par.* 3. *quæst.* 15. *num.* 31. Bellet. *disquis. Cleric. de Iurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa, §. unic. num.* 9. Tamburin. *de Iur. Abbat. disput.* 24. *quæsito* 7. *per tot. tom.* 1. Barbos. *ad Trident. sess.* 24. *cap.* 2. *num.* 2. *de reform.* aliiq. quamplur. citati à *Rota in d. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 30. 2084

1700. 28. Jun. —— Si Abbas habeat privilegium sedendi, & suffra- 2085

& suffragium decisivũ ferendi in Conciliis Episcoporum, clarissimè exinde resultat, quod habeat jurisdictionem quasi Episcopalem, Tamburin. *de Iur. Abbat. disput. 3. quæsito 4. num. 3. in fin. tom. 1. fol.* 21. P. Christian. Lup. *in dissert. ad Rhemen. Synod. tom. 3. fol.* 477. Cardin. Iacobat. *de Concil. tract. magn. tom.* 13. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. *& trib. seqq.* Alvarez. *in specul. Iur. Pontific. cap.* 51. §. 2. *Instit. Moral. par.* 2, *lib.* 5. *de quart. Decalog. præcept. cap.* 11. *vers.* 5. *quæritur, lit. G. apud Rotam in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 31. *pag.* 48.

1700. 28. Jun. —— Si Episcopus tentavit turbare Abbatem in sua Iurisdictione, & postea destitit, id comprobat, quod verè Abbati Iurisdictio competebat. *Rota in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 35. ex Verall. *decis.* 337. *num.* 6. *& decis.* 684. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* ac ex Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tom. decis.* 69. 2086

1700. 28. Jun. —— Si Episcopus egit contra Abbatem pro recuperandis dumtaxat aliquibus locis ab isto occupatis, id magis comprobat Abbatis Iurisdictionem. *Rota in d. Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis coram* eod. *ibid. num.* 66. *ubi num.* 70. *&* 71. *dictum fuit, quod* Quando Abbatia est immediatè subjecta Sedi Apostolicæ, tunc ex facto, aut confessione Abbatum illa non potest effici subdita alterius Episcopi: Enunciativæ autem, quod Abbatia sit Nullius, quando sunt plures, & tum antiquæ, tum modernæ, magis attenduntur, quàm aliæ pauciores super subjectione. 2087

1700. 28. Jun. —— Prælatus quicunque potest Territorium separatum, & Iurisdictionem quasi Episcopalem sibi acquirere ex præscriptione immemorabili, imo ex simplici quadragenaria cum titulo, seu privilegio putativo, *cap. cùm persona* 7. §. *quod si tales, de privil. in* 6. Bellet. *disquis. Clericor. de Iurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa*, §. *unic. num.* 17. Rosa *de residen. Episc. cap.* 4. *sect.* 6. *num.* 446. *& seq.* 2088

seq. apud Rotam in d. Nullius, seu Iurisdictionis coram eod. *ibid. num.*84.

1700.28.Jun. —— In actibus Ordinem Episcopalem requirentibus licèt Abbas, seu Prælatus inferior usus fuerit opera illius Episcopi, qui Iurisdictionem prætendit, id ei non officit, cùm esset in sua facultate adhibere quemcunque Episcopum sibi benè visum. *Rota in d. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. num.*88. *ubi num.* 90 *dictum, fuit, quod* Actus, qui fuerunt controversi, & damnati tanquam indebitè gesti, non prosunt Episcopo ad comprobandam Iurisdictionem, sed potius contra eum retorquentur. 2089

1700.28.Iun. —— Præsumptio Iuris desumpta ex Canone *Omnes Basilicæ*, non suffragat Episcopo, quando Prælatus inferior est in actuali possessione exercendi Iurisdictionem quasi Episcopalem in omnibus locis, & Personis sui Territorii, seu Ditionis, Bellet. *disquis. Cleric. de Iurisdict. Abbat. S. Michaelis de Clusa*, §. *unic. num.* 24. dicta enim præsumptio non habet locum, quando non agitur inter Ordinarium, & Inferiorem, sed inter duos Iurisdictione Episcopali pollentes, Cardin. de Luca *de Iurisdict. disc.*1. *num.*14. Rosa *de residen. Episc. cap.*4. *sect.* 6. *num.*274. *apud Rotam in d. Nullius, seu Fulden. Iurisdictionis coram* eod. *ibid. numer.* 109. & 110. 2090

1700.2.Iul. —— Episcopus, seu Vicarius, etsi juxta solitum interveniens in Capitulo, non tamen potest ferre suffragium, quod spectat tantùm ad illos de Capitulo. *Rota in Hispalen. Iuris præsidendi in Capitulo coram* Olmo, *apud* Petram *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom.*1. *Constit.*1. *Leonis I. sect.* 2. *num.* 59 *ubi tamen ait, quod* si Episcopus, seu Vicarius esset Canonicus poterit quidem suffragium præstare, sed unicum, quia dicitur pars ipsius Capituli, ex Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 73. *n.*17. & 18. Gratian. *discept.*106. *nu.*5. & *seqq.* Lotter. *de re* 2091

bene-

benefic.lib.1.quaest.19.nu.104.& 105.

1700.2.Iul. —— Extra dubium est, & praeheminentiam, ac omnium gerendarum rerum auctoritatem Episcopo intervenienti ratione suae Dignitatis Episcopalis in Capitulo competere: idque procedit etiam in terminis Capituli, in quo Episcopus intervenit pro concursu ad Praebendam, cujus collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum, negata à Sacra Rituum Congregatione Remissoria praetensae consuetudinis etiam immemorabilis petita à Capitulo pro Decano, ut dixit *Rota in d. Hispalen. apud* eund. *ibid. num.63. pag.76. & 71.* 2092

1700.2.Iul. —— Si in actibus Ecclesiasticis, nempe in Choro, & Capitulo esset solitum, Episcopum proprium Canonicum sedere in suo loco cum speciali apparatu in Sede ad denotandam ejus Dignitatem, haec consuetudo videtur attendenda, ut praecisè docet *Rota in d. Hispalen. Iuris praesidendi in Capitulo, apud* eund. *ibid. num.77. pag.75.* 2093

1700.24.Iul. —— Episcopi Melitenses tanquam Siculi, & è Regione positi Italiae Oris, tenentur quolibet triennio (non verò quinquennio) limina Apostolorum visitare, quia Insula posita in Mari adscribitur illi Regioni, cui etiam per aliam interjectam Insulam magis adhaeret, ex Bart. theorica in ejus peculiari *tract. de Insula, nu.2. fol.166.* & facit etiam text. *in l. penult. §. si Insula in flumine, & in l. Insula, vers. quod si, ff. de acquir. rer. Domin.* Oldrad. *cons. 25. circa finem*: Cùm igitur Melitensis Insula sit tanquam pars, & membrum Siciliae, ad tradita per Cardin. de Luc. *de success. disc. 38. in princip.* & sic tanquam Insula Liparia inter Adjacentes, seu attinentes Italiae connumeretur à plerisque gravioribus Cosmographis, & Geographis (quibus deferendum est, ad text. *in l. 1. ff. de offic. Praet.*) ejus Episcopi debent visitare praedicta limina quolibet triennio, tanquam Itali, ut tenet *Rota in Melevitana Expensarum coram* Tremoville, 2094

in

in additam. ad Theatr. Cardin. de Luca, *decis. vol.* 4. *decis.* 37. *de Iudiciis, &c. nu.* 18. *& seqq. pag.* 227.

1700.14.Aug. —— Qui habet jus nominandi Concionatorem, debet illum Episcopo præsentare per litteras patentes intra mensem Novembris Quadragesimæ præcedentem: & si Præsentatus fuerit rejectus, alium per totum mensem Novembris nominare, & præsentare poterit, aliàs pro illa vice jus amitteret, & ad Episcopum devolveretur, & solitam eleemosynam adhuc cogeretur solvere, juxta declarationem *Congreg. Concil. in Trojana*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 12. *form.* 7. *num.* 1. 2095

1701.29.Ian. —— Ius visitandi non solùm est delegabile quod Ecclesias, & loca pia Diœcesis, sed etiam quoad Visitationem Ecclesiæ, & Capituli Cathedralis, quamvis in præteritum Episcopi per seipsos Cathedralem visitaverint, quoties Episcopus asserat, se legitimo impedimento (quamvis temporale) detineri. *Congr. Conc. in Portucallen. ad* I. *ubi ad* II. *censuit, quod* Episcopus delegans pro Visitatione, nullam tenetur causam impedimenti assignare, pro qua ipse visitare non possit, ut habetur *apud* eund. *ibid. form.* 9. *num.* 1. *&* 2. 2097

1701.18.Febr. —— Non tantùm expedit, quod Monasteria Monialium de novo erigenda subjiciantur locorum Ordinariis, sed etiam jam fundata, ut melius Clausura custodiatur, ut petentibus Monialibus respondit *Congr. Conc. in Vicen. in Hispania contra Carmelitas Calceatos*, & antea *in Ianuen.* 1698.24. *Ian. &* 13. *Mar. contra Minores Observantes*, ac *in Malacitana* 1697.21. *Mar. contra Augustinianos*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 19. *num.* 22. 2597

1701.18.Febr. —— In dignoscenda sufficientia redditus Beneficii illius, qui Ordines Sacros petit, Episcopi, sive eorum Vicarii animadvertere debent, quod in calculo introituum non debent detrahi onera 2098

nera, si quæ habet Missarum, sed inspiciendus erit calculus omnium fructuum, oneribus Missarum non attentis ad constituendam summam à Synodo, vel consuetudine Diæcesis requisitam: nisi tamen in fundatione Beneficii cautum esset, quod in casu impedimenti, Beneficiatus teneatur per alium celebrare: & dummodo Ordinandus, donec ascendat ad Sacerdotium, pro rata Missarum aliunde habeat quo vivere possit: & hanc resolutionem sequi posse, etiam post supra positam Bullam Innocentii XII. ad tollendos abusus Ordinandorum editam 1694. 4. Novembris, declaravit. *Congreg. Conc. in Neapolitana, seu Scalen.* & antea *in Signina Ordinationis 1696. 14. Apr. & in Tiburtina itid. Ordinationis, apud* eund. *par. 1. tit. 3. form. 13. nu. 2. ubi quod* hoc valde notandum videtur pro intelligentia illorum verborum in d. Bulla §. *Licet verò* contentorum: ibi: *detractis oneribus per se sufficiat*: quæ juxta sensum dictorum Decretorum referenda sunt ad alia onera, non verò ad obligationem, & onera Missarum.

